Ayuntamiento de Madrid

R
609

Ayuntamiento de Madrid

130-

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# HOMERI

# Odyſſea ad verbum tranſlata, Andrea Diuo Iuſtinopolitano interprete.

EIVSDEM BATRACHOMYOMACHIA, *.i.ranarum & murium pugna, Aldo Manutio interprete.*

EIVSDEM HYMNI DEORVM XXXII. *Georgio Dartona Cretenſe interprete.*



LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

BIBLIOTECA
MADRID
R. nº 4.666

PARISIIS
In officina Chriſtiani Wecheli.
M. D. XXXVIII.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

## AD LECTOREM.

QVam in excudenda Homeri Iliade Latina diligentiam anteà adhibuimus, eandem nunc etiam præſtitimus in imprimenda Odyſſea: itaq; quod ad ſingulas chartas, earúmque numeros, paginas, & uerſus attinet, eadem hîc omnia ſunt, atque in Homero Græco ex æditione Aldina, uerſuum numero inſuper à nobis adiecto. Quod ideo à nobis factum eſt, ut qui poëtam hunc Græcum legent, eundem etiam habeant Latinum ita excuſum, ut uno intuitu omnia in utroque uidere poßint.



LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

# ARGVMENTVM .A. HOMERI ODYSSEAE.

*DEorum concilium fit de Vlyſſe in Ithacam mittendo à Calypſûs inſula. Poſt quod Minerua in Ithacam uenit ad Telemachum, ſimilis Mentæ regi Taphiorum. Facto autem colloquio, cùm admonuiſſet Minerua Telemachũ, propter patris inquiſitionem, ire in Pylum quidem ad Neſtorem: in Spartam autem, ad Menelaum: diſcedit indicium dans quòd Dea eſſet: & procorum fit conuiuium.*

Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEA HOMERI,

ANDREA DIVO IVSTINOPO-litano interprete, ad uerbum tranſlata.

## ODYSSEAE .A. HOMERI COMPOSITIONIS

Alpha, Deorum conſilium: Vlyſſeæ Palladi confidentia.

VIRVM mihi dic muſa multiſcium qui ualde multum
Errauit, ex quo Troiæ ſacram urbem depopulatus eſt:
Multorũ aũt uirorũ uidit urbes, & mẽtẽ (cognouit:
Multos aũt hic in mari paſſus eſt dolores, ſuo in animo,
Liberans ſuamq; animam, & reditum ſociorum.
Sed neq; ſic ſocios liberauit, cupiens quamuis.
Ipſorum enim proprijs ſtultitijs perierunt,
Fatui, qui boues Hyperionidæ Solis
Comederunt: ſed hic his abſtulit reditus diem:
Horum à quauis parte Dea filia Iouis dic & nobis:
Tunc alij quidem omnes, quotquot fugerunt altã ſtragem,
Domi erant, bellumq; qui fugerant & mare:
Hunc autem ſolum reditu carentem & uxore,
Nympha ueneranda detinebat Calypſo magna dearum
In ſpeluncis concauis, cupiens maritum eſſe.
Sed cum iam tempus uenit circumuoluentibus annis,
In quo illi neuerant Dij domum redire
In Ithacam, neq; tunc fugerat certamina,
Et inter ſuos amicos: Dij autem miſerti ſunt omnes,
Præter Neptunum: hic autem omnino iraſcebatur
Diuino Vlyßi, priuſquàm in ſuam terram perueniret:
Sed hic Aethiopas adierat procul exiſtentes,

Malorum ſuorum homo ſibi cã.

Neptunus ſolus Deorũ Vlyßi infenſus.



LIBROS DEL DR. L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

Aethiopas,qui bifariàm diuiſi ſunt extremi hominum:
Hi quidem ad occidentem Solem,illi autem ad orientem,
Occurſurus taurorumq; & agnorum ſacrificio:
Ibi hic delectabatur conuiuio aßidens,ſed alij
Iouis in ædibus olympij frequentes erant:
His autem uerba incœpit pater hominúmq; deorúmq;.
Recordatus eſt enim in animo ſtrenui Aegiſthi,
Quē id Agamēnonides longè inclytus interfecit Oreſtes:
Huius hic recordatus uerba immortalibus fecit:

Iouis uerba in deorum concilio.

Papè,qualiter iam Deos homines culpantur:
Ex nobis enim dicunt mala eſſe:ſed hi ipſi
Suis improbitatibus præter fatum dolores habent.

Iniuſtè in malis deos accuſamus.

Sicut & nūc Aegiſthus præter fatū Agamēnonis Atridæ
Duxit uxorem deſponſatam, & hunc interfecit redeūtem
Sciens grauem cladem,quoniam illi prædiximus nos
Mercurium mittentes internunciū Arginterfectorem,
Ne ipſum interficeret,neq; ambiret coniugem eius:
Ex Oreſte enim ultio erit Atridæ
Cùm pubes fuerit,& ſuam deſyderauerit terram.
Sic dixit Mercurius,ſed non mentem Aegiſthi
Perſuaſit bene conſulens: nūc aūt ſimul omnia perſoluit.
Huic autem reſpondit poſteà Dea cæſia Minerua:

Minerua pro Vlyſſe intercedit.

O pater noſter Saturnie ſupreme Regum,
Et ualde ille decenti iacet morte:
Vtinam periret & alius quicunq; talia facit.
Sed mihi propter Vlyſſem prudentem cruciatus cor
Infelicem,qui diu procul ab amicis dolores patitur
In inſula circumflua,ubi umbilicus eſt maris,
Inſula nemoroſa:Dea autem in domibus habitat,
Atlantis filia prudentis,quicq; maris

Totius

Ayuntamiento de Madrid

Totius gurgites nouit:habet autem columnas ipſe
Longas,quæ terramq́; & cœlum utrinq; ſuſtinent:
Huius filia infelicem lamentantem detinet:
Semper autem mollibus & blandis uerbis
Demulcet,ut Ithacæ obliuiſcatur:ſed Vlyſſes
Cupiens uel fumum exilientem uidere
Suæ terræ,mori cupit,neq; tibi
Curat charum cor olympie.an non Vlyſſes
Arguorum apud naues gratificabatur ſacra faciens
Troia in lata?cur ei tantùm iraſceris Iupiter?
Hanc autem,reſpondens,allocutus eſt nubigrega Iupiter: Iupiter Mineruæ.
Filia mea,quale te uerbum fugit ſeptum dentium?
Quomodo Vlyßis ego diuini obliuiſcar,
Qui mente quidē ſuperat mortales, abundeq́; ſacra Dijs
Immortalibus dedit,qui cœlum latum habitant?
Sed Neptunus terram continens rigidè ſemper
Cyclopis gratiâ iratus eſt,quem oculo excæcauit
Dijs parem Polyphemum,cuius robur eſt maximum
Inter oēs Cyclopas:Thooſa aūt ipſum peperit Nympha Polyphemꝰ Neptuni filius.
Phorcynis filia maris profundi principis,
In ſpeluncis concauis Neptuno mixta:
Ex hoc tempore Vlyſſem Neptunus quatiens terram
Non interficit quidem,errare aūt facit à patria terra.
Sed agitè nos decernamus omnes
De reditu,ut ueniat:Neptunus autem remittet
Suam iram:non enim poterit contra omnes
Immortales inuitis Dijs contendere ſolus.
Huic reſpondit Dea glaucos oculos habens Minerua:
O pater noſter Saturnie ſumme regnantium,
Si nunc hoc gratum beatis Dijs,



Ayuntamiento de Madrid

Redire Vlyſſem prudentem ſuam domum,
Mercurium quidem poſteà internunâum Argiddam
Inſulam in Ogygiam conâtemus,ut uelociſſimè
Nymphæ pulchricomæ dicat uerax conſilium,
Reditum Vlyſsis prudentis,ut redeat:
Sed ego in Ithacam ibo,ut eius filium
Magis excitem,& ei uires in mentibus ponam,
Ad concilium uocantem crinitos Achiuos,
Omnibus procis renunciare,qui eius ſemper
Oues frequẽtes iugulant, & curuãtes pedes tortisq́; cor-
Mittã aũt in Spartãq́; & in Pylũ arenoſã, (nibus boues.
Reditum ſciſcitaturum patris chari,ſicubi audierit,
Et ut ipſum gloria bona inter homines habeat.
Sic locuta,ſub pedibus ligauit pulchra talaria
Immortalia,aurea,quæ ipſã portabant,& ſupra mare,
Et in magnam terram ſimul cum flamine uenti:
Accepit autem fortem haſtam,præmunitam acuto ære,
Grauem,magnam,ſolidam,quâ domat acies uirorum
Heroum,quibus iraſcitur ipſa potentempatremhabens:
Venit autem ab Olympi uerticibus ruens:
Stetit autem Ithacæ in populo in ueſtibulis Vlyſsis
Liminis atrij:manu autem tenebat ferratam haſtam,
Aſsimilata hoſpiti Taphiorum duci Mentæ:
Inuenit autem procos contumaces,qui quidem ſanè
Talis ante ianuas animum oblectabant,
Sedentes in pellibus boum,quos interfecerant ipſi:
Præcones autem ipſis & prompti miniſtri
Hi quidem uinum miſcebant in crateribus & aquam:
Illi autem rurſus ſpongijs perforatis menſas (debant:
Abſtergebãt,& ãte ipſos ponebãt,& carnes multas diui-

Hanc

Ayuntamiento de Madrid

Hāc āt longe prīus uidit Telēachus diuina ſpecie præditus:
Sedebat enim inter procos charū cruciatus cor,
Volutans patrem bonum in mentibus, ſicunde ueniens
Procorum quidem diſsipationem in domibus faceret,
Honorem aūt ipſe haberet, & poſſeſsionibus ſuis īparet.
Hæc cogitans, cum procis ſedens uidit Mineruam:
Iuit autem rectà ad ueſtibulū, & indignatus eſt animo,
Hoſpitem diu in ueſtibulis ſtare: propè autem ſtans
Manum cepit dextram, & prehendit ferratam haſtam,
Et ipſum alloquens uerba pennata dixit:
Salue hoſpes, apud nos hoſpitio accipieris, ſed poſteà
Cœna ſaturatus, loquaris qua re tibi opus eſt.
Sic locutus, præibat, & ſequebatur Pallas Minerua.
Hi autem cum iam intra erant domum altam,
Haſtam quidem poſuit ferens ad columnam longam,
Armamentarium intra politum, ubi aliæ
Haſtæ Vlyſsis ærumnoſi ſtabant multæ:
Ipſam āt in ſede ſedere fecit ducēs, ſubtus tapetē extēdēs
Pulchrum, uarium: ſub pedibus aūt ſcabellum erat:
Iuxta aūt ipſe poſuit triclinium uarium ſeorſum ab alijs
Procis, ne hoſpes contriſtatus tumultu,
Cœnam faſtidiret inter ſuperbos accedens,
Et ut ipſam de patre profecto interrogaret:
Aquam autem famula gutturio infudit ferens
Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete
Ad lauandum: iuxta autem politam extendit menſam,
Panem autem uerecunda proma appoſuit ferens,
Obſonia multa apponens, gratificans ex præſentibus:
Structor autem carnium lances appoſuit attollens
Variarum: apud autem ipſos poſuit aurea pocula:

Minerua Mentæ regis habitum mentita, à Telemacho hoſpitio excipitur.

Haſta Mineruæ.

Proci Penelopes epulantur.

Præco

Præco aũt ipſos frequenter percurrebat uinum fundens.
Ingreſſi ſunt autem proci ſuperbi, qui quidem poſteà
Per ordinem ſederunt per triclinia & ſedes:
His autem præcones aquam in manus fuderunt:
Panem autem ancillæ aceruabant in caniſtris:
Hi aũt in cibos paratos, appoſitos, manus immiſerunt:
Iuuenes autem crateras coronauerunt potu.
Sed poſtquàm potus & cibi deſyderium exemerunt
Proci, his in mentibus alia curæ erant,
Cantusq́; ſaltatióq;: hæ enim appendices ſunt conuiuij:

Phemius cantor.

Præco autem in manibus citharam perpulchram poſuit
Phemio, qui canebat apud procos neceſſitate:
Sanè hic canens præluſit pulchrum canere.

Telemachi & Mineruæ hoſpitis colloquium.

Sed Telemachus allocutus eſt cæſiam Mineruam,
Propè tenens caput, ut non audirent alij:
Hoſpes amice, etiam ſi mihi ſuccenſueris quodcunq; dixero,
His quidem hæc curæ ſunt, cithara & cantus
Facilè, ſiquidem alienã ſubſtantiam impunem comedunt
Viri, cuius iam alicubi alba oſſa putreſcunt imbre,
Iacentia in terra, uel in mari unda uoluit.
Si illum in Ithacam uiderent redeuntem,
Omnes optarent leuiores pedibus eſſe,
Quàm ditiores auriq;, ueſtisq́;:
Nũc aũt hic quidẽ ſic perijt mala morte, neq; aliqua nobis
Spes, etiam ſi aliquis terreſtrium hominum
Dicit uenturum, huius autem perijt reditus dies.
Sed agè mihi hoc dic, & uerè narrato:
Quis? unde uenis uirorũ? ubi tibi ciuitas, & parentes?
Quali autem naui ueniſti? quomodo autem te nautæ
Duxerunt in Ithacam? qui eſſe dicuntur?

Non

Ayuntamiento de Madrid

Non enim te pedeſtrem puto huc perueniſſe,
Et mihi hoc dic uerum, ut bene ſciam,
An recèns accedis? an & paternus es
Hoſpes? quoniam multi uenerunt uiri noſtram domum
Alij, quoniam & ille conuerſabatur cum hominibus.
Hunc rurſus allocuta eſt cæſia Minerua:
Tibi ego hæc ualde uerè dicam:
Mentes, Anchiali prudentis glorior eſſe
Filius, ſed Taphijs nauticis impero:
Nunc autem ſic cum naui deueni & ſocijs,
Nauigans nigrum mare ad alienigenas homines,
Ad Temeſim æris gratiâ: duco autem nigrum ferrum,
Nauis aũt mihi ipſa conſtitit in agro ſeorſum ab urbe,
In portu Rhethro ſub Neio nemoroſo:
Hoſpites uerò inter nos patrij gloriamur eſſe
Ab initio, ſi ſenem interrogaueris adiens
Laërtem heroam, quem non amplius dicunt ad urbem
Venire, ſed longè in agro detrimenta pati,
Vetula cum miniſtra, quæ ipſi cibumq; potumq;
Apponit, quandocunq; ipſum labor in membris cepit,
Serpentẽ per culturam fertilem uineæ producentis uinũ.
Nunc aũt ueni, iam enim ipſũ dixerunt peregrè eſſe
Tuum patrem, cæterùm huic Dei impediunt uiam:
Non enim adhuc mortuus eſt in terra diuus Vlyſſes,
Sed adhuc uiuus continetur in lato ponto,
In inſula circunflua: moroſi autem ipſum uiri detinent
Agreſtes, qui illum retinent inuitum:
Sed nunc ego tibi uaticinabor, ſicut in animum
Immortales inijciunt, & ſic perfectum iri puto,
Neq; uates exiſtens, neq; auguriorum clarè peritus:

Non

Ayuntamiento de Madrid

Non amplius diu dilecta à patria terra
Aberit, neq; ſi ferrea uincula tenerent:
Cogitabit ut redeat, quoniam artificioſus eſt.
Sed agè mihi hoc dicas, & uerè recenſeas,
Si iam ex ipſo tantus filius es Vlyſſe:
Vehementer enim capite & oculis pulchris ſimilis es
Illi: quoniam ſæpe ſic commiſcebamur inuicem,
Antequàm is ad Troiam aſcendiſſet, quo alij
Arguorum optimi iuerunt cauatis in nauibus:
Ex illo, neq; Vlyſſem ego uidi, neq; me ille.
  Hanc rurſus Telemachus ſapiens contrà allocutus eſt:
Tibi ego, hoſpes, ualde uerè dicam:
» Mater quidem me dicit huius eſſe, ſed ego
Neſcio: nondum enim aliquis ſuũ genitorem ipſe nouit.
Quàm ego debebam fortunati alicuius eſſe filius
Viri, quem in poſſeßionibus ſuis ſenectus inueniret:
Nunc autem qui miſerrimus factus eſt mortaliũ hominum,
Ex hoc me dicunt genitũ eſſe, quãdo q̃dẽ tu me hoc inter-
  Hũc ãt rurſus allocuta eſt Dea cæſia Minerua: (rogas.
Non certè progeniem Dei ignobilem impoſterùm
Poſuerunt, ſiquidem te talem genuit Penelope.
Sed agè mihi hoc dic, & uerè narra:
Quod cõuiuiũ? qs ãt cõuentus hic eſt? q̃d ãt tibi neceſſe eſt?
Conuiuium? an nuptiæ? quoniam non ſymbolum hæc ſunt:
Quàm mihi iniurias inferentes inſolenter uidentur
Conuiuari in domo? accuſaret uir
Turpia multa uidens, quicunq; ſapiens accederet.
  Hãc aũt rurſus Telemachus prudẽs contrà affatus eſt:
Hoſpes, quando hæc me interrogas, & ueſtigas,
Debebat quidem olim domus hæc diues & inculpabilis

Vix ſuus cui que notus eſt pater.

Eſſe,

Ayuntamiento de Madrid

Eſſe, donec etiam ille uir peregrè erat:
Nunc autem aliter uoluerunt Dij mala conſultantes,
Qui illum quidem ignobilem fecerunt ſupra omnes
Homines: quoniam non mortuo ſic dolerem,
Si cum ſuis ſocijs occiſus eſſet Troianorum in populo,
Vel amicorum in manibus, poſtquàm bellum confecit:
Ob id ipſi ſepulchrum feciſſent omnes Achiui,
Atq; etiam ſuo filio magna gloria perueniſſet in poſterũ:
Nunc autem ipſum ſine gloria Harpyæ ſuſtulerunt:
Perijt incognitus, & nõ auditus, mihi aũt dolores, luctusq́;
Dereliquit, neq; item illum lugens deploro
Solum, quoniam mihi alios Dei malos dolores intulerunt.
Quotquot enim inſulis imperant optimates
Dulichioq́;, Samæq;, & nemoroſæ Zacyntho,
Quotq́; aſperæ Ithacæ imperant,
Tot matrem meam ambiunt, exhauriunt autem domum:
Hæc neq; negat odioſas nuptias, neq; finem
Facere poteſt: illi autem conſumunt edentes
Domum meam: celeriter certè & me trucidabunt ipſum.
Hũc ãt grauiter cõmiſerata alloquuta eſt Pallas Minerua:
Heu, uerè iandiu abſentis Vlyſſis
Indiges, qui in procos impudentes manus immittat.
Si enim nunc ueniens domus in primis ianuis
Staret, habens galeam, & ſcutum, & duas haſtas,
Talis exiſtens, qualem ipſum ego ab initio cognoui
Domi noſtræ bibentemq́; gaudentemq;,
Ex Ephyro uenientem ab Ilo Mermeridæ.
Iuerat enim eò ueloci in naui Vlyſſes,
Pharmacum homicidam quærens, ut ei eſſet
Sagittas quo ungeret ære cõglutinatas: ſed is q̃dẽ nõ ipſi

Dedit

Ayuntamiento de Madrid

Dedit,qūoniam Deos uerebatur ſemper exiſtentes.
Sed pater ipſi dedit meus:(diligebat enim ualde)
Talis exiſtens cum procis conuerſaretur Vlyſſes,
Omnes cito morituri eſſent,amaráſq; haberent nuptias.
Sed ſanè hæc Deorum in genibus ſita ſunt,
An rediens ulciſcatur nec nè

Minerua iubet Telemachum inueſtigare patrem.

Suis in ædibus: te autem conſyderare iubeo,
Vt procos expellas ex ædibus:
Eia agè nunc intellige,& meam cura orationem,
Cras in concione uocans Heroas Achiuos,
Sermonem dicito omnibus,Dei autem teſtes adſunto:
Procos quidem ad ſua diſpergi iube:
Matrem uerò,ſi ipſi animus appetit nubere,
Rurſus eat ad ædes patris ualde potentis:
Hi autem nuptias perficient, & præparabunt ſponſalia
Multa ualde,quot decet charam in filiam ſequi:
Te autem ipſum prudenter admonebo ſi parueris,
Nauem parans remigibus uiginti quæ ſit optima,
Vade auditurus de patre diu abſente,
Si aliquis tibi dixerit mortalium, uel famam audiueris
Ex Ioue,quæ maximè fert gloriam hominibus:
Primũ quidẽ in Pylũ uade,& interroga Neſtorẽ diuinum:
Inde autem in Spartem ad flauum Menelaum:
(Hic.n.ultimus regreſſus eſt Achiuorũ ærealoricãhabẽ- (tium)
Siquidem patris uitam & reditum audieris,
Certe licet oppreſſus,adhuc tolerabis annum:
Si autem mortuum audieris,neque exiſtentem,
Reuerſus deinceps charum in patriam terram,
Sepulchrúmq; ei excita,& exequias præbeto
Multas ualde,quot par eſt:& uiro matrem dato:

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed poſtquàm iam hæc perfeceriſq;,atq; abſolueris,
Conſyderato poſteà in mente & in animo,
Quomodò procos in domibus tuis
Occidas,uel dolo,uel palàm,neq; amplius te decet
Infantiam ſapere,quoniam non amplius talis es.
An non audis qualem gloriam accepit diuinus Oreſtes
Omnibus ab hominibus,quoniam interfecit patricidam
Aegiſthum doloſum,qui eius patrem inclytum occîdit?
Et tu amice(ualde enim te uideo bonumq; magnumq;)
Fortis ſis, ut aliquis te & apud poſteros laudet.
Sed ego ad nauem uelocem nunc ibo,
Et ſocios, qui me ualde ægrè ferunt expectantes:
Tibi autem ipſi ſit curæ,& meorũ curã habeas uerborũ.
Hanc rurſus Telemachus prudens contrà allocutus eſt:
Hoſpes quidem hæc amica ſapiens dicis,
Tanquàm pater ſuo filio,& nunquã obliuiſcar ipſorum:
Sed agè nunc expectabis accelerans licet uiam,
Vt lotuſq;, delectatuſq; charo in corde,
Donum habens ad nauem eas gaudens in animo,
Pretioſum ualde pulchrum,quod repoſitum erit
Ex me,cuiuſmodi amici hoſpites hoſpitibus dant.
Huic reſpondit poſteà Dea cæſia Minerua:
Ne me adhuc nunc detineas cupientem uiæ:
Donum autem quod mihi dare dilectum cor iubet,
Rurſus redeunti dabis domum ferre,
Et ualde pulchrũ accipiẽs,tibi aũt dignũ erit remuneratione:
Hæc quidẽ ſic effata abijt cæſia Minerua,
Et auis tanquàm Anopæa euolauit:huic uerò in animo
Poſuit robur & audaciam,meminiſſeq; fecit ipſum patris
Magis etiam quàm anteà:hic uerò mentibus ſuis cogitans

Telemachi in loquendo uerecundia.

Obſtupuit

Obſtupuit animo:putauit enim Deum eſſe:
Statim autem procos adiuit ſimilis Deo uir:

Phemius canit reditum Achiuorum

His autem cantor canebat ualde inclytus:qui cum ſilentio
Sedebant audientes:is Achiuorum reditum canebat
Lugubrem,quem ex Troia iuſsit Pallas Minerua.
Huius ex penetralibus mentibus audiuit diuinũ cantum
Filia Icarij,prudens Penelope,
Ex ſcaliſq; altis deſcendit ſuæ domus,
Non ſola,ſimul hanc & famulæ duæ ſequebantur:
Quæ quando iam ad procos uenit diuina inter mulieres,
Stetit ad limen aulæ affabrè factæ,
Ante genas habens pulchras uittas,
Famula autem ei ſedula utrinq; aſtitit:
Lachrymans autem poſteà allocuta eſt diuinum cantorem:

Penelope Phemio.

Phemie,multa enim alia hominum mulcamenta noſti,
Geſta uirorúmq; deorumq́;, quæq; laudant cantores,
Horum aliquod ipſis cane aſsidens,iſti aũt cum ſilentio
Vinum bibant:ab hoc autem deſiſte cantu
Lugubri,qui mihi ſemper in pectoribus charum cor
Sollicitat,quoniã ad me maximè peruenit dolor intolerabilis.
Tale enim caput deſydero recordans ſemper
Viri,cuius gloria lata in Græcia & media Pelopõneſo.
Hanc rurſus Telemachus prudens contrà allocutus eſt:

Telemach⁹ Penelope matri.

Mater mea,cur ægre fers amabilem cantorem
Delectare in quibuſcunq; ipſius animus mouetur: nequaq̃ cantores
Authores,ſed Iupiter in cauſa,qui dat
Viris inuentoribus,ſicut uult unicuiq;:
Huic non accuſatio,Danaorum malum fatum canere:
Hunc enim cantum magis laudant homines,
Qui audientibus nouiſsimus ſit:

Tibi

Ayuntamiento de Madrid

*Tibi autem non ægrè ferat cor & animus audire.*
*Non enim Vlyſſes ſolus amiſit reditus diem,*
*In Troia multi etiam alij uiri periere:*
*Sed in domum iens tuæipſius opera cures,*
*Telamq́; columq́;,& ancillis iube*
*Opus adire:oratio autem uiris curæ erit*
*Omnibus:maxime autem mihi.huius.n.impiũ ẽ in domo.*
*Hæc quidem admirata rurſus domum aſcendit.*
*Filij enim orationem prudentem immiſit in animum:*
*Ad penetralia autem aſcendens cum ancillis fœminis*
*Flebat poſteà Vlyßem dilectum maritũ,donec ei ſomnũ*
*Dulcem in palpebras immiſit cæſia Minerua:*
*Proci autem obſtrepebant per domum opacam:*
*Omnes autem uolebant in lectis diſcumbere.*
*His autem Telemachus prudens orſus eſt ſermonem:*
*Matris meæ proci maximam iniuriam inferentes,*
*Nunc quidem conuiuantes delectemur,neq; clamor*
*Eſto,quoniam hoc bonum audire eſt cantorem*
*Talem,qualis hic eſt deis ſimilis uoce:*
*Manè autem ad contionem ſedebimus euntes*
*Omnes,ut uobis uerba intrepidè faciam,*
*Exite ex ædibus: alias autem curate epulas,*
*Veſtras poſſeſſiones comedentes,alternantes per domos.*
*Si autem uobis uidetur hoc honeſtius & melius*
*Eſſe,uiri unius uictum impunem conſumere,*
*Conſumite:ego autem Deos inuocabo ſempiternos,*
*Si unquam Iupiter dabit uiciſſim punienda facta fieri,*
*Impunes poſteà intra domos pereatis.*
*Sic dixit.Hi omnes mordicus labra tenentes,*
*Telemachum admirantur,qui audacter locutus eſt:*

*Telemachus Procos iubet domo excedere.*



Ayuntamiento de Madrid

Antinous Hunc item Antinous allocutus eſt Eupithei filius:
Telemacho Telemache, certe ualde te docent Dij ipſi
Altiloquum eſſe, & audacter loqui.
Ne te in circunflua Ithaca Regem Saturnius
Faciat, quod proli paternum eſt.
Hunc rurſus Telemachus prudens contrà allocutus eſt:
Antinoē, licet me admiraberis quodcunq; dicam,
Et hoc uellem Ioue dante adipiſci,
An dicis hoc peßimum inter homines fieri?
Nō enim malum regnare, ſtatimq́; illi domus
Diues eſt, & honoratior ipſe.
Sed Reges Achiuorum ſunt, & alij
Multi in circunflua Ithaca iuuenes & ſenes:
Horum aliquis hoc habebit, quandoquidem mortuus eſt
Sed ego domus rex ero noſtræ, (diuus Vlyſſes.
Et ſeruorum, quos mihi dedit ex præda diuus Vlyſſes.
Eurymachus Hūc item Eurymachus Polybi filius cōtrà allocutꝰ eſt:
Telemacho Telemache, hæc deorum in genibus poſita ſunt,
Qui in circunflua Ithaca regnabit Achiuorum:
Poſſeſſiones autē ipſe habeas, & domibus tuis imperes.
Non enim is ueniat uir qui te inuito per uim
Poſſeſſiones uaſtauerit in Ithaca adhuc habitata.
Sed uolo te optime de hoſpite interrogare,
Vnde hic uir? ex qua autem dicit eſſe
Terra? ubi & ipſius genus & patria terra?
An tibi nuntium patris fert uenientis,
An ſuam ipſius utilitatem deſyderans huc uenit?
Quomodo ſurgens ſtatim abijt, neq; paſſus eſt
Telemachus Cognoſci: non enim malo in uultu ſimilis uidebatur.
Hunc rurſus Telemachus prudens cōtrà allocutus eſt:

Eurymache

Eurymache,reditus periijt patris mei: *Eurymacho.*
Non itaque nuntios interrogo ſicunde ueniat,
Neque uaticinium curo,quod neſcio,quem mater
In domum cùm uocaſſet uatem,interrogauit:
Hoſpes autem hic meus paternus ex Tapho eſt,
Mentes Anchiali prudentis gloriatur eſſe filius:
Sed Taphijs amatoribus remigij imperat.
Sic dixit Telemachus:in animo autem ĩmortalē deã co
Hi ad ſaltatoremq́; & ſuauem cantum (gnouit,
Conuerſi gaudebant:expectabant autem heſperum ad-
His autem gaudentibus nigra ueſpera aduenit. (uenire:
Tunc dormiturientes iuerunt domum unuſquiſque:
Telemachus autem,ubi eius thalamus perpulchri atrij
Altus ædificatus erat conſpicuo in loco,
Illuc iuit in lectum,multa in animo uerſans.
Huic ſimul accenſas faces portabat grata ſciens
Euryclea Opis filia Piſenoridæ, *Euryclea nutrix.*
Quam olim Laërtes emit poſſeſſionibus ſuis
In pubertate adhuc exiſtētē:uiginti ãt bouũ pretiũ dedit:
Aequè autē ipſã ſapiētē uxorē honorauit in domibus:
Lecto autē nũquã mixtus eſt:iram nanq; fugiebat uxoris.
Hæc ipſi ſimul ardentes faces ferebat, & ipſũ maxime
Præter cæteras ancillas diligebat: & nutriuit puulum
Aperuit autem ianuas thalami affabrè facti: (exiſtētē.
Sedit autem in lecto,mollemq́; exuit ueſtem,
Et hanc uetulæ prudentis iniecit manibus,
Quæ hanc plicans & curans ueſtem,
Clauo appendens iuxta perforatos lectos:
Perrexit autem ire ex thalamo, ianuãq; traxit annulo
Argenteo;obicem uerò extendit loro.



Ayuntamiento de Madrid

Tunc hic pertotamnoctem coopertus ouis pelle,
Voluebat animo ſuo iter quod dixit Mineruа.

## ARGVMENTVM. B. HOMERI COMPOSITIONIS.

Congregans concilium Telemachus præcipit procis exire domo Vlyſſis: accipiens autem ab Euryclea ad peregrinationē neceſſaria: à Minerua autem, ſocióſq; & nauem, in nauigationem exit Sole occidente.

## ODYSSEAE. B. HOMERI COMPOSITIONIS.

B. Concionem habet, uiatica Vetulæ, nauigationem cum Minerua.

QVANDO autem diluculum generans
apparuit roſea Aurora,
Surrexit ex lecto Vlyſſis dilectus filius,
Veſtem indutus: enſem autem acutum circumpoſuit humero:
Sub pedibus uerò pulchris ligauit bona calciamenta:
Perrexit autem ire ex thalamo Deo ſimilis contra.
Statim autem præconibus canoris iuſſit
Vocare ad concionem capite crinitos Achiuos. *Conuocantur Achiui.*
Hi quidem uocarunt, hi autem cōgregati ſunt ualde cito.
Sed poſtquā cōgregati ſunt ſimulq; coadunati fuerunt,
Perrexit ire in concionē: manu autē tenebat æreā haſtā,
Non ſolus, ſimul hunc duo canes ueloces ſequebantur:
Diuinam autem huic gratiam infudit Minerua.

Hunc

Hunc omnis populus aduenientem admirabatur:
Sedit autem in patris ſede:ceſſerunt autem ſenes:

Heros Aegyptius

Inter hos deinde Heros Aegyptius cœpit concionari,
Qui iam ſenectute incuruus erat, & multa ſciebat.
Etenim huius dilectus filius cum diuino Vlyſſe
Troiã ad bonosequos producentẽ iuit cõcauis in nauibꝰ
Antiphus pugnax:hunc ferus interfecit Cyclops
In ſpelunca concaua:ultimam autem parauit cœnam:
Tres autem ipſi alij erant, & cum procis conuerſabatur
Eurynomus:duo autem ſemper curabãt paterna opera.
Sed neq; ſic huius oblitus eſt lugens & dolens.
His hic lachrymans concionatus eſt, & interlocutus:
Audite me nunc Ithacenſes quod dicam:
Nunq̃ noſtrum concilium factum eſt,neq; conſeſſus,
Ex quo Vlyſſes diuinus iuit cauatis in nauibus.
Nunc aũt quisnã ſic coëgit? in quẽ neceſſitas tãta uenit?
Vel iuuenum uirorum,uel qui maiores natu ſunt?
An aliquid nuntium exercitus audiuit uenientis,
Quod nobis apertè dicat quando prior audiuerit?
An aliquid populare aliud dicit & concionatur?
Bonus mihi uidetur eſſe adiutor:utinam ei ipſi
Iupiter perficiat quodcunq; mentibus ſuis cogitat.
Sic dixit:Lætabatur autẽ laude Vlyſſis dilectus filius,
Neq; igitur diu ſedit:promptus autem fuit concionari:
Stetit autem in medio concilio :ſceptrum autẽ ſibi iniecit manu
Præco Piſenor prudentia conſilia ſciens
Primùm:poſteà ſenem accedens allocutus eſt:
O ſenex,non longe hic uir:celeriter autem ſcies ipſe:
Etenim populum congregaui:maximè autẽ me dolor inuadit:
Neq; aliquẽ nuntiũ exercitus audiui uenientis,

Piſenor præco.

Telemachus concionatur, & ſua fortunã Achæis exponit.



Ayuntamiento de Madrid

Quod uobis manifeſtè dicam,quando prior audiuerim,
Neque aliquid populare aliud dico,neq; concionor:
Sed meam ipſius neceſſitatẽ,qđ mihi malũ ĩcidit ĩ domo
Bifariàm:Primũ quidẽ patrẽ bonũ amiſi,qui quõdam in
Ipſos regnauit:pater autẽ ualde benignꝰ erat. (ter uos
Nunc autẽ rurſus & multò maius,qđ iã cito domũ oẽm
Funditùs uaſtabit:uitam autem omnino deſtruet:
Ad matrem meam proci ui uenerunt nolentem,
Horum uirorum dilecti filij qui hic ſunt optimates,
Qui patris quidem in domum timent ire
Icarij,ut ipſe dotet filiam:
Det autem cui uelit,& ipſi gratificatus ueniat:
Hi uerò ad noſtram ueinentes diebus omnibus
Boues mactantes,& oues,& pingues capras,
Conuiuantur magnificè,bibuntq; nigrum uinum
Incaſſum:hæc autem multa abſumuntur.non.n. adeſt uir
Qualis Vlyſſes fuit damnum à domo propulſare:
Nos autẽ non tales ſumus utrepellamus certe:& poſteà
Imbelléſq; ſumus,& non docti fortitudinem,
Saneq; expellerem ſi mihi uires adeſſent.
Nõ.n.hucuſq; tolerabilia opera facta ſunt,neq; itẽ bene
Domus mea deſtructa eſt:reprehendamini & ipſi,
Alios uereamini circum uicinos homines
Qui circum habitant:Deorum autem timete iram,
Ne conuertant irati mala opera.
Supplico & per Iouem cœleſtem,& Themin Deam,
Quæ uirorum concilia & ſoluit,& ſedere facit,
Abſtinete amici,& me ſolum ſinite dolore graui
Confici,niſi pater meus bonus Vlyſſes
Iratus mala fecit fortibus Achiuis.

Hæc

Ayuntamiento de Madrid

Hæc mihi rependentes mala facitis irati
Hos concitantes: mihi autem lucrum ſit
Vos comedere opesq́; prouentumq́;,
Si & uos comedatis, forſan olim ultio erit,
Tandiu enim in ciuitate non ſeiungemur colloquio
Bona noſtra repetentes, donec omnia reddantur:
Nunc autem mihi fruſtrà dolores inijcitis in animum.
 Sic dixit iratus: ſceptrum aūt iecit in terrā, (lũ oēm.
Lachrymarum fontes emittēs: miſericordia aūt cæpit popu
Tunc alij quidem oēs cũ ſilentio erāt, neq; aliquis poterat
Telemacho uerbis reſpondere grauibus:
Antinous autem ipſum ſolus reſpondens alloqutus eſt:
 Talemache altiloque, iræ incontinens, quid dixiſti
Nos dedecorans: uis autem ignominiam afferre:
Tibi uerò nequaquam proci Achiuorum in cauſa ſunt,
Sed dilecta mater, quæ aſtutias ſcit.
Iam.n. tertius eſt annus, cito & aderit quartus,
Ex quo angit animum in pectoribus Græcorum,
Omnes quidem ſperare facit, & promittit uiro unicuiq;
Nuncios præmittens: mens autem ei alia cogitat,
Et dolum hunc alium in mentibus excogitauit,
Statuens magnam telam in ædibuss texebat,
Tenuem & immenſam: ſtatim autem nos alloquta eſt:
Iuuenes mihi proci, quoniam mortuus eſt diuus Vlyſſes,
Manete urgentes meas nuptias donec ueſtem
Perfecero, ne mihi uana fila perdantur,
Laërti heroi funebrem quando ipſum
Parca pernitioſa abſtulerit aſpera morte,
Ne qua me in populo Achæarum reprehendat,
Si ſine ueſte iaceat multa poſſidens.

Antinoi reſponſio, & recenſet Penelopes dolos.

Penelopes erga procos doli.



Ayuntamiento de Madrid

Sic dixit:nobis autem rurſus perſuaſus eſt animꝰ uirilis.
Tunc & interdiu quidem texebat magnam telam:
Nocte autem diſſoluebat poſt q̃ faces appoſuerat:
Sic trienniũ quidem iuit,dolo & ſuaſit Achiuos:
Sed quando quartus uenit annus, & aduentarũt tẽpora,
Et tũc iã quædam dixit mulierũ quæ manifeſtè cogno=uerat:
Et hanc ſoluentem inuenimus pulchram telam.
Sic hoc quidem perfecit,& nolens ob neceſſitatem:
Tibi autem ſic proci reſpondent,ut ſcias
Ipſe tuo in animo,ſciant & omnes Achiui.
Matrem tuam remitte,iube & ipſam nubere
Huic cuicunq; pater iubet,& placet ipſi:
Si autem etiam anget multo tempore filios Achiuorum,
Concipiens animo quæ ipſi dedit Minerua,
Operaq; callere perpulchra,& mentes bonas,
Aſtutiaſq;,quales nondũ aliquã audimus neq; antiquarũ
Harũ quæ anteà fuerũt pulchroscrines habentes Achææ,
Tiroq;,Alcmeneq;,pulchricomaq; Mycene,
Harum nulla ſimiles intellectus Penelope
Sciuit:ſed quidem hoc utile non intellexit.
Tandiu enim uiaticumq; tuum & poſſeſſiones edent,
Quandiu illa hunc habuerit animum,quem ei nunc
In pectoribus ponunt Dij:magna quidem gloria ipſi
Fitq;,ſed tibi deſiderium multi uiatici:
Nos autem neq; ad opera priùs ibimus,neq; aliò,
Quàm ipſa nupſerit Achiuorum cui uoluerit.
Hunc rurſus Telemachus prudẽs cõtra allocutus eſt:
Telemachus Antinoo.
Antinoë,non licet domibus inuitã expellere,
Quæ me pepit,quæ me nutriuit:pater autem meus alibi (terrarum
Viuit,uel mortuus eſt:malum autem,me multa reddere

Icario

Icario ſi ipſe ego matrem expulero.
Ex patre enim mala patiar: alia autem fortuna
Dabit, quoniam mater odioſas imprecabitur Erinnes
Domo abiens: reprehenſio autem mihi ab hominibus
Erit, quare non hoc ego unquam uerbum dicam:
Veſter autem ſiquidem animus indignabitur iſtis,
Exite ex meis ædibus: alia autem curate conuiuia,
Veſtras poſſeſſiones edentes, alternãtes ĩuicẽ ꝑ domos:
Si autem uobis uidetur hoc ſatius & melius
Eſſe uiri unius uiaticum impunem perdere,
Perdite, ego autem Deos inuocabo ſempiternos.
Si Iupiter dabit uiáſſim punienda opera fieri,
Impunes poſtea domos intra pereatis.
Sic dixit Telemachus. Huic autem Aquilas late aſpiciẽs Augurium
Ex alto uertice montis præmiſit uolare, (Iupiter
Hæ interim uolabant cum aura uenti,
Propinquæ inuicem extendentes alas.
Sed quando ad medium concilij illuſtris peruenere,
Tunc circumuolutæ concuſſerunt pennas multas,
Et inſpexerunt omnium capita: augurabãtur aũt cædẽ:
Lacerantes autem unguibus maxillas, circumq; collum
Dextræ impetũ fecerunt ꝑ domos & ciuitatem ipſorum:
Stupuerunt autem, aues poſtquàm uiderunt oculis:
Voluebant autem animo quæ perfici debebant.
Inter hos autem uerba fecit ſenex Heros Alitherſes Alitherſes
Maſtorides. hic .n. ſolus ex cœtu coëtaneorum curauit uates.
Aues cognoſcere, & uaticinia loqui.
Qui ipſis bene ſentiens concionatus eſt, & interlocutus:
Audite iam nunc me Ithacenſes quicquid dicam:
Procis autem maxime ſignificans hæc dico:



Ayuntamiento de Madrid

In hos.n.magna calamitas uoluitur:non.n.Vlyſſes
Diu longè ab amicis ſuis erit:ſed iam
Propè exiſtens his cædem & mortem parat
Omnibus,multis & alijs damnum erit,
Qui habitamus Ithacam ad meridiẽ ſitam:ſed multò pri
Conſultemus ut pacificemus,& ipſi (ùs
Pacificemini:etenim uobis ſtatim hoc melius eſt.
Non enim ignarus uaticinor,ſed bene ſciens.
Etenim illi dico perfectum iri omnia,
Queadmodum ipſi dicebam,quando Troiam adiuerunt
Argiui:cum autem ipſis iuit prudens Vlyſſes:
Dixi multa mala paſſurum,amiſſurumq; omnes ſocios,
Ignotum omnibus uigeſimo anno
Domum uenturum:hæc iam nunc omnia abſoluuntur.

*Eurymachus uaticinium abdicat.*

Huic rurſus Eurymachus Polybi filius cõtrà locut9 ẽ:
O ſenex,agè nunc uaticinare tuis filijs
Domum iens,ne aliquod malum patiantur in futurum:
Hæc autem ego te multò melior uaticinari:
Aues autem & multæ ſub ſplendore ſolis
Eunt,neque omnes diuinæ:ſed Vlyſſes
Perijt:ſic & tu perijſſe cum illo
Debueras,non utique tot uaticinans concionatus eſſes,
Neque Telemacho irato ſic perſuaderes,
Tuæ domi donum expectans ſi præbuerit.
Sed tibi dico,(hoc & perfectum erit)
Si iuniorem uirum antiquaq; multaq; ſciens
Decipiens uerbis impuleris iraſci,
Ipſi quidem primum grauius erit,
Facere tamen nequicquam poterit gratiâ horum:
Tibi autem ſenex pœnam ingeremus,quam in animo

Quorundam

Ayuntamiento de Madrid

Quoruudam ægreferes:grauis autem tib i erit dolor.
Telemachum autem in omnibus ego admonebo ipſe,
Matrem ſuam ad patris domum iubeat abire:
Hi & nuptias facient,& præparabunt ſponſalia
Multa ualde,quot par eſt dilecta in filia ſequi.
Non enim priùs deſituros puto filios Achiuorum (tamẽ,
Ab ãbitione cõiugij difficili:quoniã neq; aliquẽ timemꝰ
Neq; utiq; Telemachum ualde q̃uiseloquẽtẽ exiſtẽtem,
Neque uaticinium curamus,quod tu ſenex
Loqueris imperfectum:es autem odio etiam magis:
Opes aũt rurſus malè comedẽtur,neq; unquam æquales
Erunt,quouſque hæc demoratur Græcos
In ſuis nuptijs:nos autem rurſus admiſſi diebus omnibus
De uirtute contendimus,neque ad alias
Imus,quas æquum ducere eſt unicuique.
Hunc rurſus Telemachus prudens contra locutus eſt:
Eurymache,& alij quotquot eſtis proci illuſtres, Telẽachus procis.
Hæc quidem nõ uos amplius rogo,neque concionor:
Iam enim hæc ſciunt Dij,& omnes Achiui:
Sed agè mihi date nauem uelocem,& uiginti ſocios,
Qui mihi hîc & hîc ſecent uiam.
Vado enim ad Spartemq; & ad Pylum arenoſam,
Reditum ſciſcitaturus patris diu abſentis:
Si quis mihi dicat hominum,uel uocem audiam
Ex Ioue,quæ maximè affert gloriam hominibus,
Siquidem patris uitam & reditum audiuero,
Certe uexatus etiam tolerare annum.
Si autem mortuum audiuero,neq; amplius exiſtentem,
Rediens autem poſteà dilectam in patriam terram
Tumulum ei exãtabo,& exequias faciam

Multas

Ayuntamiento de Madrid

Multis ualde quot decet,& uiro matrem dabo.
Certe hic ſic fatus ſedit:his autem ſurrexit
Mentor,qui Vlyſſis nobilis fuit ſocius,
Et ipſi iens ad naues commiſit domum totam,
Obedireq; ſeni,& rata omnia ſeruare:
Qui ipſis bene ſentiens concionatus eſt, & interlocutus.

Mentor Telemachum tueri ſtudet.

Audite iam nunc me Ithacenſes quod dicam,
Nullus amplius prudens,bonus,& clemens eſto
Sceptriger Rex,neq; mentibus iuſta ſciens,
Sed ſemper difficiliſq; ſit & iniqua faciat,
Quia nullus meminit Vlyſſis diuini
Ex populis quibus imperauit:pater autē ualde clemens
Sed certe procos ſuperbos nequaquam odi (fuit:
Facere opera uiolenta prauis cogitationibus mentis.
Propria enim deponentes capita,comedunt uiolenter
Domum Vlyſſis:hunc non amplius dicunt redire.
Nunc uerò alij populo ſuccenſeo qualiter omnes
Sedetis taciti:ſed neq; improperantes uerbis
Paucos procos prohibetis multi exiſtentes.

Liocritus Mentori.

Huic autem Euenorides Liocritus contrà locutus eſt:
Mentor maledice,mente ſtolida,quale dixiſti?
Nos impellens ſedare:difficile autem
Cum uiris & pluribus pugnare pro cibo.
Si.n.Vlyſſes Ithacenſis ipſe adueniens
Conuiuantes in domo ſua procos illuſtres
Expellere domo cogitaret in animo,
Non ipſi lætaretur uxor ualde deſyderans
Venientem,ſed ſuam ineuitabilem mortem adiret,
Si pluribus pugnaret:tu autem non ut decuit,dixiſti,
Sed agè populi quidem diſpergamini ad opera unuſquiſq;.

Huic

Ayuntamiento de Madrid

Huic autem ſuadeat Mentor uiam & Aliterſes,
Qui ei à principio paterni ſunt ſocij.
Sed puto & diu ſedens nuncios
Audiet in Ithaca: abſoluet autem uiam nunquam hanc.
Sic dixit: ſoluit autem concionem citam:
Hi quidem ſparſi ſunt ſuas ad domos unusquiſq;:
Proci autem ad domos iuerunt diuini Vlyſſis:
Telemachus autem ſeorſum iens ad littus maris,
Manus lotus in ſpumoſo mari precatur Mineruam:
Audi me qui heſternus Deus ueniſti noſtram domum,
Et me in naui iuſſiſti ad nigrum mare,
Reditum ſciſcitaturum patris diu abſentis
Venire: hæc autem omnia demorantur Achiui:
Proci autem maximè malè ſuperbientes.
Sic dixit precatus: de proximo autem ad ipſum uenit
Mentori aſſimilata & corpore & uoce, (Minerua,
Et ipſum compellans uerba uelocia dixit:
Telemache, neq; in futurum malus eris, neq; imprudēs,
Si iam tibi tui patris inſtillatum eſt robur bonum,
Qualis ille erat peragere opusq; uerbumq;:
Nec tibi poſteà uana uia erit, neq; imperfecta:
Si autem illius non es filius & Penelopes,
Non te poſthac ſpero perfecturum quæ cogitas.
" PAVCI enim filij ſimiles patri ſunt,
Plures peiores: pauci autem patre meliores.
Sed quoniam neq; in futurum malus eris, neq; imprudēs,
Neq; te omnino prudentia Vlyſſis deſeruit,
Spes tibi poſthac abſoluere hæc opera.
Ob id nunc procorum quidem ſine conſiliumq; mentēq;
Inſipientium, quoniam non ſapientes neq; iuſti,

*Telemachus Mineruā precatur.*

*Minerua ſub Mentoris perſona iter properare hortatur.*

*Perpauci filij aſſimilantur patri*

Neq;

Neq; etiam ſciunt mortem & parcam nigram,
Quæ iam ipſis prope eſt uno die omnes perdere.
Tibi autem uia non diu aberit quam tu cogitas,
Talis enim tibi ſocius ego paternus ſum,
Qui tibi nauem uelocem paro,& ſimul ſequar ipſe.
Sed tu quidẽ ad ædes profectus cum procis conuerſare:
Para uiatica,& uaſis coapta omnia,
Vinum in amphoris,& farinas nutrimentum uirorum
Pellibus in ſolidis:ego autem in populo ſocios
Statim uoluntarios colligam:ſunt autem naues
Multæ in circunflua Itacha nouæ & ueteres:
Harum quidem tibi inſpiciam quæ optima:
Statim autem parantes immittemus lato ponto.

Farina eſt medulla uirorum.

Sic dixit Minerua filia Iouis:neque diu
Telemachus permanſit,poſtquàm Deæ audiuit uocem.
Perrexit autem ire ad domum charo turbatus corde,
Inuenit autem Procos ſuperbos in ædibus
Capras excoriantes,ſuillosq; pingues torrentes in atrio:
Antinous autem rectà ridens iuit ad Telemachum,
Et tetigit illum manu,uerbumq; dixit,& compellauit:
Telemache altiloque,iræ intolerabilis,neq; tibi aliud
In pectoribus malum curæ ſit,opusq; uerbumq;:
Sed ualde comedamus & bibamus ſicut antè:
Hæc autem tibi ualde omnia peragent Achiui,
Nauem & delectos remiges,ut citiùs eas
In Pylum diuinam ad inclyti patris inquiſitionem,

Antinous Telẽacho

Hũc autẽ rurſus Telemachus prudẽs cõtrà alloquutꝰ ẽ:
Antinoë,non aliquo modo eſt ſuperbis uobiſcum
Conuiuari inuitum,& lætari tacitum.
An non ſatis ꝙ antè conſumpſiſtis multas & bonas

Reſpondet Telemachꝰ

Res

Res meas,proci,ego autem adhuc paruus eram?
Nunc autem quãdo iã magnus ſum,& aliorum uerbum
Sapio,& iam mihi augetur intus animus, (audiens
Tentabo,ut uobis malam mortem immittam,
Vel ad Pylum iens,uel hîc hoc in populo.
Eo quidem,neque uana uia erit quam dico,
Mercator non enim nauis ductor,neque remigum
Fio,ut uobis uiſum eſt utile eſſe.

Minæ Telemachi aduerſus procos.

Dixit:& ex manu manum euulſit Antinoi
Facilè:proci autem in domo conuiuium curabant:
Hi autem cauillabant,& conuiciabantur uerbis:
Sic autem aliquis dixit iuuenum ſuperborum:
Certe ualde Telemachus cædem nobis meditatur,
Vel aliquos ex Pylo ducet adiutores harenoſa,
Vel etiam ex Sparta,quoniam feſtinat ualde,
Vel & in Ephyrem uult lætam terram
Proficiſci,ut illinc pernicioſa medicamenta ferat:
Immittat autem in craterem,& nos omnes perdat.
Alius autem rurſus dixit iuuenum ſuperborum:
Quis autem ſcit an & ipſe profectus concaua in naui
Longè ab amicis pereat,errans ſicut Vlyſſes,
Sic & magis augeat laborem nobis:
Poſſeſſiones enim omnes diuideremus:domos autem
Huius matri daremꝰ habere:& quicũq; ĩ uxorẽ duceret.

Cauilla procorum in Telemachum nauigaturum.

Sic dixerũt.Hic ãt ĩ profundũ prõptuariũ deſcendit
Latum ubi cumulatum aurũ & æs poſitũ erat, (patris
Veſtiſq; in loculis,ſatiſq; odoriferum oleum:
Intus autem dolia uini ueteris dulcis potus
Erant,purum diuinum potum intus continentes,
Ex ordine apud parietem coaptata,ſi unquam Vlyſſes

Domum

Ayuntamiento de Madrid

Domum rediret & dolores multos paſſus:
Obuallatæ autem ianuæ prudenter compactæ
Biſores: intus autem mulier proma noctéſq; & dies
Erat, quæ omnia ſeruabat mentis multa peritia,
Euryclea Opis filia Piſenoridæ:

*Telemachus Eurycleæ nutrici.*

Hanc tunc Telemachus allocutus eſt in cubiculũ uocans:
Obſtetrix, agè iam mihi uinum in amphoris hauri
Dulce, quodcunq; poſt hoc dulcius, quod tu ſeruas
Illum ſperans infelicem, ſic unde ueniat
Generoſus Vlyſſes, mortem & fata fugiens:
Duodecim autem imple, & operculis apta omnia:
Mihi autem farinas immitte bene conſutis utris:

*Viaticum paratur nauigaturo Telemacho.*

Viginti autem ſint menſuræ molitæ farinæ ibi:
Ipſa autẽ ſola ſcias: & hæc ſimul omnia præparata ſint.
Veſpertinus enim ego tollam, quando iam
Mater in penetralia aſcenderit, lectiq; curam habuerit.
Vado.n. ad Spartem & ad Pylum harenoſam,
Reditum ſciſcitaturus patris dilecti ſicubi audiam.
Sic dixit: Fleuit autem dilecta nutrix Euryclea,

*Euryclea reſpondet.*

Et lugens uerba pennata dixit:
Cur autem tibi chare fili in mentes hæc cogitatio
Venit? quo autem uis ire ad multam terram
Solus exiſtens chariſſimus? hic autem perijt longe à patria
Nobilis Vlyſſes alieno in populo.
Hi autem tibi ſtatim eunti mala conſultabunt in futurũ
Vt dolo pereas: hæc autem omnia ſibi diuident.

*Solatur Telemachus Eurycleam.*

Sed mane hic inter tuos ſedens, neq; te oportet
Pontum ad indomitum mala pati, neq; errare.
Hanc rurſus Telemachus prudens contra locutus eſt:
Confide obſtetrix, quoniam non ſine Deo hoc conſiliũ.
Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed iura non matri dilectæ hæc dicturam
Antè, quando undecimaq́; duodecimaq́; dies fuerit,
Quàm ipſa cupiet, & profectum audiet,
Ne flens corpus pulchrum lædat.
Sic dixit: Anus ãt Deorũ magnum iuſiurãdũ iurauit:
Sed poſtquàm iurauitq́;, perfecitq́; iuſiurandum,
Statim poſteà ipſi uinum in amphoris hauſit,
Sibiq́; farinas infudit in bene conſutas pelles:
Thelemachꝰ ãt ĩ ædes ueniẽs cũ procis cõuerſabatur.
Tunc rurſus alia cogitauit Dea cæſia Minerua:
Telemacho autem ſimilis in ciuitate ibat paſſim,
Et unicuiq; uiro aſſiſtens faciebat uerba:
Veſpertinos autem in nauem celocem congregari iuſſit.
Hæc rurſus Phronij prudentem Phædimum filium
Petebat nauem celerem: hic autem ei promptus promiſit.
Occidebat Sol, inumbrabanturq́; omnes uiæ:
Et tunc nauem celerem in mare deduxit: oĩa autẽ in ipſa
Armamenta poſuit, quæ naues bene tabulatæ portant:
Statuit autem in ultima parte portus: circùm aũt boni ſocij
Simul congregati ſunt: Dea autem hortata eſt unũquẽq;.
Tunc alia cogitauit Dea cæſia Minerua:
Perrexit autem ire ad ædes Vlyſſis diuini.
Tunc procis dulcem ſomnum infudit:
Errare autem faciebat bibentes: manibus autẽ eiicit pocula:
Hi autem cubitum iuerunt per urbem, neq; item diu
Sederunt, quoniam ipſis ſomnus in palpebras cadebat.
Sed Telemachum allocuta eſt cæſia Minerua, Mineruæ
Euocans ex ædibus bene habitatis, ſolicitudo.
Mentori aſſimilata & corpore & uoce:
Telemache, iam tibi fortes ſocij

Sedent remiges, tuum expectantes diſceſſum:
Sed eamus, ne multùm differamus uiam.
Sic locuta, anteibat Pallas Minerua
Velociter: hic autem deinceps poſt ueſtigia ibat Deæ.
Sed poſtquàm ad nauem deuenerunt & mare,
Inuenére poſteà in littore crinitos ſocios:
His autem & dixit ſacra uis Telemachi:

Telemachus ſocijs.

Venite amici, uiatica portemus: omnia enim nunc
Congregata in domo: mater autem mea nihil ſcit,
Neq; aliæ ſeruæ: una autem ſola uerbum audiuit.
Sic dicens præiuit: hi autem ſimul ſecuti ſunt:
Hi autem ſimul omnia portantes elegantem in nauim
Depoſuerunt, ſicut iuſſit Vlyſſis dilectus filius.
Telemachus āt nauim conſcendit: præerat āt Minerua:
Nauis autem in puppi ſedit, & iuxta ipſam
Sedit Telemachus: hi autem funes ſoluerunt,
Et ipſi euntes in tranſtris ſedebant:
His āt impellētē proſperum uētū īmiſit cæſia Minerua,
Purum Zephyrum reſonantem ad cœruleum pontum:

Telemachus nauigat Pylum.

Telemachus autem ſocios hortatus iuſſit
Arma capeſſere: hi autem hortanti auſcultauerunt:
Malum autem abiegnum concauum intratabulatum
Statuerunt eleuantes: rudentibus autem ligauerunt:
Traxerunt autem uela alba tortis rudentibus:
Inflauit autem uentus medium uelum: circùm autem unda
Carinam cœrulea ualde reſonabat naui eunte:
Hæc autem currebat per undam ſulcans uiam:
Ligantes autem armamenta ueloccm ſupra nauim nigrā
Statuerunt crateras coronatas uino:
Libauerunt autem immortalibus Deis ſēpcrexiſtentibus:

Et

Ayuntamiento de Madrid

Et omnium maxime Iouis cæſiæ filiæ.
Noctu ſanè hæc,& die tranſibat per uiam.

## ARGVMENTVM. Γ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Telemachum euntem cum Minerua hoſpitatur Neſtor, & narrat ipſi quæ acciderunt Græcis,& ex Troia nauigationem: Audiens autem ea quæ acciderant circa procos, & cognoſcens Mineruam in abeundo, ſacrificiũ ipſi peragit: accipiens autem Telemachus currum cum Piſiſtrato Neſtoris filio, in Spartam abit: nocte autem ſuperueniẽte, hoſpitantur à Diocle apud Pheras.

## ODYSSEAE. Γ. HOMERI COMPOSITIONIS.

In Γ. Neſtor ſuſcepit: Abijt autem hic cum filio: Dea autem uolauit.

SOL autem exilijt, relinquens perpulchrum ſtagnum,
Cœlum ad ſolidum, ut immortalibus appareret,
Et mortalibus hominibus ad alẽtẽ terrã:
Hi autem Pylum Nelëi bene ædificatam urbem
Peruenerunt: hi autem in littore maris ſacra faciebant
Tauros totos nigros Neptuno cœruleo capillicio:
Nouem autem ſedes erant: quingenti aũt in unaquaq;
Sedebant, & antè habebant in unaquaq; nouem tauros.
Tunc hi inteſtina comedebant: Deo autem ilia cõburebãt:



Ayuntamiento de Madrid

Hi autē rectà ſubiere portū, & uela nauis æqualis (ipſi.
Contraxerunt eleuātes: hāc āt firmauerūt, & exiuerunt
At uerò Telemachus è naui deſcendit: præerat aūt Mi-
Hunc prior alloquta eſt Dea cæſia Minerua: (nerua.

Minerua Telemacho.

Telemache, nō qdē tibi opꝰ ē ampliꝰ uerecūdia, neq;
Huius.n. gratiâ & pōtū nauigaſti ut diſcas, (minimum:
Patrem ubi occulet terra, & quam mortem ſecutus eſt.
Sed agè nunc rectà uade ad Neſtorem bellicoſum,
Vt ſciamus quod conſilium in pectoribus occultat:
Roges autem ipſum ut uera dicat:
Mendacium autem non dicet, ualde enim prudens eſt.

Telemachus Mineruæ

Hunc rurſus Telemachus prudens contrà alloqutus eſt:
Mentor, quomodo ibo, & quomodo ſalutabo ipſum?
Nondum uerbis ſum exercitus prudentibus:
„ PVDOR autem iuuenem uirum ſeniorem interrogare.
Hunc rurſus alloquta eſt Dea cæſia Minerua:
Telemache, alia quidem ipſe in mentibus tuis cogitabis:
Alia autem & Deus ſuggeret: non enim puto
Te Deorum ſineuoluntate genitum eſſe, nutritumq́;.
Sic loquta, præibat Pallas Minerua
Cito, hic deinde poſt ueſtigia ibat Deæ:
Peruenerūt āt ad Pyliorū uirorū cœtū & ſedes,
Vbi Neſtor ſedebat cum filijs: circùm autem amici

Recipiuntur hoſpitio.

Cōuiuiū præparātes carnes aſſabāt, aliasq; trāſfigebant.
Hi igitur poſt q̄ hoſpites uiderūt, cōgregati uenerūt oēs,
Manibusq́; ſalutauere, & ſedere iuſſerunt.

Piſiſtrati erga p̄egrinos humanitas.

Primus Neſtorides Piſiſtratus iuxta accedens,
Amborum prehendit manū, & ſedere fecit ad cōuiuium,
Pellibus in mollibus ſupra arenas marinas,
Apudq́; fratrem Thraſymedem, & patrem ſuum:

Dedit

Ayuntamiento de Madrid

Dedit autem uiſcerum partes,& uinum infudit
Aureo in poculo:honorans autem allocutus eſt
Pallada Mineruam filiam Iouis ægidahabentis:
Supplica nunc ô hoſpes Neptuno regi:
Huius enim in epulas incidiſtis huc uenientes:
Sed poſtq̃ libaueriſq́; & ſupplicaueris ſicut iuſtũ eſt,
Dato & huic poſteà poculum dulcis uini
Libare ,quoniam & hunc puto immortalibus
„ Votafacere.OMNES autē Deorū ope indigēt hoīes.
Sed iunior eſt,& coæuitas mihi cum illo:
Huius gratiâ tibi priori dabo aureum poculum.
Sic fatus,in manibus poſuit poculum dulcis uini:
Gaudebat autem Minerua prudenti uiro & iuſto,
Quoniam ei priori dedit aureum poculum:
Statim autem precata eſt multùm Neptunum Regem:
Audi Neptune terramcontinens,neque oderis
Nobis ſupplicantibus perficere hæc opera:
Neſtori quidem primùm & filijs gloriam præbe,
Sed poſteà alijs da gratam retributionem
Omnibus Pylijs inclytæ hecatombæ:
Da item Telemachū & me poſtquā pfecerimus reuerti,
Quorum gratiâ huc uenimus ueloci cum naui nigra.
Sic poſteà ſupplicabat,& ipſa omnia perficiebat:
Dedit autem Telemacho pulchrum poculum rotundum:
Sic autē eodem modo ſupplicauit Vlyſſis dilectus filius.
Hi ãt poſtquā aſſauerunt carnes exteriores,& extraxerunt,
Partes diuidentes,comedebant lautas epulas.
Sed poſtquàm potus & cibi deſyderium extinxerunt,
His uerba orſus eſt ſtrenuus eques Neſtor:
Nunc iam melius eſt ſcrutari & interrogare



Ayuntamiento de Madrid

Neſtor aduenis.

Hoſpites qui ſunt, poſtquàm ſunt oblectati cibo:
O hoſpites qui eſtis? unde nauigatis humidas uias?
An propter aliquam utilitatem? an incaßùm erratis?
Tanquàm prædones ſuper mare, qui errant
Animas apponentes, malum alienigenis ferẽtes?
Hunc rurſus Telemachus prudens contrà allocutus eſt
Confiſus, ipſa enim in mentibus audaciam Minerua
Poſuit, ut ipſum de patre abſente interrogaret:

Telemachus reſpõdet, & interrogat Neſtorem de Vlyſſe.

O Neſtor Neleïde, ingens decus Achiuorum,
Interrogas unde ſumus: ego autem & tibi dicam:]
Nos ex Ithaca ſita ſub monte Neio uenimus:
Negotium autem hoc proprium, nõ publicum, qđ dicam:
Patris mei gloriam latam uenio ſicubi audiam
Diuini Vlyſſis prudentis, quem olim dicunt
Tecum pugnantem Troianorum urbem deſtruxiſſe.
Alios quidẽ enim oẽs quotquot cũ Troianis pugnabant,
Audiuimus ubi unusquiſq; perijt pernicioſa morte:
Illius ãt rurſus & mortem inauditam poſuit Saturnius.
Non enim aliquis poteſt manifeſtè dicere quando perijt:
Siue hic incontinenti occiſus eſt ab hominibus inimicis,
Siue & in pelago in undis amphitrites:
Huius gratiâ nunc ad tua genua accedo, ſi uelis
Illius pernitioſam mortem dicere ſicubi uidiſti
Oculis tuis, uel alius ſermonem audiuiſti
Errantis. ualde enim ipſum infelicem peperit mater.
Neq; in aliquo me ueritus aßentare, neq; miſericordiâ
Sed uerè mihi dicas, quo obuius fuiſti uiſui, (ductus,
Supplico ſi quando tibi pater meus bonus Vlyſſes
Vel uerbum, uel item opus pollicitus perfecit
In populo Troianorũ, ubi paßi eſtis calamitates Achiui.

Horum

Ayuntamiento de Madrid

Horum nunc in gratiam meam recordare, & uera fare.
Huic reſpondit poſteà ſtrenuus eques Neſtor: Neſtor Te-
O amice, quoniã mihi memoraſti calamitatem, quam in illo lemacho.
Populo ſuſtinuimus iram non cohibentes filij Achiuorũ:
Tum quæcunq; cum nauibus ſuper tetrum pontum
Errantes circa prædam ubi imperauit Achilles:
Tum quæcunq; & circa ciuitatem magnã Priami regis
Pugnando ſubiuimus: ubi & poſteà interfecti ſũt q̃cũq;
Vbi q̃dẽ Aiax iacet Martialis, ubi & Achilles, (optimi:
Vbi & Patroclus Deis conſultor ſimilis:
Vbi & meus dilectus filius unà fortis & illuſtris
Antilochus, in currendo celer & bellator,
Aliaq́; multa ad hæc paßi ſumus mala: quis illa
Omnia commemoraret ex mortalibus hominibus?
Neq; ſi p quinqueniũ & ſexẽniũ apud nos commoratus,
Interrogares q̃cũq; illic paßi ſunt mala illuſtres Achiui:
Priùs moleſtiâ affectus in tuam patriã terrã reuerteris:
Nouẽnium enim ipſis mala machinati ſumus, tentantes
Omnibus dolis: uix autem perfecit Saturnius.
Tunc nullus unquam conſilio ſimilis eſſe contrà
Potuit: quoniam ualde multùm uincebat diuinus Vlyſſes
Omnibus dolis pater tuus: ſi uerè
Illius filius es, admiratio me habet intuentem.
Etenim uerba ſimilia ſunt: neq; diceres
Virum iuniorem adeò concinna fari.
Hic quidem donec ego & diuinus Vlyſſes
Nunquam in cõcione bifariã locuti ſumus, neq; ĩ cõſilio,
Sed unum animum habentes, mente & prudenti cõſilio
Conſulebamus Argiuis, ut perquàm optima fierent.
Sed poſtquàm Priami urbem deſtruximus altam,



Ayuntamiento de Madrid

De Græcorũ dißidio.

Conſcendimus naues: Deus autem diſperſit Achiuos.
Et tunc Iupiter lugubrem in mentibus cogitauit reditum
Argiuis, quoniam non prudentes, neq; iuſti
Oẽs erant: pp hoc ipſorũ multi malã mortẽ cõſecuti ſũt,
Ob iram pernitioſam Mineruæ potentem patrẽ habentis,
Quæ contentionem inter Atridas ambos poſuit:
Hi autem uocantes in concionem omnes Græcos
In uanum, ſed non prout deceuerat ſole occidente:
Hi autem uenerunt uino grauati filij Achiuorum:
Verba fecere, cuius gratiâ populum congregauerunt.
Tunc Menelaus iußit omnes Græcos
Reditus reminiſci in lata dorſa maris:
Neque Agamemnoni omnino placuit: uolebat enim
Populum retinere, facereq́; ſacras hecatombas,
Vt Mineruæ graui iræ mederetur:
Imprudens, neq; hoc uidebat quod nõ perſuaſurus erat.
» NON enim ſtatim Deorum uertitur mẽs ſemp exiſtentiũ.
Sic hi quidem grauibus retribuentes uerbis
Steterunt: hi autem ſurrexerunt fortes Achiui
Tumultu magno: bifariàm autem ipſis placuit conſilium.
Nocte quidem quieuimus grauia mentibus uoluentes
Inuicem: Iupiter enim parabat damna mala:
Manè autem quidem naues traximus in mare humidum,
Resq́; impoſuimus profũdas zonas habentesq́; mulieres:

Diſcors nauigatio Græcorum

Dimidij autem populi retenti ſunt manentes
Ibi apud Atridem Agamemnona paſtorem populorum:
Dimidij autem cõſcẽdẽtes remigauimus: hi ãt ualde uelo
Nauigabãt: ſtrauit autẽ Deus mõſtruoſum pontum: (citer
In Tenedum autem uenientes ſacrificauimus ſacra Deis
Domum cupientes: Iupiter autem nondũ curabat reditũ

Infeſtus

Ayuntamiento de Madrid

Infeſtus,qui contentionem concitauit malā ſecūdò iterū.
Hi q̄dē auertētes aſcenderūt naues remis utrīq; ĩpulſas,
Qui circa Vlyſſem erant Regem ſciētificum uarij cōſilij,
Rurſus ad Atridem Agamemnona grata ferentes.
Sed ego cum nauibus congregatis quæ me ſequebantur
Fugi,quoniam cognoſcebā qđ iā mala meditabatur Deꝰ.
Fugit & Tydei filius bellicoſus,excitauit & ſocios:
Serò autem ad nos uenit flauus Menelaus:
In Leſbo autē offendit lōgā nauigationē animomoliētes,
An ſupra Chium iremus aſperam
Ad inſulam Pſyriam ipſam à ſiniſtris habentes,
An ſub Chio ad uentoſum Mimanta:
Rogauimus autem Deum oſtendere ſignū, ſed hic nobis
Oſtendit,& iuſſit pelagus medium in Eubœam
Sulcare,ut quàm celerrimè infortunium fugeremus.
Cœpit autem ſtridulus uentus ſpirare:hæ āt ualde uelo-
Piſcoſas uias percurrerunt,& ad Gereſtum (citer
Nocturnæ deductæ ſunt:Neptuno autem taurorum
Multa fœmora impoſuimus,pelagus magnum menſi.
Quartus dies erat quando in Argis naues æquales
Tytidæ ſocij Diomedis bellicoſi
Conſtitere :ſed ego Pylū uerſus curſum tenui:nec unquā
Ventus,poſtquàm primùm Deus præmiſit flare. (deſijt
Sic ueni dilecte fili inſcius,neque ſcio
Illorum qui ſeruati ſunt Achiuorum,quiq; perierint:
Quæcunq; autem in domibus ſedens uoſtris
Audiui,quatenus fas eſt doceberis:neq; te celabo.
Bene quidem Myrmidonas dicunt iuiſſe lanceatores,
Quos duxit Achillis magnanimi præclarus filius:
Bene autem Philoctetem Pœantis illuſtrem filium:

Græci qui incolumes redierunt.

Omnes

Ayuntamiento de Madrid

Omnes autem Idomeneus in Cretam duxit ſocios,
Qui fugerunt ex bello: Pontus autem ipſi nullũ abſtulit.
Atridem autem & ipſi auditis procul exiſtentes,
Et quõ uenit, & quẽadmodum Aegiſthus molitus eſt tri=
Sed ille quidem etiam inuitus perſoluit. (ſtem mortem.
Quàm bonum, & filium interempti relictum eſſe
Viri: quoniam & ille ultus eſt patricidam
Aegiſthum doloſum, qui eius patrem inclytum ĩterfecit.
Et tu amice, ualde enim te uideo bonumq; magnumq;,
Fortis ſis, ut aliquis tibi & poſteriorum benedicat.

Telemachꝰ Neſtori.

Hũc rurſus Telemachus prudens contrà allocutus eſt:
O Neſtor Neleide, ingens decus Achiuorum,
Et ualde ille quidem ultus eſt, & ſibi Achiui
Ferent gloriam latam, & futuris cantum.
Vtinam enim mihi tantam Dei potentiam apponerent
Vlciſci procos propter petulantiam triſtem:
Quiq; mihi iniuriam afferentes iniqua moliuntur.
Sed non talem neuerunt Dei felicitatem
Patriq; meo & mihi: nunc autem opus eſt tolerare tamẽ.

Neſtor Telemacho

Huic reſpõdit poſteà ſtrenuus equorũ domitor Neſtor:
O amice, quoniam hæc mihi memoraſti & dixiſti,
Dicunt procos tuæ matris gratiâ multos
In ædibus inuito te mala machinari:
Dic mihi an ultrò conſumaris? an te populi
Oderunt uulgò ſequentes Dei uaticinium?
Quis autem ſcit an aliquando ipſis uiolentia uices ferat
Vel ille ſolus exiſtẽs, uel etiã omnes Achiui. (profectus,
Si enim te ita uoluerit diligere cæſia Minerua,
Sicut tunc Vlyſſis curam habebat glorioſi,
In populo Troianorum, ubi paßi ſumus dolores Achiui.

Nondum

Ayuntamiento de Madrid

*Nondum enim uidi ſic Deos palàm amantes,*
*Sicut illi palàm aſtitit Pallas Minerua.*
*Si te ſic uoluerit amare curamq; ſuſcipere animo,*
*Ob id aliquis illorum etiam obliuiſceretur nuptias.*
*Hunc rurſus Telemachus prudens contrà allocutus eſt:*
*O ſenex, nequaquam hoc uerbum perfectum iri puto:*
*Valde enim magnum dixiſti: piaculũ me hẽt, neque mihi*
*Deſyderanti hæc fieri poſſunt, neq; ſi Dei ita uellent.*
*Hunc rurſus allocuta eſt Dea cæſia Minerua:*
*Telemache, quale te uerbum fugit ſeptum dentium:*
*Facile Deus uolens & de longinquo uirum ſaluabit:* Volente Deo, nihil eſt difficile
*Vellem autem ipſe etiam dolores multos paſſus*
*Domum peruenire, & reditus diem cognoſcere:*
*Quàm ueniens perire intra parietes, ut Agamemnon*
*Perijt per Aegiſthi dolum & ſuæ uxoris.*
*Sed mortem quidem æqualem, neq; Dei*
*Etiam amico uiro poſſunt auxiliari, cùm iam*
*Parca pernicioſa proſtrauerit acerba morte.*
*Hunc rurſus Telemachus prudẽs contrà allocutus eſt:* Telemachus Mentori.
*Mentor, ne ãplius hæc dicamus quãquã mœrore affecti.*
*Illi autem non amplius reditus uerax, ſed ſibi iam*
*Decreuerunt immortales mortem & parcam nigram:*
*Nunc autem uolo uerbum aliud ſciſĩtari, & interrogare*
*Neſtorem, quoniã ultrà ſcit iuſtitias & prudẽtiã aliorũ:*
*Ter enim iam ipſum dicunt imperaſſe ætatib⁹ hominum:*
*Itaq; mihi immortalibus aſſimulatur uidendo.*
*O Neſtor Neleïde, (tu autem uerum dic)*
*Quomodo mortuus eſt Atrides lateĩperans Agamẽnon?*
*Vbi Menelaus erat? quam autem ipſi molitus eſt mortem*
*Aegiſthus doloſus? ſiquidẽ interfecit multò præſtãtiorẽ.*

An

Ayuntamiento de Madrid

An non Argis erat Achaicis? ſed aliò
Errabat ad homines, hic autem confiſus interfecit.
Huic reſpondit poſteà ſtrenuus eques Neſtor:
Ego tibi fili uera omnia dicam:
Certe quidem hoc & ipſe ſcis ſicut factum eſt:
Aegiſthi adulteriũ.
Si uiuum Aegiſthum in ædibus offendiſſet
Atrides ex Troia profectus flauus Menelaus,
Ipſi neque mortuo fuſilem terram ſuperfudiſſet:
Sed hunc canesq; & uultures laceraſſent
Iacentem in planitie longe ab Argo, neq; aliqua ipſum
Fleuiſſet Achæarũ: ualde.n.magnum molitus eſt facinus.
Nos quidem.n.illic multas perficientes pugnas
Sedebamus: hic quietus in ſeceſſu Argi equos paſcentis
Agamẽnonis exitium narrat Neſtor
Multùm Agamemnonis uxorem decipiebat uerbis.
Hæc anteà quidem renuebat facinus indecens
Diuina Clytemneſtra. mentibus.n.utebatur bonis:
Apud.n.erat & poëta uir cui multùm iniunxerat
Atrides ad Troiam iens cuſtodire uxorem.
Sed quãdo iã ipſum fatum Deorũ firmauit ut ꝑderetur,
Iam tunc quidem poëtam ducens in inſulam deſertam,
Reliquit auibus fruſtum & inuentum fieri:
Hanc autem uolens uolentem duxit propriam ad domũ:
Multa autem fœmora cõbuſſit Deorũ ſacris in altaribꝰ,
Multa autem iocalia ſuſpendit, ueſteſq; aurumq;,
Perficiens magnum facinus, quod nũquã ſperauerat aïo.
Nos quidem.n.ſimul nauigabamus ex Troia uenientes
Atrides & ego, amicabilia ſentientes inuicem.
Sed quãdo ad Suniũ ſacrũ ꝑuenimus promõtoriũ Athe-
Illic gubernatorem Menelai Phœbus Apollo (narum,
Propriis admirabilibus ſagittis ueniens interfecit,

Temonem

Ayuntamiento de Madrid

Temonem cum manibus currentis nauis tenentem
Phrontem Onetoridem, qui ſuperabat oẽ genus hominum
Nauem gubernare, quando infeſtarent procellæ.
Sic hic quidem tunc detentus eſt feſtinans quãuis ad uiam,
Vt ſocium ſepeliret, & exequias præberet.

Phrontis naucleri obitus.

Sed quandò iam & ille iens ad nigrum pontum
In nauibus concauis ad Malearum montem altum
Peruenit currens: tunc iam luctuoſam uiam lateaſpiciens
Cogitauit: acutorum autem uẽtorũ flatũ infudit, (Iupiter
Vndaſq; monſtrificas, magnas, æquales montibus.
Vbi diuidens partim quidem Cretæ appulit,
Vbi Cydones habitabant Iardani circum ſtagna.
Eſt autem quoddam planum prominẽſq; in mare ſaxũ,
In extrema Gortine in obſcuro ponto,
Vbi Notus magnam undã ad Scæũ promõtoriũ impellit
Ad Phæſtum: paruus autẽ lapis magnam undã repellit.
Hæ quidẽ illuc uenerunt: feſtinatione ãt fugerunt mortem
Viri, ſed naues ad cautes fregerunt
Vndæ: ſed quinq; naues nigras proras habentes
Aegypto applicauit ferens uentuſq; & aqua.
Sic is igitur illic multas opes & aurum congregans,
Errabat cum nauibus ad alienigenas homines.
Intereà autem illa Aegiſthus molitus eſt domi triſtia,
Interficiens Atridem: domitus eſt autẽ populus ab ipſo:
Per ſeptennium autem imperauit multi auri Mycenæ:

Agamẽnonis interitus.

Ipſi autem octauo malum uenit generoſus Oreſtes
Statim ab Athenis: interfecit autem patricidam
Aegiſthum doloſum, qui ei patrem inclytum interfecit.
Sanè hunc interficiens pauit ſepulchrales ludos Arguis,
Matriſq; odioſæ & impotentis Aegiſthi:

Oreſtes patrem ulciſcitur.

Eodem

*Eodem autem die aduenit uoce bonus Menelaus,*
*Multa precioſa ducens quotquot eius naues pōdus ferrēt.*
*Et tu amice ne diu ab ædibus procul erraueris,*
*Resq́; relinquens uirosq́; in tuis domibus*
*Sic peruicaces, ne tibi penitus omnia comedant*
*Res diuidentes: tu autem irritam uiam uenias.*
*Sed ad Menelaum ego uolo & iubeo*
*Accedere. ille enim recèns aliunde uenit*
*Ab his hominibus, unde non ſperaret animo*
*Redire, quem primum aberrare fecẽſſent procellæ*
*Ad pelagus magnum tale, unde neq; aues*
*Eodẽ ãno ueſtigia ponũt, quoniã magnũq; uehemẽsq́; eſt.*
*Sed uade nunc cum nauiq; tua & tuis ſocijs:*
*Si autem uis pedeſter, adſunt tibi currusq; & equi,*
*Adſunt & tibi filij mei, qui tibi duces itineris erunt*
*Ad Lacedæmona diuinam, ubi flauus Menelaus:*
*Roga autem ipſum ut uerum dicat:*
*Falſum autem non dicet, ualde enim prudens eſt.*
*Sic dixit: ſol autem ingreſſus eſt, & in tenebras iuit.*
*His autem dixit Dea cæſia Minerua:*
*O ſenex, certe hæc prout decet dixiſti:*
Minerua Neſtori.
*Sed agè, incidite quidem linguas, miſcete & uinum,*
*Vt Neptuno & alijs immortalibus*
*Libantes de ſomno cogitemus. huius enim hora eſt:*
*Iam enim lux abijt ſub tenebras, neq; decet*
*Diu deorum in conuiuio ſedere, ſed abire.*
*Dixit Iouis filia: hi autem audiuerunt dicentem:*
*His autem miniſtri quidem aquam in manus fuderunt:*
*Pueri autem crateras coronauerunt potu:*
*Diſtribuerunt autem omnibus, incipientes poculis:*

*Linguas*

Ayuntamiento de Madrid

Linguas autē in ignem iecerunt reſurgenteſq; libauerūt.
Sed poſt q̄ libauerunt, biberuntq; quantū cupiebat aīus,
Iam tum Minerua & Telemachus deo ſimilis
Ambo cogitarunt concauam ad nauem redire:
Neſtor autem rurſus detinuit feſtiuiter reprehendens uerbis:
Iupiter hoc prohibeat & immortales Dei alij,
Vt uos à me celerem ad nauem abeatis,
Tamquamq; ab aliquo uel omnino nudo & paupere:
Cui neq; ueſtes & tragulæ multæ in domo:
Neq; ipſi molliter,neq; hoſpitibus dormire:
Sed mihi adſunt quidem ueſtes & tragulæ pulchræ,
Neq; huius uiri Vlyßis dilectus filius
Nauis in tabulatis dormiet,donec ego
Viuam:poſteà autem filij in ædibus relinquentur
Hoſpites hoſpitari quicunq; ad meas ædes uenerit.
Hunc rurſus allocuta eſt Dea cæſia Minerua:
Bene iam hæc dixiſti ſenex amice:tibi autem decet
Telemachum parêre,quoniam multò melius ſic.
Sed hic quidem nunc te ſimul ſequetur ut dormiat
Tuis in ædibus:ego autem in nauem nigram
Ibo,ut horter ſocios dicamq; ſingula.
Solus enim inter hos ſenior dicor eſſe:
Qui autem alij amicitia iuniores uiri ſequuntur,
Omnes coæui magnanimi Telemachi.
Ibi dormiam concaua in naui nigra
Nunc:ſed manè ad Cauconas magnanimos
Ibo,ubi debitum mihi debetur,neq; nouum,
Neq; paucum:tu autem hūc, quoniā tuas p̄uenit ad ædes
Mitte cum curruq; & filio:da autem ei equos
Qui tibi uelociſſimi currere & robore optimi,

Sic

Ayuntamiento de Madrid

Diſparet Minerua.

Sic locuta,abijt cæſia Minerua aui oſſifragæ ſimilis,
Stupor autem cepit omnes uidentes:
Admiratus eſt & ſenex ut uidit oculis:
Telemachi ãt cepit manũ,uerbũq; fatus ẽ & cõpellauit:

Neſtor Telemacho.

O amice,non te ſpero malum & imbellum futurum,
Si iam te iuuenem ſic Dei duces comitantur.
Nõ quidẽ.n.aliquis hic alius cœleſtes domos habitantiũ,
Sed Iouis filia prædatrix Tritogenia,
Quæ ſanè & patrẽ bonum inter Arguos honorabat.
Sed regina ſis propitia:da autem mihi gloriam bonam,
Ipſi,& filijs,& caſtæ uxori:
Tibi autẽ rurſus ego ſacrificabo bouẽ iuuencã ãplifrõtẽ,
Indomitam,quam nondum ſub iugum duxit uir.
Hanc tibi ego ſacrificabo aurum cornibus circũ fundẽs.
Sic dixit precatus:hunc autem audiuit Pallas Minerua.
Hos autem præibat ſtrenuus eques Neſtor,
Filios & generos proprias ad ædes pulchras.
Sed quando ad ædes peruenerunt inclytas huius Regis,
Ex ordine ſederunt in ſedibusq; thronisq;.
His ſenex uenientibus cratera miſcuit
Vinum dulcis potus,quod decimo anno
Aperuit proma,& cooperculum ſoluit.
Hoc ſenex cratera miſcuit:multa autem Mineruæ
Supplicauit,libans filiæ Iouis ægidem habentis.
Sed poſtquã libauerunt,biberuntq; quãtũ uoluit animꝰ,
Hi quidem dormiturientes iuerunt domum unusquiſq;:
Hunc autem ibi dormire fecit ſtrenuus eques Neſtor,
Telemachum dilectum filium Vlyſſis diuini,

Itur cubitum.

Perforatis in lectis ſub porticu ualdeſonanti:
Iuxta autem bellicoſum Piſiſtratum ducem uirorum,

Qui ei

Qui ei iunior inter filios erat in ædibus:
Ipſe autem rurſus dormiuit in conclaui domus altæ.
Huic uxor Regina lectum parauit & cubile.
Quando āt diluculum generans apparuit roſea Aurora,
Surrexit ex lecto ſtrenuus eques Neſtor:
Egreſſus autem ſedit in politis lapidibus,
Qui ei erant ante ianuas altas
Albi reſplendentes liquore, in quibus quidem priùs
Neleus ſedit deis conſultor ſimilis:
Sed hic quidem iā à parca domitus ad inferos deſcendit:
Neſtor rurſus tunc ſedit ſtrenuus cuſtos Achiuorum
Sceptrum tenens: circùm autem filij ſimul congregati ſunt
Ex cubilibus uenientes, Echephronq́;, Stratiusq́;,
Perſeusq́;, Aretusq́;, & ſimilis deo Traſimedes,
Ad hos poſteà ſextus Piſiſtratus uenit heros:
Iuxtà āt Telemachū deo ſimilem ſedere fecerūt ducētes.
His autem uerba orſus eſt ſtrenuus eques Neſtor:
Statim mihi, filij dilecti, perficite deſyderium,
Vt primam ante alios deos placem Mineruam,
Quæ mihi manifeſta uenit dei in conuiuium ſolemne.
Sed alius quidem in campum ad bouem eat, ut celeriter
Veniat: agat autem bouem bubulcus uir:
Vnus autem ad Telemachi magnanimi nauem nigram
Omnes profectus ſocios ducat: relinquat autē duos ſolos:
Vnus rurſus aurificem Laërcea huc iubeat
Venire, ut bouis aurum cornibus circunfundat:
Vos autem alij manete hîc ſimul: dicite autem intus
Ancillis in ædibus inclytis conuiuium parare,
Sedesq́; ligna q́; circùm, & limpidam ferre aquam.
Sic dixit: hi autem omnes exequebātur. uenit qdē bos

Neſtoris filij iuſſu patris Mineruæ ſacrum apparant.

Laërces aurarius faber.

Ex agro:uenerunt autem celeri à naui æquali
Telemachi ſocij magnanimi:uenit & aurifex
Inſtrumenta in manibus tenens fabrilia abſoluentia artē,
Incudemq́;,malleumq́; benefactamq́; forcipem,
Quibusq́; aurum laborabat:uenit & Minerua
Sacrificijs occurrens:ſenex autē equorumdomitor Neſtor
Aurum dedit:hic autem poſteà bouis cornibus circūfudit
Studioſè mollificans,ut ornamenta Dea gauderet intuita:
Bouem āt ducebāt cornibus Stratius & diuus Echephrō:
Aquas autē ad lauandū ad ipſos Aretus in pulchro lebete
Venit ex cubiculo ferens:altera autem tenebat molas
In caniſtro: ſecurim uerò bellicoſus Thraſymedes
Acutam habens in manu aſtabat bouem percuſſurus:
Perſeus autē lagenam tenebat:ſenex autem eques Neſtor
Aquamq́; molasq́; cepit:multa autem Mineruæ
Supplicauit incipiens capitis pilos in ignem iaciens.
Sed poſtquàm precati ſunt,& molas proiecerunt,
Statim Neſtoris filius magnanimus Traſymedes
Bouis mactatio.
Percuſſit iuxtà ſtans:ſecuris autem incîdit neruos
Ceruicis:ſoluit autem bouis robur,ululabant
Filiæq́; ſponſæq́;,& uerecunda uxor
Eurydice Neſtoris uxor.
Neſtoris Eurydice maior natu Clymeni filiarum.
Hi quidem poſteà eleuantes à terra latæ uiæ
Tenebant,ſed iugulauit Piſiſtratus diuus uirorum.
Ex hac poſtquā ater cruor effluit,reliquit & oſſa ſpūs,
Statim ipſam diuiſerunt:ſtatim & crura exciderunt
Omnia,ut decuit,omento obduxerunt,
Duplicia facientes,ipſaq́; cruda impoſuerunt:
Torrebat autem ſub lignis:ſenex rubrum autem uinum
Infudit:iuuenes autē apud ipſū tenebant ueruaquinque
(ordines habentia manibus.

Ayuntamiento de Madrid

Sed poſtquã crura toſta ſunt, & inteſtina comeſta ſunt,
Minutatimq́; inciderunt & alia, & uerubus trãsfixerũt:
Aſſauerunt autem acuta ueru in manibus habentes:
Interim autem Telemachum lauit pulchra Polycaſta
Neſtoris ultima filia Neleïdæ.
Sed poſtquàm lauitq́;, & unxit pingui oleo,
Circúmque ipſum pallium pulchrum iecit & tunicam,
Ex balneo exiuit corpore immortalibus ſimilis:
Apud autem Neſtorem iens ſedit paſtorem populorum.
Hi ãt poſtquã aſsauerũt carnes exteriores & traxerũt,
Epulabantur ſedentes: uiri autem honeſti acceſſerunt,
Vinum infundentes in aureis poculis.
Sed poſtquàm potus & cibi deſyderium eiecerunt,
His uerba orſus eſt gerenius eques Neſtor:
Filij mei, cito Telemacho crinitos equos
Iungite ſub currus ducentes, ut peragat iter.
Sic dixit: hi huic maxĩè quidẽ audiuerũt & paruerũt:
Statim autem iunxerunt ſub curribus celeres equos:
Mulier autem proma panem & uinum infudit,
Obſoniaq́; qualia comedunt à Ioue nutriti Reges:
Supra autem Telemachus pulchrum aſcendit currum:
Iuxtà autem Neſtorides Piſiſtratus eximius uirorum
Currúmque aſcendit, & habenas accepit manu:
Verberauit autem ut irent: hi autẽ non inuiti uolauerũt
In campum: reliquerunt autem Pyli altam urbem.
Hi autem per totam diem iterfecerunt iugũ circũferẽtes,
Occiditque Sol: adumbratæque ſunt omnes uiæ:
In Pheras autem peruenerunt Dioclis ad domum
Filij Ortilochi, quem Alpheus peperit filium:
Ibi ãt noctẽ requeuerũt: hic aũt ipſis hoſpitalia appoſuit:

Telemachus proficiſcitur ad Menelaum



Ayuntamiento de Madrid

Quando autē diluculū generans apparuit roſea Aurora,
Equosq́; iunxit, ſupraq́; currus ornatos aſcendit:
Verberauit ãt ut incitarentur: hi ãt non inuiti uolauerūt:
Peruenerunt ãt in campum frugiferum: ibi autem poſteà
Perficiebant uiam. tantã enim abſoluerunt ueloces equi.
Occiditq́; ſol, adumbrataq́; ſunt omnes uiæ.

## ARGVMENTVM. Δ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Apud Menelaum hoſpitatus cum Piſiſtrato Telemachus, annunciat quæ in Ithaca à procis fiunt: poſteà narrat ipſi Menelaus de reditu Græcorum, & Protei uaticinio, per quod agnouit Agamemnonis mortem, & quod Vlyſſes apud Calipſô eſſet. Conſilium autem fit procorum de Telemacho interficiendo: conſolatur autem Minerua per ſomniū Penelopem, propter filij peregrinationem ægreferentem, per ſimulacrum, aſſimilata Iphthimæ Penelopes ſorori.



Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE .Δ. HOMERI COMPOSITIONIS.

*In Delta, didicit de patre ab Atride inſidijs petitus filius.*

*Hi peruenerunt concauam ad Lacedæmona magnam:*
*Ad autem domos appulerunt Menelai illuſtris:*
*Hunc inuenerunt conuiuantem nuptias multis ſodalibus,*
*Filij & filiæ nobilis, propria in domo:*
*Hanc quidem Achillis fortis filio mittebat:*
*In Troia enim primùm promiſerat & annuerat*
*Dare: his autem Dij nuptias perfecerunt.*
*Hanc igitur hic tunc equis & curribus miſit ire*
*Mirmidonum ad urbem inclytam, quibus imperabat:*
*Filio autem ex Sparta Alectoris adduxit filiam:*
*Qui illi chariſſimus natus eſt fortis Megapenthes*
*Ex ſerua: Helenæ ãt Dij filium non amplius oſtẽderunt?*
*Poſtquàm primùm genuit filiam amabilem*
*Hermionem, quæ ſpeciem habebat aureæ Veneris.*
*Sic hi quidem conuiuabantur in alta magna domo*
*Vicini & ſodales Menelai illuſtris*
*Oblectantes: inter ipſos autem canebat diuinus cantor*
*Citharizans: duo autem ſaltatores inter ipſos*
*Ad modulationẽ canẽtis in girũ ſeſe uertebant in medio.*
*Hi autem rurſus in ueſtibulis domorum, ipſiq; & equi,*
*Telemachusq; heros, & Neſtoris clarus filius*
*Steterunt: procedens autem uidit præſtans Eteoneus:*



Ayuntamiento de Madrid

Promptus miniſter Menelai illuſtris:
Cepit ãt ire nunciaturus ꝑ domualia paſtori populorũ:
Propè autem ſtans uerba pennata locutus eſt:
Hoſpites quidam hi, nobilis ò Menelaë:
Viri duo ſoboli autem Iouis magni ſimiles ſunt,
Sed dic an ipſis ſoluamus ueloces equos,
An ad alium mittamus ire qui hoſpitetur?

*Iubet Menelaus aduenas hoſpitio ſuſcipi.*

Hũc ãt ualde ĩgemiſcẽs, allocutus eſt flauus Menelaꝰ:
Non quidem ſtultus fuiſti Boëthide Eteonee
Antehàc, ſed nunc quidem puer tanquã ſtulta loqueris:
Certe quidem nos hoſpitalia munera multa comedentes
Aliorum hominum huc peruenimus, ſi modò Iupiter
In poſterum ceſſare faciat ab ærumna: ſed ſolue equos
Hoſpitum: ipſos autem priùs introduc ad comedendum.
Sic dixit: hic ãt ex domo cũ feſtinatiõe exiuit: iuſſit au-
Promptos miniſtros ſimul ſequi ſeipſum. (tem alios
Hi autem equos quidem ſoluerunt ſub iugo ſudantes,
Et hos quidem ligauerunt in equinis præſepibus:
Antè autẽ poſuerunt auenas, & hordeũ albũ miſcuerũt,
Currúſque reclinauerunt ad parietes perlucidos:
Ipſos autem introduxerunt ĩ diuinam domum: hi autẽ
Admirabantur domum nobilis regis: (uidentes
Tanquam.n. ſolis ſplendor erat uel lunæ,
In domo alta Menelai illuſtris.
Sed poſtquàm delectati ſunt uidentes oculis,
In balnea ingreſſi polita loti fuerunt:
Hos autem poſtquam ancillæ lauerunt & unxerũt oleo:
Circùm autem ueſtes molles poſuerunt & tunicas,
In ſedibus ſedere apud Atridem Menelaum:
Aquam autem famula guturnio infudit ferens,

Pulchro

Ayuntamiento de Madrid

Pulchro,aureo,ſuper argenteo lebete,
Ad lauandum:propeq́; politam extendit menſam,
Panemq́; uerecunda famula appoſuit ferens,
Obſonia multa imponens,gratificans ex his quæ aderāt:
Structor autem carnium lances appoſuit attollens
Variarum:apud autem ipſos poſuit aurea pocula.
Hos oſtendens allocutus eſt flauus Menelaus:
Panem ſimul apprehendite & gaudete:ſed poſteà
Cœnam cùm finieritis,interrogabimus quinam eſtis
Virorum:non enim ueſtrorum genus perijt parentum:
Sed uirorum genus eſtis nobilium regum
Sceptrigerorum,quoniā nequaquā ignaui tales genuiſſēt:
Sic dixit,& ipſis dorſa bouis pinguia appoſuit
Aſſa ĩ manibus accipiens,quā portionē appoſuerāt ipſi,
Hi in cibos paratos,appoſitos,manus immiſerunt.
Sed poſtquàm potus,& cibi deſiderium exemerunt,
Iam tunc Telemachus allocutus eſt Neſtoris filium,
Propè tenens caput,ut non audirent alij: Telemachus Piſiſtrato.
Animaduerte Neſtoride meo grate animo,
Aerisque ſplendorem,& domos reſonantes:
Aurique,electrique,& argenti,& eboris,
Iouis ſanè talis eſt olympij intus aula, (inſpicientem. Menelai regia.
Quanta hæc infinita & multa ſunt?admiratio me tenet
Hunc loquentem intellexit flauus Menelaus,
Et ipſos alloquens uerba pennata dixit: (poſſet.
Filij chariſſimi,certe cū Ioue mortaliū nullus cōtendere Menelaus Telemacho labores ſuos narrat.
Immortales.n.huius domus & poſſeſſiones ſunt:
Virorum autem uel aliquis mihi contendet, uel & non
Poſſeſſionibus:certe.n.multa paſſus,& multùm errans,
Duxi in nauibus,& octauo anno ueni



Ayuntamiento de Madrid

Per Cyprum,Phœniæmq́;,& Aegyptios uagatus,
Ad Aethiopaſq́; perueni,& Sidonios,& Erembos,
Et Lybiam,ubi agni ſtatim cornuti ſunt:
Ter enim pariunt oues perfectum in annum:
Vbi quidem neq; dominus indigus eſt,neq; paſtor
Caſei & carnium,neq; dulcis lactis,
Sed ſemper præbent per totum annum lac exugere.
Donec ego circa illa multas opes congerens
Erraui,interim mihi fratrem alius interfecit
Clàm ex inopinato dolo pernicioſæ uxoris:
Sic nequaquam gaudens his poſſeſſionibus dominor:
Et à patribus hæc debetis audire quicunq; uobis
Sunt,quoniã ualde multa paßus ſum,& perdidi domũ
Bene ualde habitatam,capientem multa & bona:
Quorum utinam tertiam habens in domibus partem
Habitarem:uiri autem ſalui eſſent qui tunc perierunt
Troia in lata,longè ab Argo equos paſcente:
Sed tamen omnes quidem lugens & dolens,
Sæpe in domibus ſedens noſtris,
Interdum quidem luctu mẽtẽ delector:interdũ ãt rurſus
Ceſſo:CELER autem ſacietas triſtis luctus.
Horum omnium cauſâ non tantùm lugeo dolens,
Quantùm unius qui mihi ſomnum inimicũ facit & cibum
Recordanti:quoniã nullus Achiuorum tantũ laborauit,
Quantũ Vlyſſes laborauit & ſuſtulit:ideo huic futuri
Ipſi dolores:mihi ãt mœror ſemper intolerabilis (erant
Illius cauſa:quomodo iamdiu abeſt,neq; ꝗcquã nouimus
Viuat hic an mortuus ſit:lugent ipſum
Laërteſq; ſenex,& prudens Penelope,
Telemachuſq́;,quem reliquit recèns natum in domo.

Sic

Ayuntamiento de Madrid

Sic dixit:huic autem pp patrē deſyderiū mouit luctus,
Lachrymáq́; à palpebris ĩ terrā fudit de patre audiens,
Veſtem purpuream contra oculos tollens
Ambabus manibus:uidit autem ipſum Menelaus:
Cogitauit autem poſteà mente & animo,
An ipſum de patre ſineret mentionem facere,
An priùs interrogaret,ſingulaq́; narraret.
Donec hic hæc uolutabat in mente & in animo,
Helena è cubiculo odorato,alto — *Helenæ ornatus.*
Egreſſa eſt,Dianæ auream colum habenti ſimilis:
Huic Adraſta cathedram bene fabrefactam poſuit:
Alcippe autem tapetem tulit ex molli lana:
Phylo autem argenteam ciſtellam tulit,quam ei dedit
Alcandra Polybi uxor,qui habitabat in Thebis
Aegyptijs,ubi plurimæ in domibus opes iacent:
Ille Menelao dedit duo argentea labra,
Et geminos tripodas,& decem auri talenta:
Seorſum āt Helenæ uxor præbuit pulcherrima dona:
Aureamq́; colum, ciſtellámq; rotundam dedit
Argenteam:auro autem labia abſoluta erant:
Hanc ei famula Phylo appoſuit ferens,
Filo laborato plenam,ſed in ipſa
Colus extenſa erat,uiolaceam lanam habens:
Sedit autem in cathedra:ſcabellum āt ſub pedibus erat:
Statim autem hæc uerbis uirum interrogauit ſingula:
Scimus profectò Menelaë generoſe quinam hi — *Helena cū Menelao de aduenis fabulatur.*
Virorum dicunt perueniſſe noſtram domum,
Mentiar,an uerum dicam?iubet autem me animus.
Nondum enim aliquem dico ita ſimilem uidiſſe,
Neq; uirum,neq; fœminā:admiratio me hēt inſpicientem.

Vt

Vt hic Vlyßis magnanimi filio ſimilis eſt
Telemacho, quem reliquit recèns natum in domo
Ille uir, quando mei impudentis cauſa Achiui
Veniſtis ſub Troiam, bellum audax mouentes.
Huic reſpondens locutus eſt flauus Menelaus:
Sic nunc & ego conſidero mulier, ſicut tu putas.
Illius enim tales pedes, talésq; manus,
Oculorumq́; iactationes, caputq́;, deſuperq́; capilli:
Et nunc certe ego recordans de Vlyße,
Narrabam quæcunq; ille in ærumna exiſtens laborauit
Circa me: ſed hic copioſã ſub ſupalijs lachrymã funde
Veſtem purpuream contra oculos eleuans. (bat:
Huic rurſus Neſtorides Piſiſtratus contrà locutus eſt:
Atride Menelaë, nobilis princeps populorum:
Illius quidem hic filius eſt uerè ſicut dicis:
Sed prudens eſt: auerſatur autem in animo,
Sic ueniens primùm uerborum iactationes oſtendere
Coram te, cuius nos tanquàm dei delectamur uoce,
Sed me præmiſit gerenius bellicoſus Neſtor,
Hunc ſimul comitem ſequi: deſyderabat.n.te uidere,
Vt eum, uel uerbo admoneres, uel opere.
» MVLTOS.n.dolores habet patre filius abeũte
In domibus, cui non multi adiutores ſunt:
Sicut nunc Telemacho: ille quidem abeſt, neq; huic alij
Sunt qui in populo auertant iniuriam.
Huic autem reſpondens, locutus eſt flauus Menelaus:
Papè, certe ualde amici uiri filius meam domum
Peruenit, qui gratiâ mei multa laborauit certamina:
Et ipſum dixi reuerſum amicè tractare ſupra alios
Achiuorum, ſi nobis ſuper mare reditum dediſſet

Piſiſtratus quinã ſint edicit.

Menelaus dolet Vlyſſem abſẽtẽ

Nauibus

Ayuntamiento de Madrid

Nauibus uelocibus fieri olympius lateaſpidens Iupiter,
Et illi in Argo cõdidiſſẽ ciuitatẽ,& domos fabricaſſem,
Ex Ithaca ducens cum poſſeſſionibus,& filio proprio,
Et omnibus populis,unam ciuitatem populans:
Quæ circùm habitant ſubditæ ſunt autem mihi ipſi,
Et frequenter hic exiſtentes conuerſaremur,neq; nos
Aliud diduxiſſet diligentesq́; delectantesq́;,
Priusquàm cùm mortis obſcura nebula cooperuiſſet.
Sed hæc quidem inuiſurus erat Deus ipſe,
Qui illum infelicem reditu carentem ſolum fecit.
  Sic dixit:his autem omnibus cupiditatem concitauit.
Fleuit quidem Argua Helena Ioue prognata,
Flebat & Telemachus,& Atrides Menelaus:
Neq; Neſtoris filius illachrymos habebat oculos:
Recordatus eſt.n.in animo ſtrenui Antilochi,
Quem Auroræ interfecit lucidæ inclytus filius.
Huius hic recordatus uerba pennata dixit:
  Atride,ſupra quidem mortales te prudentem eſſe,
Neſtor dixit ſenex,quando mentionem faceremus de te
In ſuis domibus,& nos inuicem interrogaremus:
Et nunc ſi quo modo licet, morem geras mihi.nõ.n.ego
Delector lugens poſt cœnam:ſed & Aurora
Erit uerenouogenita:auerſor quidem nequaquam
Flere illũ,qui mortuus ẽ mortaliũ,& mortẽ cõſecutꝰ ẽ.
Hic certe,& honor unicus miſeris mortalibus,
Tonderéque comam,funderéque lachrymam à genis:
Etenim meus mortuus eſt frater nequaquam peſſimus
Arguorum:debes autem tu ſcire:non n.ego
Interfui,neq; uidi:ſupra autẽ alios dicũt fuiſſe (latorẽ.
Antilochum;ſupra alios quidẽ ad currẽdũ ucelocẽ,& bel

Piſiſtratus Antilochũ luget.

Antilochus à Mẽnone occiſus.

Hunc

Hunc autem reſpõdens,alloqutus eſt flauus Menelaus:
O amice,quoniam tot dixiſti quot prudens uir
Dixiſſet,& feciſſet,& qui maior natu eſſet.
Talis enim & patris es,qui & prudentia loqueris:
Facile autem cognoſci poteſt proles uiri,cui Iupiter
Felicitatem decreuerit,uxoremq́; ducenti ac naſcenti,
Vt nunc Neſtori dedit perpetuò per dies omnes
Ipſum quidem molliter ſeneſcere in domibus:
Filios rurſus prudentesq́;,& haſtis eſſe optimos.
Nos autem fletum quidẽ relinquamus,qui priùs factus ẽ:
Cœnæ autem rurſus recordemur:manibus autem aquam
Infundant:uerba autem & manè erunt
Telemacho & mihi ad dicendum uiciſsim.
Sic dixit:Aſphalio autem aquam in manus fudit
Promptus miniſter Menelai inclyti.
Hi in cibos promptos,appoſitos,manus iecerunt.
Pharmacũ Helenæ diſcutiens triſtitiam
Tunc rurſus alia cogitauit Helena ex Ioue nata.
Statĩ ĩ uinũ iniecit medicamẽtũ unde bibebãt(cẽs oĩum:
Luctũ expellens,& irã ſedans,malorũ obliuionem indu=
Quicũq; hoc deglutiuerit,poſt q̃ ĩ crateraĩmixtũ fuerit
Nequaquã ꝑ diẽ integrũ effundere poſſet lachrymã à
Neq; ſi illi mortua eſſet materq́; paterq́;, (genis,
Neque ſi coram ipſo fratrem,uel charum filium
Enſe trucidarent:hic autem oculis uideret.
Talia Iouis filia habebat medicamenta prudentia,
Polydãna
Bona,quæ ei Polydamna præbuit Thonis uxor
Aegyptiæ,ubi plurima producit fertile aruum
Medicamenta:multa quidem bona mixta:multa ãt mala:
Medicus eſt autem unuſquiſq; ſciens ſupra omnes
Homines:certe enim Pæeonis ſunt ex ſobole.

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed poſtquàm immiſit, iuſsitq; uinum infundere,
Rurſus uerbis reſpondens allocuta eſt:
Atride Menelaë, atq; etiam iſti
Virorum bonorum filij, certe Deus aliud poſt aliud
Iupiter bonumq́; malumq́; dat: poteſt enim omnia.
Nunc conuiuamini ſedentes in domibus,
Et uerbis oblectemini, decentia enim dicam:
Omnia quidem non ego loquar: neque nominabo
Quot Vlyſſis patientis ſunt certamina,
Sed quale hoc fecit & tolerauit fortis uir.
In populo Troianorum, ubi paſſi eſtis detrimẽta Achiui,
Seipſum uerberibus aſperis domans,
Veſtes laceras circum humeros imponens ſeruo ſimilis,
Virorum hoſtiũ ingreſsus eſt ciuitatem latasuiashabẽtẽ:
Alij autem ſeipſum uiro occultans aſsimilauit
Dectæ, qui nullo mõ talis erat in nauibus Achiuorum:
Huic ſimilis ingreſsus eſt Troianorũ ciuitatẽ: hi ãt igno
Oẽs: ego autem ipſũ ſola agnoui talẽ exiſtẽtẽ, (rauerunt
Et ipſum interrogaui: hic autem aſtutia euitabat.
Sed quando ipſum ego laui & unxi oleo,
Circum ãt ueſtimẽta indui, & iuraui firmum iuſiurãdũ,
Non priùs me Vlyßem inter Troianos manifeſtare,
Quàm ipſe in naues ueloces tentoriaq; perueniret:
Et tunc mihi totam mentem dixit Achiuorum:
Multos autem Troianorum cum interfecißet acuto enſe,
Venit ad Arguos: prudentiam autem attulit multam.
Tunc aliæ Troianæ acutè eiulabant, ſed meum cor
Gaudebat, quoniam iam mihi cor mutatum erat reuerti
Retrò domum: infortunium autẽ ſuſpirabam quod Venus
Dedit, quando me duxit illuc à chara patria terra.

Helena de Vlyſſe, & Ilij excidio

Filiamq́;

Filiamq́; meam relinquens, thalamumq́; uirumq́;,
Non aliquo indigentē, neq; mente, neq; itē pulchritudine.
  Hanc autem reſpondens allocutus eſt flauus Menelaus:
Certe hæc omnia mulier ſecundum decens dixiſti:
Iam quidem multorum didici conſiliumq́; mentemq́;
Virorum heroum, multam & adij terram:
Sed nondum tale ego uidi oculis,
Quale Vlyſsis prudentis fuit charum cor:
Quale & hoc fecit, & ſuſtinuit fortis uir
Equo in bene fabrefacto, ubi ſedebamus optimi quique
Arguorum Troianis mortem & fatum ferentes.
Veniſti poſteà illuc: inducturus autem te erat
Deus qui Troianis uolebat gloriam præbere:
Et te Deiphobus deo ſimilis ſequebatur euntem:
Ter autem circuiſti concauas inſidias tangens:
Nominatim autem Danaorum nominaſti optimos
Omnium Arguorum, uocem aſsimilans uxoribus.
Sed ego, & Tytides, & magnus Vlyſſes,
Sedentes in medijs audiuimus, ubi uocem edidiſti:
Nos quidem ambo cogitabamus incitati,
Vel exire, uel intus ſtatim reſpondere.
Sed Vlyſſes detinuit, & compreſsit deſyderãtes quãuis,
Tunc alij quidem omnes taciti erant filij Achiuorum:
Anticlus autem tibi ſolus reſpondere uerbis
Voluit, ſed Vlyſſes os manibus compreſſit
Indeſinenter fortibus: ſeruauit autem omnes Achiuos.
Iã diu ãt tenebat, donec te ſeorſũ abduxit Pallas Minerua
  Huic rurſus Telemachus prudẽs contra locutus ẽ:
Atride Menelaẽ, nobilis princeps populorum:
Moleſtius eſt, nõ.n. illi hæc auerterunt triſtem mortem:

*Helena equo incluſos nominatim uocauit.*

*Telemachus Menelao.*

Neq;

Neq; ſi ei cor ferreum intus fuiſſet.
Sed agitè, in lectum uertite nos, ut iam
Somno ſub dulci oblectemur dormientes.
Sic dixit: Argiua autem Helena famulabus iuſſit
Lectos ſub porticu ponere, & ſtrata pulchra
Purpurea imponere, ſternereq́; deſuper tapetes, Itur cubitum.
Indumentaq́; imponere mollia deſuper ad induendum:
Illæ autem egreſſæ ſũt ex domo facẽ in manibꝰ habẽtes:
Lectos autem ſtrauerunt: hoſpites autem eduxit præco.
Hi quidem in ueſtibulo domus illic dormierunt
Telemachusq́; heros, & Neſtoris illuſtris filius:
Atrides autem dormiuit in conclaui domus altæ:
Iuxtà ãt Helena lõgãueſtẽhabẽs cubauit diua mulierũ.
Quando autem manegenita apparuit roſea Aurora,
Surrexit ex lecto in pugna bonus Menelaus,
Veſtimenta induens: arcũ ãt enſem acutũ poſuit hũeros:
Pedibus autem ſub robuſtis ligauit bona calcamenta:
Cœpit autem ire ex thalamo deo ſimilis contrà:
Telemacho autem aſſedit, uerbũq́; dixit, & denominauit:
Quæ autem te neceſſitas duxit Telemache heros
In Lacedæmona magnam, ſupra lata dorſa maris? Querit Menelaus cauſam profectionis.
Publicum, an proprium? hoc mihi uerè dic.
Huic rurſus Telemachus prudens contrà locutus eſt:
Atride Menelaẽ, nobilis princeps populorum:
Veni ſi aliquam mihi famam de patre dicas:
Cõſumitur mihi domus: perierunt autem pinguia opera:
Inimicorũ ãt uirorum plena domus eſt: qui mihi ſemper
Oues frequentes iugulant, & curuos pedes habẽtes boues,
Matris meæ proci ſuperbam iniuriam habentes.
Ideirco nunc ad tua genua peruenio, ſi uelis

Illius

Illius lugubrem mortem dicere ſicubi uidiſti
Oculis tuis,uel alius uerbum audiuiſti
Errantis:ualde enim ipſum ærumnoſum peperit mater.
Neque in aliquo me ueritus blandiaris,neq; miſerans,
Sed rectè mihi narrato quomodò occurriſti ſpectaculo:
Supplico,ſi unquam tibi pater meus bonus Vlyſſes,
Vel uerbum,uel opus aliquod pollicitus perfecit,
Populo in Troianorum,ubi paſſi eſtis detrimēta Achiui:
Horum nunc mihi recordare,& mihi uerum dic.
Hunc āt ualde ſuſpirans allocutus eſt flauus Menelaꝰ:
Papè,certe ualde fortis uiri in lecto
Voluerunt dormire imbelles ipſi exiſtentes.
Quemadmodum quando in ſylua cerua fortis leonis
Hinnulos dormire collocans nupernatos lactentes,
Colles inquirit,& ualles herboſas
Paſcens:hic autem poſteà ſuum ingreſſus eſt cubile:
Ambobus autem his turpem mortem præbuit.
Sic illis Vlyſſes turpem mortem afferet.
Vtinam enim ô Iupiter pater,& Minerua,& Apollo,
Talis exiſtens qualis olim bene ædificata in Leſbo,
Ex prouocatione cum Philomelide luctatus eſt ſurgens:
Deiecit autem fortiter:lætati ſunt autem omnes Achiui:
Talis exiſtens cum procis uerſaretur Vlyſſes,
Omnes cito moriētes fierent amararumq; nuptiarum.
Menelai nauigatio
Hæc autem quæ me interrogas & precaris,non ego
Alia præter uerum dicam declinando,neque decipiam.
Sed quæ quidem mihi dixit ſenex marinus uerax,
Horum nullū tibi ego abſcondam uerbū,neq; occultabo:
In Aegypto me adhuc huc dei cupientem redire,
Detinebant:quoniā eis non ſacrificaui ꝑfecta ſacrificia:

Iſti

Ayuntamiento de Madrid

Iſti autem ſemper uolunt Dei recordari præceptorum.
Inſula poſteà quædam eſt undoſo in ponto,
Aegyptum contra: Pharum autem ipſam uocant:
Tantum longe, quantùm per totum diem concaua nauis
Perficeret, cui ſtridens uentus ſecundus inſpirat retrò:
Ineſt autem portus tranquillus, unde naues æquales
In mare deducunt, exhaurientes nigram aquam:
Hîc me uiginti dies detinuerunt Dij, neq; unq̃ uẽti ſecũdi
Spirantes apparuerunt à mari flantes, qui nauium
Comites ſunt per lata dorſa maris:
Et uiatica omnia conſumpta eſſent, & robora uirorum,
Niſi quædam me Dearum miſerata eſſet, & mei miſerta
Protei præpotentis filia marini ſenis
Idothea. huic .n. maximè animum moui,
Quæ mihi ſoli pereunti obuiauit ſeparatim à ſocijs.
Semper .n. circa inſulam uagantes piſcabantur
Aduncis hamis: affligebat autem uentrem fames.
Hæc prope me ſtans uerbum dixit, & locuta eſt:
Fatuus es, ò hoſpes, ualde tantùm, an ſtultus?
An uoluntarius negligens es? & gaudes dolores patiens?
Quòd iamdiu in inſula detineris? neque aliquem finem
Inuenire potes? minuitur autem animus ſociorum?
Sic dixit, ſed ego ipſã reſpondens allocutus ſum:
Dicam quidem quæcunq; tu es dearum:
Quia ego non uoluntarius detineor, ſed uideor
In deos peccaſſe, qui cœlum latum habitant.
Sed tu mihi dic (Dij .n. omnia ſciunt)
Quiſnam me immortalium impedit, & ligauit à uia
Reditumq;, quomodò per mare uadam piſcoſum?
Sic dixi; hæc autem ſtatim reſpondit diua dearum:

Idothea Menelao errãti dat conſilium.

Tibi enimuero ego hoſpes ualde uerè dicam:
Ventitat quidam huc ſenex marinus uerax,
Proteus
Immortalis Proteus Aegyptius, qui maris
Totius gurgites nouit, Neptuni miniſter:
(Hunc autem meum dicunt patrem eſſe, & me genuiſſe)
Hunc ſi quo modo tu poſſes in inſidijs poſitus excipere,
Ille tibi diceret uiam, & menſuras itineris,
Reditumq; quomodò per mare ibis piſcoſum:
Ac etiam tibi diceret nobilis ſi uelis,
Quicquid in domibus malumq; bonumq; contigit,
Abeunte te per longam uiam difficilemq;.
Sic dixit: ſed ego ipſam, reſpondens, allocutus ſum:
Ipſa nunc excogita tu dolum diuini ſenis,
Ne aliquo modo præuidens, uel præſciens fugiat:
Difficilis.n.eſt Deus, ut à mortali homine capiatur.
Sic dixi: hæc autem ſtatim reſpondit magna dearum:
Tibi.n.ego ualde uerè dicam:
Quando ſol medium cœlum conſcendit,
Idotheæ de patre Proteo capiendo conſiliū.
Tunc ex mari egreditur ſenex marinus uerax,
A flatu zephyri nigra ſpuma tectus:
Egreſſus autem dormit ſub ſpeluncis concauis:
Circū āt ipſū phocæ pedes habētes pulchri maris,
Simul frequentes dormiunt à cano mari exeuntes:
Amarum ſpirantes maris multos gurgites habētis odorē:
Illuc te ego ducens ſimul cum Aurora apparente,
Collocabo per ordinem: tu autem bene elige ſocios
Tres, qui tibi apud naues beneſabrefactas optimi ſunt:
Omnes autem tibi dico aſtutias ſenis:
Phocas quidem primùm numerabit, & per ipſas incedet.
Sed poſtquàm omnes numerauerit & uiderit,

Dormiet

Ayuntamiento de Madrid

Dormiet in medijs ceu paſtor in gregibus ouium:
Hunc quidem ubi primum dormientem uideri tis,
Et tunc poſteà uobis curæ ſit,roburq́; uiſq́;,
Illic ãt tenere,promptum & feſtinantem quamuis fugere:
Omnia autem fieri tentabit,quæ in terra
Reptilia ſunt,& aqua,& diuinus ignis:
Vos autem firmiter tenete,magisq́; comprimite,
Sed quando te ipſe interrogauerit uerbis,
Talis exiſtens qualem dormientem uidiſtis,
Et tunc iam abſtineq́; à ui,ſolueq́; ſenem
Heros:interroga autem deorum quis te opprimit
Reditumq́;,quomodo per mare uenias piſcoſum.
Sic effata,ſub mare ſubijt undoſum.
Sed ego ad naues,ubi ſteterant in arenis,
Iui:multa autem mihi cor cogitabat eunti.
Sed poſtquàm in nauim deueni & mare,
Cœnamq́; præparauimus,& uenit immortalis nox,
Iam tunc dormiuimus in littore maris:
Quando autem manegenita appuit roſeosdigitoshabens
Et tunc ſecundum littus maris lati (Aurora,
Iui,multa deos precans:ſed ſocios
Tres duxi,quibus maximè confidebam ad oẽm impetũ:
Tunc autem hæc ſubiens maris latum ſinum, Idotheæ doli in patrem
Quatuor phocarum ex mari pelles attulit:
Oẽs ãt erãt nuꝑ decoriatæ:dolum ãt excogitauit patri:
Cubilia autem in arenis effodiens marinis
Sedebat expectans:nos ãt ualde prope uenimus ipſam:
Per ordinem ãt collocauit:iniecit autẽ pellem unicuiq́;:
Illic grauiſſimus inſidiarum modus fuit. conſumebat.n.
Phocarum marinarum pernitioſiſſimus odor. (grauiter



Ayuntamiento de Madrid

Quis.n.marinum iuxta cete dormierit?
Sed ipſa ſaluauit,& excogitauit magnum iuuamen:
Ambroſiam ſub nares uniuiq; poſuit afferens,
Suauiter ualde ſpirantem:extinxit autem ceti odorem:
Totum autem per diem paßiſumus toleranti animo:
Phocæ ãt ex mari exiere congregatæ:hæ quidem poſteà
Per ordinem dormierunt iuxta littus maris:
Meridianus ãt ſenex exijt ex mari:inuenit ãt phocas
Pingues:omnes autem adiit:recenſuit autem numerum:
Nos autem primos numerauit inter cete, neq; animo
Putauit dolum eſſe:poſteà autem accubuit & ipſe:
Nos autem conclamantes irruimus:circum autẽ manus
Iecimus,neq; ſenex doloſæ oblitus eſt artis,
Sed primùm leo factus eſt iubatus,
Poſteà draco & pardus,atq; magnus aper
Factus eſt,& humida aqua,& arbor alta:
Nos autem firmiter tenebamus toleranti animo.
Sed quando grauiter tulit ſenex doloſa ſciens,
Et tunc me uerbis interrogans allocutus eſt:
Quis tecum Atrei fili deorum conſuluit conſilia,
Vt me caperes ĩuitũ ĩ inſidijs poſitus?quare tibi opus ẽ?
Sic dixit:ſed ego ipſum,reſpondens,allocutus ſum:
Scis ô ſenex(cur me hæc decipiens interrogas?)
Quòd diu in inſula detineor,neq; aliquem finem
Inuenire poſſum:minuitur autem mihi intus cor.
Sed tu mihi dic(Dij autem omnia ſciunt)
Quis me immortalium impedit,& ligauit à uia
Reditumq; quo pacto per mare ibo piſcoſum?
Sic dixit:hic autem me rurſus reſpondens,allocutus ẽ:
Sed ualde debebas Iouiq; alijſq; dijs

Proteus captus à Menelao.

Sacrificans

Ayuntamiento de Madrid

Sacrificans ſacra pulchra nauim cōſcēdere,ut citißimè
Tuam in patriam peruenires,nauigans ꝑ nigrum mare.
Non.n.tibi priùs fatum eſt amicóſque uidere,& ꝑuenire
Domum bene ædificatam,& tuam in patriam terram,
Quàm cum Aegypti ex Ioue fluentis fluuij
Rurſus ad aquā peruenias,ſacrificesq́; ſacras hecatōbas
Immortalibus dijs,qui cœlum latum habitant:
Et tunc tibi dabunt uiam Dij quam tu cupis.
Sic dixit:ſed mihi fractum eſt charum cor:
Quoniam me rurſus iußit per nigrum mare
Ad Aegyptum ire,longam uiam difficilemq́;.
Sed & ſic ipſum uerbis,reſpondens,allocutus ſum:
Hæc quidem ſic perficio ſenex ſicut tu iubes.
Sed agè,mihi hoc dic,& uerè narrato:
An omnes cum nauibus incolumes uenerint Græci,
Quos Neſtor,& ego reliquimus,de Troia euntes?
An aliquis perierit morte amara ſua in naui?
An amicorum in manibus poſtquàm bellum abſoluit?
Sic dixi:hic autem me,rurſus reſpondens,allocutus ē:
Atride,ne me interroges,neq; tibi opus eſt
Scire,neq; diſcere meum animum,neq; te dico
Diu ſine lachrymis fore,poſtquàm bene oīa audiueris:
Multi.n.horum periere:multi autem relicti ſunt:
Duces autem duo ſoli Græcorum loricatorum
In reditu perierunt:in pugna autem & tu affuiſti:
Vnus autem adhuc uiuus detinetur lato in mari,
Aiax quidem cum nauibus perijt longos remos habētib⁹:
Ad Gyræa quidem primùm Neptunus impulit
Saxa magna,& ſeruauit à mari:
Et profectò effugiſſet mortem,quāuis infenſus Mineruæ:



Ayuntamiento de Madrid

Niſi ualde ſuperbū uerbū emiſiſſet, & ualde læſus eēt.
Dixit inuitis Dijs effugiſſe undam maris:
Hunc Neptunus alta uoce audiuit loquentem:
Statim poſteà tridentem accipiens manibus fortibus,
Percuſſit Gyreum ſaxum, & abſcidit ipſum:
Et pars quidem illic manſit: fruſtum āt ĩcidit in mare:
In hoc Aiax primum inſidens ualde læſus eſt:
Hunc autem portauit per mare infinitum, undoſum.
Sic hic quidem ibi perijt poſtquàm bibit ſalſam aquā:
Tuus uerò effugit fata frater, & euitauit
In nauibus concauis: ſeruauit autem ueneranda Iuno.
Sed cùm iam futurus erat Malearum montem altum
Peruenire, tunc ipſum corripiens procella,
Per mare piſcoſum tulit ualde ingemiſcentem,
Agri in extremitatem, ubi domos habitabat Thyeſtes
Anteà, ſed tunc habitabat Thyeſtides Aegyſthus.
Sed cùm iam & illinc apparuit reditus tutus,
Iterum Dij uentum uerterunt, & domum peruenerunt:
Certe hic gaudens deſcendit in patriam terram,
Et oſculabatur tangens ſuam patriam: multæ āt ab ipſo
Lachrymæ calidæ effuſæ ſunt, poſtq̄ libēter uidit terrā:
Hunc āt à ſpecula uidit ſpeculator, quem collocauerat
Aegiſthus doloſus: pollicitus eſt autem mercedem
Auri duo talenta: obſeruabat autē hic in annum, (dinis:
Ne ipſū lateret trāſiēs: recordaretur āt ſtrenuæ fortitu-
Perrexit āt ire nunciaturus in domos paſtori populorū:
Statim Aegiſthus doloſam excogitauit artem,
Eligens per populum uiginti uiros optimos,
Collocauit inſidias: alibi autem iuſſit conuiuium parari:
Sed hic iuit uocaturus Agamemnonē paſtorem populorū,

Aiacis Oilei exitus.

Equis

Ayuntamiento de Madrid

Equis & curribus indecentia cogitans: Agamemno-
Hunc ãt neſcientẽ mortẽ duxit, & ĩterfecit, (ĩ præſepi: nis exitus.
Cũ cœna excepiſſet, quẽadmodũ aliquis ĩterficeret bouẽ
Neq; aliquis Atridæ ſociorũ relictus ẽ ꝗ eũ ſecuti erãt,
Neq; quisquã Aegiſthi: ſed interfecti ſunt in domibus.
Sic dixit: ſed mihi fractus eſt charus animus:
Flebam autem in arenis reſidens: neq; mihi cor
Volebat amplius uiuere, & uidere lumen ſolis.
Sed poſtquàm flenſq; prouolutuſq; ſatiatus ſum,
Iam tunc me allocutus eſt ſenex marinus uerax:
Ne amplius Atrei fili ꝑ multum tempus indeſinenter ſic
Fleas, quoniã nullum exitum inuenimus. ſed quã citiſſime
Tenta, ut iam in tuam patriam terram peruenias:
Vel. n. ipſum uiuum offendes, uel Oreſtes
Interfecerit præueniens: tu autem ſepulturæ occurres.
Sic dixit: ſed mihi cor & animus generoſus
Rurſus in pectoribus, & dolenti quamuis, lætatus eſt,
Et ipſum compellans uerba pennata locutus ſum:
Hos quidem ſcio: tu autem tertium uirum nomina:
Qui adhuc uiuus detinetur in lato mari,
Vel mortuus: uolo autem & dolens quamuis audire. De Vlyſſe.
Sic dixi: hic autem me, rurſus reſpondens, allocutus ẽ:
Filius Laërtæ in Ithaca domos habitans,
Hunc uidi in inſula calidam lachrymam fundentem
Nymphæ in domibus Calipsũs, quæ ipſum neceſſitate
Detinet: hic ãt non poteſt ĩ ſuã patriam terrã ꝑuenire.
Non. n. ipſi adſunt naues remis inſtructæ, & ſocij,
Qui ipſum deducant per lata dorſa maris:
Tibi autem non fatum eſt nobilis ô Menelaë,
In Argo equos paſcente mori, & mortem accipere.



Ayuntamiento de Madrid

Campus Elyſius.

*Sed te in Elyſium campum, & in fines terræ*
*Immortales mitterent, ubi flauus Rhadamanthus eſt:*
*Vbi facillima uita eſt hominibus:*
*Non nix, neq; hyems multa, neque unquam imber:*
*Sed ſemper zephyri ſtridulè ſpirantes flatus*
*Oceanus mittit ad refrigerandum homines:*
*Quoniam habes Helenam, & ipſis gener Iouis es.*

Proteus diſparet.

*Sic locutus, ſubijt mare undoſum.*
*Sed ego in naues cum ſocijs dijs paribus*
*Iui: multa autem mihi cor cogitabat eunti.*
*Sed poſtquàm in nauim uenimus & mare:*
*Cœnamq; præparauimus, uenitq; immortalis nox,*
*Iam tunc dormiuimus in littore maris:*
*Quando autem matutina apparuit roſeadigitos Aurora,*
*Naues quidem primùm traximus in mare magnum:*
*Malos autem impoſuimus, & uela nauibus æqualibus:*
*Sed & ipſi conſcendentes in ſedibus ſederunt:*
*Per ordinem āt ſedentes canum mare uerberabāt remis:*
*Retrò in Aegypti, qui imbribus augetur, fluuij locum,*
*Firmaui naues, & feci perfecta ſacrificia.*
*Sed poſtquàm placaui deorum iram ſemperexiſtentiū,*
*Aggeraui Agamēnoni tumulū, ut inextinguibilis gloria*
*Hæc cū perfeciſſem, iui: dederūt āt mihi uētū ſcđm(eēt.*
*Immortales, qui me citò charam in patriam miſerunt.*
*Sed nunc expecta in domibus meis,*
*Donec undecimúsque duodecimusqúe dies ſit,*
*Et tunc te bene mittam: dabo autem tibi pulchra mūera:*
*Tres equos, & currum bene fabrefactum: ſed poſteà*
*Dabo pulchrum poculum, ut libes Dijs*
*Immortalibus, mei recordatus per dies omnes:*

Huic

Ayuntamiento de Madrid

Huic āt rurſus Telemachus prudēs cōtrà locutus eſt:
Atride, ne me multum tempus hic detineas:
Etenim in annum ego apud te tolerarem,
Sedēs: neq; me domus caperet deſyderium, neq; parētū:
Valde.n. uerbis, ſermonibúsque tuis audiens,
Delector: ſed mihi triſtantur ſocij
In Pylo illuſtri: tu autem me diu hîc detines:
Donū āt q̄dcunq; mihi dederis ex genere ſeruādorū eſto:
Equos autem in Ithaca non ducam, ſed tibi ipſi
Hîc relinquam oblectamentum. tu.n. campo imperas
Lato, in quo eſt quidem trifolium multum, & cyperus,
Tritiamque, zeæq;, & latè prouenièns hordeū album:
In Ithaca autem neq; curricula lata, neq; pratum:
Sed ad capras paſcendas accommodata, & magis amabiles equos alente:
Nō.n. aliqua īſularū equos īpellēs, neq; bōa hēns prata,
Quæ mari reclinatæ ſunt: Ithaca autem & ſupra omnes.
Sic dixit: ſubriſit autem bonus in pugna Menelaus,
Manúque ipſum demulſit, uerbūq; dixit, & locutus eſt:
E ſanguine es bono chare fili, qualia loqueris?
Tibi igitur ego hæc mutabo: poſſum enim.
Donorum autem quæcunq; in mea domo repoſita iacēt,
Dabo quod pulcherrimum & precioſiſsimum eſt:
Dabo tibi crateram elaboratam: argentea autem
Eſt tota: auro autem labia perfecta ſunt:
Opus autē Vulcani: præbuit autē ipſā Phædimus heros
Sidoniorum Rex, quando ſua domus cooperuit
Illuc me reuerſum: tibi autem uolo hoc præbere.
Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur:
Conuiuæ autem in domos uenerūt diuini Regis: (nū:
Hi āt ducebāt quidē oues: ferebāt āt uiros corroborās ui

Telemachus Neſtori.

Ithacæ inſulæ qualitas.

Xenia dātur Telemacho.

Ayuntamiento de Madrid

Panẽ autẽ ipſis uxores pulchras uittas habẽtes attulerũ
Sic hi quidem circa cœnam in domibus laborabant;
Proci autem ante Vlyſsis domum
Diſcis delectabantur & iaculis, mittentes
In perfecto pauimento, ubi anteà iniuriam habebant:
Antionus ãt ſedebat, & Eurymachꝰ diuina ſpẽ præditꝰ,
Principes procorum: uirtute autem erant longè optimi.
Hos autem filius Phronij Noëmon prope ueniens,
Antinoum uerbis interrogans, allocutus eſt:
Antinoë, nunquid ſcimus in mentibus? an non?
Quando Telemachus reuertetur ex Pylo arenoſa,
Nauem mihi abijt ducens: mihi autem opus eſt ipſa,
Elida in latam tranſire, ubi mihi equæ
Duodecim fœminæ: muli autem laborioſi
Indomiti: horum aliquem abigens domarem.

Antinous & Eurymachus procorum principes.

Noëmon Telemacho nauem cõmodat

Sic dixit: hi ãt ĩ animo obſtupuerunt. nõ. n. exiſtimabãt
In pylum abiſſe Neleiam: ſed alicubi ipſius
Agrorum, uel ouibus adeſſe, uel ſubulco.
Hunc rurſus Antinous allocutus eſt Eupithei filius:
Verè mihi dic quando abijt? & qui ipſum
Iuuenes ſecuti ſunt Ithacæ electi? an ſui ipſius
Mercenarijq; ſeruiq;? poteſt & hoc perficere:
Et mihi hoc dic uerè ut bene ſciam,
An à te uiolentia inuito abſtulit nauem nigram:
An uoluntarius ei dediſti, quoniam blanditus eſt uerbis.
Huic autem filius Phronij Noëmon contrà locutus eſt:
Ipſe uoluntarius ei dedi, quod feciſſet & alius,
Cùm uir talis habens conſilia animo
Petijſſet, difficile renuere dationem fuiſſet:
Iuuenes autem qui in populo optimi ſunt inter uos,

Hi

Ayuntamiento de Madrid

Hi ipſum ſecuti ſūt:principem āt ego cōſcēdētē cognoui
Mentorem,uel deum,huic ipſi per omnia ſimilis erat.
Sed hoc admiror,uidi hic Mentorem magnum
Heri ſub auroram:tunc uero conſcendit nauim in Pylū.
Sic locutus abijt ad domos patris:
His autem ambobus obſtupuit animus ſuperbus:
Proci autem ſimul ſederunt,& quieuerunt à ludis:
Ad hos autem Antinous locutus eſt Eupithei filius
Mœſtus(ira autem ualde mentes circumnigræ
Impletæ erant:oculi autē ipſius igni micāti ſimiles erāt)
Heu quàm magnum facinus audacter perfectum eſt:
Telemacho iter hoc dicebamus autem ei ab ſolutum iri:
Ex tot autem inuitis iuuenis puer abiuit ſic
Nauem deducens,eligensq́; ex populo præſtantiſſimos:
Incipiet autem & ſibi priori malum eſſe:ſed eius ipſius
Iupiter perdat uiolētiā,priusquā nobis nocumētū fiat.
Sed agedū,mihi date nauem uelocem & uiginti ſocios,
Vt illi ipſi eunti inſidier,& obſeruem
In freto Ithacæq́; Samijſq́; aſperæ,
Vt ſuo cum periculo nauiget gratiâ patris.
Sic dixit:ipſum autem omnes laudauerūt,& iuſſerūt:
Statim poſteà ſurgentes iuerunt domum Vlyſsis,
Neq; Penelope multum tempus fuit inſcia
Verborum,quæ proci in mentibus clàm moliebantur.
Præco.n.ei dixit Medon qui audiuit conſilia
Extra atrium exiſtens:hi autem intus cōſiliū texebāt.
Perrexit autem ire nuncians per domos Penelope:
Hunc autem in itinere uenientem allocuta eſt Penelope:
Præco,cur te præmiſerunt proci illuſtres?
An dicere ancillis Vlyſsis diuini

Procorum de occidēdo Telemacho conſilium.

Penelope Medoni de procis.

Ab operibus ceſſare:ſibi autem ipſis conuiuium parare:
Non ambientes,neq; alibi conuerſantes.
Poſtremò & ultimò nunc hìc cœnarent,
Qui ſimul congregati uictum abſumitis multum,
Poſſeßionē Telemachi prudentis,neq; adhuc ex patribꝰ
Veſtris anteà audiſtis pueri exiſtentes,
Qualis Vlyſſes fuit cum ueſtris parentibus:
Neq; aliquem afficiens iniuſtitia,neq; dicens
In populo,quæ eſt iuſtitia diuinorum Regum,
Alium oderit,alium diligat:
Ille autem nunquam omnino iniquo uiro ſucœnſuit:
Sed ueſter animus,& turpia opera
Apparent:neque aliqua eſt gratia poſt beneficia.

Medon Pe nelopæ Te lemachum nunciat ab nauigaſſe.

Hanc autē rurſus allocutus eſt Medon prudētia ſciēs:
Verumenimuero Regina,hoc maximum malum eſſet.
Sed multo maius,& grauius aliud
Proci cogitant,quod non perficiat Saturnius:
Telemachum parant interficere acuto ferro
Domum redeuntem:hic autem iuit,ut de patre audiat
In Pylum ſacram,& in Lacædemona diuinam.
Sic dixit:huius autē ibi ſoluta ſūt genua & charū cor:
Diu autem ipſam ſtupor uerborum cœpit:ipſius āt oculi
Lachrymis impleti ſunt:tenera āt ipſius detenta ē uox.
Tardè āt iam ipſum,uerbis reſpondens,allocuta eſt:
Præco,cur mihi filius abijt?neq;.n.ipſum neceſſe erat
Naues ueloces conſcendere,quæ maris equi
Hominibus fiunt:peruadunt autem ad multum mare:
An ut neq; nomen ipſius inter homines relinquatur?

Penelope dolet clā ſe filium eē profectum.

Huic autē reſpondit paſteà Medon prudentia ſciēs:
Non noui an aliquis ipſum Deus excitarit,uel & eius

Animus

Ayuntamiento de Madrid

*Animus motus ſit ire in Pylum, ut diſcat*
*Patris ſui, uel reditum, uel quodnam fatum aſſecutus eſt.*
*Sic loquens abijt ad ædes Vlyßis:* (paſſa eſt
*Hanc ãt dolor circunfuſus eſt aĩum corrumpẽs, neq; itẽ*
*In ſede ſedere, multis in domo exiſtentibus.*
*Sed in pauimento ſedit elaborati thalami,*
*Miſerabiliter lugens: circùm autem ancillæ lugebant*
*Omnes, quot in ædibus erant iuuenes & antiquæ:*
*Has grauiter lugens allocuta eſt Penelope:* (runt
*Audite amicæ, potißimũ .n. mihi cœleſtes dolores dede*
*Ex omnibus, quotquot mecũ ſimul nutritæ ſũt, & genitæ:*
*Quæ priùs uirum bonũ ꝑdidi aĩum leonis habentem,*
*Omnibus uirtutibus ornatum, in Danais* (neſſo:
*Bonum, cuius gloria lata in Græcia & media Pelopo-*
*Nunc autem filium chariſsimum perdere parant*
*Inglorium, ex ædibus, neq; diſcedentem audiui:*
*Impiæ, neq; uos in animo poſuiſtis ſingulæ*
*Ex lectis me excitare ſcientes certo animo,*
*Quando ille iuit concauam in nauem nigram.*
*Si enim ego audiuiſſem hanc uiam molientem,*
*Propter hoc potißimum uel mãſiſſet, quãuis affectãs uiæ,*
*Vel me mortuam in ædibus reliquiſſet.*
*Sed aliquis citò Dalium acerſat ſenem*
*Seruum meum, quẽ mihi dedit pater, tum cũ huc uenirẽ:* Dalius Pe-
*Et mihi hortũ colit multis inſitũ arboribus, ut celerrimè* nelopes ſer-
*Laërtæ hæc omnia aſſidens narret,* uus.
*Si quo modo aliquod ipſe in animo conſilium texens,*
*Profectus ad populos lugeat, qui parant*
*Suam & Vlyßis interimere progeniem ſimilis Deo.* Eurycle a
*Hanc rurſus allocuta eſt dilecta nutrix Euryclea:* nutrix.

Nympha

*Stetit autem ſupra caput, & ad ipſam uerbum dixit:*
*Dormis Penelope, charo ægra animo?*
*Non quidem te ſinent Dei facilè uiuentes*
*Flere, neque triſtari: quoniam adhuc rediturus eſt*
*Tuus filius. non enim Dijs aliquod ob crimen eſt exoſus.*
*Huic autem reſpondit poſteà prudens Penelope,*
*Suauè admodùm dormiens in ſomni foribus:*
*Cur ſoror huc ueniſti? non anteà*
*Acceßiſti? quoniã ualde multùm procul domos habitas,*
*Et me iubes ceſſare ab ærumna & doloribus*
*Multis, qui mihi laceſſunt mentem & animum:*
*Quæ priùs quidẽ uirũ bonũ perdidi aĩum leonis habẽtẽ,*
*Omnibus uirtutibus ornatum, in Danais*
*Bonũ, cuius gloria lata in Græcia & media Peloponeſſo:*
*Nunc autem filius chariſsimus abijt concauâ in naui*
*Imprudens, neq; laborũ bene peritus, neq; in ſermonijs:*
*Huius cauſâ & magis doleo quàm illius,*
*Huius cauſâ tremo & timeo, ne quid patiatur*
*Vel horum in populo quò iuit, uel in ponto.*
*Inimici enim multi contra ipſum machinantur,*
*Cupientes interficere, antequàm in patriã terrã perueniat.*
*Hanc reſpondens allocutum eſt ſimulachrum obſcurũ:*
*Confide, neque omnino timeas mentibus ualde.*
*Talis enim cum ipſo comes ſimul iuit, quam & alij*
*Viri optarent adeſſe. poteſt enim*
*Pallas Minerua: tui autem dolentis miſeretur:*
*Quæ nunc me præmiſit ad te, ut hæc dicerem.*
*Hanc rurſus allocuta eſt prudens Penelope:*
*Siquidem iam Dea es, Deique audiuiſti uocem,*
*Eia agè, & illum miſerum narra,*

*Sicubi*

Ayuntamiento de Madrid

Sicubi adhuc uiuit & uidet lumen ſolis,
Vel iam mortuus eſt,& in Plutonis ædibus eſt.
Hanc autem reſpõdens allocutũ eſt ſimulachrũ obſcurũ:
Non quidem tibi illum clarè dicam,
Viuit ne hic,an mortuus eſt.malum.n.uana dicere.
Sic dicens,liminis per clauſtra abijt
In auras uentorum:hæc autem ex ſomno excitata eſt
Filia Icarij,dilectum & ipſius cor lætatum eſt,
Quando ĩ ipſam manifeſtũ ſomnium irruit noctis medio:
Procì autem aſcendentes nauigabant humidas uias, Procì Telemacho inſidiaturi enauigant
Telemacho cædem grauem in mentibus commouentes:
Eſt autem quædam inſula medio mari ſaxoſa,
In medio Ithacæq; Samijq; aſperæ (ipſa,
Aſteris non magna:portus autem ad nauiũ ĩſidias apti in
Vtrinq; habentes aditus:in hac hunc expectabant inſidiãtes Achiui.

## ARGVMENTVM. E. HOMERI COMPOSITIONIS.

Concilium Deorũ ſecundum faciẽs Iupiter, Mercuriũ mittit ad Calypſô,iubens dimittere Vlyſſem: Hæc autem iuſſum facit. Decimo autem & octauo die uidens ipſum Neptunus,& ægreferens,ſoluit ratem:Ino autem ipſi dat uittas,iubẽs eunti in terram proijcere ipſas ſibi, & multa paſſus,in Phæacenſium regionem peruenit ſeruatus.



Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE. E. HOMERI COMPOSITIONIS

E. *nauigat in rate Vlyſſes diſciſsa mari.*

AVRORA *autem ex lectis à claro Tithone.*
*Surrexit, ut immortalibus lucem afferret, & hominibus:*
*Dei autem in concionem ad ſedendum iuerunt: inter hos autem*
*Iupiter altitonans, cui potentia eſt maxima:*
*His autem Minerua dixit dolores multos Vlyßis* — *Minerua cœlitibus*
*Recordãs, curæ enim erat ei exiſtẽs in ædibus Nymphæ.*
*Iupiter pater, & reliqui beati dij ſempiterni,*
*Nullus poſthàc prudens bonus & mitis eſto*
*Sceptriger Rex, neq; in animo iuſta cognoſcens,*
*Sed ſemper immitis ſit, & impia faciat:*
*Quoniam nullus reminiſcitur Vlyßis inclyti,*
*Populorũ quibus ĩperauit: pater aũt ualde mitis erat.*
*Sed hic quidem in inſula iacet magnos dolores patiens*
*Nymphæ in ædibus Calypſus, quæ ipſum ui*
*Detinet: hic.n. nõ poteſt in ſuam patriam terrã ꝑuenire.*
*Non.n. ei adſunt naues remigesq́; ſocij,*
*Qui ipſum deducant in lata dorſa maris,*
*Nunc rurſus filium dilectum interficere parant*
*Domum rediturum: hic autem iuit ut de patre audiat*
*In Pylum diuinam, & in Lacedæmona claram:*
*Hãc ãt, reſpõdẽs, allocutus eſt nubiũ cõgregator Iupiter:*
*Filia mea, quale te uerbum fugit ſeptum dentium?*

Non.n.hoc quidem conſyderaſti conſilium ipſa?
Quod de illis Vlyſſes pœnas ſumet aduenìens:
Telemachum autem tu mittito diligenter (potes.n.)
Vt ualde illæſus in ſuam patriam terram perueniat:
Proci autem regreſſiuè redeant.
Dixit, & Mercuriū dilectū filium cōtrà alloquutus eſt:
Mercuri (tu.n.rurſus & ad alia nuntius es)
Nymphæ pulchram comam habenti dic uerum cōſilium, Mercurius mittitur ad Calypſô
Reditum Vlyſſis prudentis, ut redeat
Neq; deorum ductu, neq; mortalium hominum.
Sed hic in rate multis uinculis cōpacta incōmoda patiēs,
Die uigeſimo ad Scheriam fertilem ueniat
Phæacenſiū in terram, qui proximè Deos genere ſunt,
Qui ipſum ex animo uti Deum uerebuntur.
Mittent.n.in naui dilectam in patriam terram,
Aesq;, aurumq; abundè, ueſteſq; dantes,
Multa quot nunquam ex Troia accepiſſet Vlyſſes,
Si etiam illæſus ueniſſet ſortitus à præda partem.
Sic.n.ei fatum eſt amicóſque uidere & peruenire
Domum inexcelſam, & ſuam in patriam terram.
Sic dixit: neq; non paruit Mercurius argicida:
Statim autē poſteà ſub pedibus ligauit pulchra talaria,
Diuina, aurea, quæ ipſum portarent & in mare,
Et ad immenſam terram cum aura uenti, Deſcriptio Mercurij
Accepit & caduceum, quo uirorum oculos ſopit
Quorū uult: alios autem rurſus & dormientes excitat,
Hoc in manibus tenens uolauit fortis Mercurius:
Pieriam autem adiens ex æthere deuenit ad pontum,
Ruit poſteà ad undam Laro aui ſimilis,
Qui ad magnos ſinus maris immenſi

Piſces uenans denſas pennas madefaciat ſalſugine,
Huic ſimilis multas pertranſijt undas Mercurius.
Sed quando ad inſulam peruenit longe exiſtentem,
Tunc ex ponto egreſſus nigro continentem
Adiuit, donec ad magnā ſpelūcā puenit, ī qua Nympha
Habitabat comata: hanc autem intus offendit exiſtentem
Ignem quidem in foco accēdebat: de longinquo aūt odor
Cedri ſiccæ, thyiq́; per inſulam ſpirabat
Ardentium: hæc autem intus canens uoce pulchra
Deſcriptio ſpecus Calypſus. Telam percurrens aurea nauicula texebat:
Sylua autem circa ſpeluncam inſita erat uireſcens:
Clethraq́;, Alnusq́;, & odorifera cupreſſus,
Vbi & aues extenſas pennas habentes dormiebant.
Bubones accipitresq́; atq; extēſas linguas habētesq́; cornices
Marinæ, quibus marina opera ſunt curæ:
Et illic extenſa eſt circa ſpeluncam concauam
Vitis uireſcens: pullulat autem racemis:
Fontes autem ex ordine quatuor fluebant aqua alba,
Propinqui inter ſe uerſi alibi alio,
Circùm autem prata mollia uiola & apio
Vireſcebant: huc poſteà, & immortalis ueniens
Admiraretur uidens, & delectaretur animo ſuo.
Vbi ſtans admiratus eſt Mercurius argicida.
Sed poſtquàm omnia ſuo admiratus eſt animo,
Statim in latam ſpeluncam uenit, neque ipſum contrà
Ignorauit uidens Calypſô inclyta inter Deas:
(Non.n. incogniti Dei inter ſe ſunt
Immortales, neq; ſi quis procul domos habitat.)
Neq; Vlyſſem magnanimum intus offendit,
Sed hic in littore flebat aſſidens, ubi anteà etiam

Lachrymis

Ayuntamiento de Madrid

Lachrymis, & ſuſpirijs, & doloribus animū conſumens,
Pontum immenſum aſpiciebat, lachrymas fundens:
Mercurium aūt interrogabat Calypso diuina inter deas
In ſede ſedens lucida, perpulchra:
Cur ad me Mercuri aureum caduceum habens ueniſti (Calypſo ad Mercuriū.)
Verendéq; amicéq;, anteà ſanè non frequentaſti?
Loquere quodcūq; ſcis: perficere autem me animus iubet
Si poſſum perficere, & ſi abſoluendum eſt.
Sed ſequere antè, ut tibi xenia apponam.
Sic dicens Dea, appoſuit menſam,
Ambroſia implens: miſcuit autem nectar rubrum:
Bibit autem & comedit Mercurius argicida.
Sed poſtquàm cœnauit, & exhylarauit animum cibo,
Et tunc iam ipſam, uerbis reſpondens, allocutus eſt:
Interrogas me uenientem Dea deum, ſed ego tibi (Mercurius Calypſo)
Verè uerbum dicam. iubes enim:
Iupiter me iuſſit huc uenire nolentem.
Quis.n. uolens tantam percurret ſalſam aquam
Immenſam? neq; aliqua propè hominum ciuitas, quiq; deis
Sacrificia faciant, & electas hecatombas.
Sed ualde nequaq̄ licet Iouis mentem habentis ægida
Præterire alium deum, neque mutare.
Dicunt tibi uirum adeſſe ærumnis plenum inter alios
Viros, qui urbem circa Priami pugnauerunt
Per nouennium: decimo aūt anno urbē cū deſtruxiſſent,
Domum: ſed in reditu Mineruam læſerunt, (rediere
Quæ ipſis concitauit uentūq; malum, & undas magnas.
Tunc alij quidē omnes interempti ſunt præſtantes socij:
Hunc autem huc uentuſq; ferens, & unda adegit,
Quem nunc te iuſſit dimittere quamcelerrimè.

Non.n.ei hic fatum eſt ab amicis ſeorſum perire:
Sed in futurum fatale eſt amicóſq; uidere, & peruenire
Ad domum excelſam, & ſuam in patriam terram.
Sic dixit: obriguit autem Calypſo diua Dearum,
Et ipſum compellans uerba pennata dixit:
Impij eſtis Dij inuidi præter alios,
Qui deabus inuidetis, quòd apud uiros dormiant
Palàm, ſi aliqua amicum ſibi faciat maritum.
Sic quidẽ quãdo Oriona cœpit roſeos digitos habẽs Aurora,
Tandiu ei inuidiſtis Dei facile uiuentes,
Quouſq; ipſũ in Ortigia aureã ſedẽ habẽs Diana caſta,
Suis pulchris ſagittis adueniens interficiat.
Sic & quando Iaſoni comata Ceres
Suo animo obediens, mixta eſt amicitia & lecto
Terra in multùm culta: neque diu fuit inſcius
Iupiter, qui ipſum interfecit ꝑcutiens ſplẽdido fulmine.
Sic ãt rurſus nũc mihi ĩuidetis Dei mortalẽ hominẽ ad=
Hunc quidem ego ſeruaui carina circumeuntem (eſſe:
Solum: quoniam eius nauem celerem nitido fulmine
Iupiter percutiens diſcidit medio in nigro ponto:
Tunc alij quidem omnes periére præſtantes ſocij:
Hunc autem huc uentuſq; ferens, & unda adegit:
Quem quidem ego dilexi, & nutriui, & dixi
Facturum immortalem, & inſeneſcentem per dies omnes.
Sed quoniam non licet Iouis mentem ægidahabentis
Tranſgredi alium Deum, neq; irritam facere,
Pereat ſi ipſum ille impellit & iubet
Ad pontũ immenſum: mittam autem ipſum nequaq̃ ego.
Non.n. mihi adſunt naues, remigeſq; ſocij,
Qui ipſum deducant ad lata dorſa maris.

Calypſo indignatur in deos

Oriõ à Diana perẽptus

Iaſion à Ioue ꝑcuſſus fulmine.

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed ipſi prompta conſulam,neq; celabo,
Vt ualde tutus ſuam in patriam terram perueniat.
Hanc autem rurſus allocutus eſt Mercurius argiada:
Sic nunc dimitte,Iouis & time iram,
Ne fortè in te poſteà iratus ſæuiat.
Sic locutus abijt fortis argiada:
Hæc autẽ ad Vlyſſem magnanimum ueneranda nympha
Iuit,poſtquàm Iouis audiuit nuntium:
Hunc autẽ in littore offendit ſedentẽ,neq; unquam oculi
A lachrymis ſiccabantur: peribat autem dulce æuum
Reditũ lugenti.quoniã non amplius placebat Nymphæ.
Sed certe noctes quidem dormiebat,& coactus
In ſpeluncis concauis nolens apud uolentem,
Interdiu autem in petris & littoribus ſedebat,
Lachrymis, & ſuſpirijs,& doloribus animũ conſumens,
Pontum immenſum aſpiciebat lachrymas fundens:
Propè autem ſtans allocuta eſt nobilis inter Deas:
Infelix,ne mihi amplius hîc lugeas,neq; tibi æuum
Pereat:iam.n.te ualde prompta dimittam.
Sed agè ligna longa incidens coapta ferro
Latam ratem:ſed ligna fige in ipſa
Altè,ut te ferat in nigrum pontum.
Sed ego panem,& aquam,& uinum rubrum
Imponam congruenter,quæ à te famem repellant:
Veſteſq; induam:immittam & tibi uentum retrò,
Vt ualde tutus tuam in patriam terram peruenias,
Si Dei uelint,qui cœlum latum habitant,
Qui me meliores ſunt intelligereq; perficereque.
Sic dixit:timuit autem multa paſſus diuinus Vlyſſes,
Et ipſam alloquens uerba pennata dixit:

Vlyſſes inuitus à Calypſo detẽtus

Calypſo ad Vlyſſem

Aliud tu Dea quippiam cogitas, non reditum,
Quæ me iubes rate pertranſire magnam undam maris,
Grauemq́;, difficilemq́;, quam neq; naues æquales
Veloces tranſirent, gaudentes Iouis uento:
Neq; ego inuita te ratem conſcenderem,
Niſi mihi patereris Dea magnum iuſiurandum iurare,
Nullum mihiipſi nocumentum malum conſulere aliud.
Sic dixit: arriſit autem Calypso nobilis dea,
Manuq; ipſum demulſit, uerbumq; dixit & cõpellauit:
Certe iniuſtus es, & non uana ſciens.
Quale uerbum cogitaſti dicere:
Sciat nunc hoc terra, & cælum latum deſuper,
Et defluens Stygis aqua, quod maximum
Iuſiurandum grauiſſimumq́; eſt beatis deis,
Non tibi ipſi detrimentum malum conſuluiſſe aliud.
Sed hæc quidem cogito & conſulo quæ mihi
Ipſi cõſulerem, quãdo ad me indigentia tantũ perueniret.
Etenim mihi mens eſt iuſta, neq; mihiipſi
Animus in præcordijs ferreus, ſed miſericors.
Sic dicens, præiuit diuina Dearum:
Statim hic poſteà poſt ueſtigia iuit deæ:
Peruenerunt aũt in ſpeluncam concauam dea ac & uir:
Et hic quidem illic ſedit in ſede unde ſurrexit
Mercurius: nympha autem appoſuit omnem cibum
Comedere, & bibere qualia mortales uiri edunt:
Ipſa autem contra ſedit Vlyſſem diuinum.
Huic autem ambroſiam famulæ & nectar appoſuerunt:
Hi autem in cibos paratos adiacẽtes, manus inijciebant,
Sed poſtquàm oblectati ſunt cibo & potu,
Inter hos uerba orſa eſt Calypso diuina dearum:

Calypſus iuſiurandũ

Iurare ſtygiã paludẽ grauiſſimũ dijs iuſiurandum.

Prandetur in ſpelũca.

Generoſe

Ayuntamiento de Madrid

Generoſe Laërtiade, artificioſe Vlyſſes,
Sic domum dilectam in patriam terram
Statim nunc uis ire: tu autem gaude: & tamen
Siquidem cognoſceres tuo animo quot tibi fatum eſt
Aerumnas abſoluere, anteq̃ in patriã terrã peruenias,
Hîc iterum manens mecum hanc domum cuſtodires,
Immortalisq́; eſſes cupiens quamuis uidere
Tuam uxorem, quam ſemper deſyderas dies omnes:
Non tamen illâ inferior glorior eſſe
Nec corpore, nec ingenio. ſiquidem nequaquam decet,
Mortales cũ immortalibus corpore & ſpecie cõtendere.
Hanc autẽ, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Verenda Dea non mihi ob hoc iraſcere, ſcio & ipſe
Omnia ualde, quoniam te prudens Penelope
Specie inferior eſt, & magnitudine contrà conferendo.
Hæc enim mortalis eſt: tu aũt immortalis & nõ ſeneſcẽs.
Attamen uolo & deſydero quotidie magis, magisq́;
Domum ire, & reditus diem uidere:
Si autem aliquis deſtruet deorum in nigro ponto,
Suſtinebo intra pectora habens patientẽ dolores aĩum.
Iam enim ualde multa paſſus ſum, & multa laboraui
Vndis & bello, hoc etiam ad hæc accedat.
Sic dixit: ſol autem occidit, & in tenebras iuit:
Venientes autem hi in ſeceſſum ſpeluncæ concauæ
Oblectati ſunt amicitiâ iuxta ad inuicem manentes.
Quãdo ãt matutina apparuit roſeos digitos habẽs Aurora,
Statim hic quidem palliumq́;, ueſtemq́; induit Vlyſſes:
Ipſa autem candidam tunicam magnam induit nympha,
Tenuem & elegantem: zonam autem poſuit circa lũbũ
Pulchram, auream: capiti autem impoſuit uelum.

Calypſo ſpõdet Vlyſſi immortalitatem.

Et

Ayuntamiento de Madrid

Parat nauē Vlyſſes.

Et tunc Vlyſſi magnanimo molita eſt reditum.
Dedit quidem ei ſecurim magnam, cōgruā in manibus,
Aeream, utrinque acutam: ſed in ipſa
Manubrium perpulchrum, oleaginum bene coaptatum:
Dedit autē poſteà aſciam politam: præiuit autem in uia
Ad inſulæ extremum, ubi arbores proceræ natæ erant:
Clethráq;, Alnusq́;, abiésq; erat ad cœlum tendens,
Sicca iandiu prædura, quæ ei nauigarent leuiter.
Sed poſtquàm oſtendit ubi arbores proceræ natæ erant.
Hæc quidem iuit ad domum Calypſo diuina dearum.
Sed hic incidebat ligna: celeriter ăt ei abſolutū eſt opus:
Viginti autem deiecit, omniáque dolauit ſecuri,
Poliuitq́; pulchrè, & ad perpendiculum direxit:
Interim autem tulit terebras Calypſo diuina dearum:
Terebrauit autem, & coaptauit inuicem:
Clauis autem hanc & conuenientijs coaptauit,
Quantúmq; aliquis pauimentum nauis circumpolliet uir
Onerariæ bene fluentis peritus artis fabrorum,
Tantùm bene fluentem ratem fecit Vlyſſes:
Contabulationes ăt cū firmaſſet, coaptās frequentibus li=
Faciebat, ſed lōgis tabulis perficiebat: (gnis
Intus autem malum faciebat, & antenam congruā ipſi:
Ad hoc temonem fecit ut regeret:
Circunſepſit autē ipſam uirgis ab omni parte ſalignis,
Vndæ propugnaculū ut eēt: multă ăt addidit materiā:
Interim autem linteum tulit Calypſo diuina dearum,
Vt uela faceret: hic autem bene fecit & hæc:
Intus aūt cordáſq;, rudētéſq;, pedéſq; alligauit in ipſa:
Vectibus autem hanc traxit in mare humidum:
Quarta dies erat, & illi perfecta ſunt omnia:

Quinta

Ayuntamiento de Madrid

Quinta autem miſit ab inſula diuina Calypſo,
Veſtésq; induens beneolentes & lauans:
Ipſi autem urnam impoſuit Dea nigri uini:
Alteram autem aquæ magnam, & uiatica
In pera, & obſonia impoſuit amabilia multa:
Ventum autem præmiſit innocuúmque ſuauémque: Nauigatio.
Lætus autem uento, extendit uela diuus Vlyſſes.
Sed hic temone nauem direxit artificioſè
Sedens, neq; illi ſomnus in palpebras cadebat,
Pleiadéſq; aſpicienti, ſeróq; occidentem Bootem,
Vrsámq;, quam & Plauſtrum cognomento uocant,
Quæque inibi cunctatur, & Oriona obſeruat:
Sola autem expers eſt lauacrorum Oceani.
Hanc quidem ipſum iuſſit Calypſo diuina dearum
Mare tranſire à ſiniſtris manus habentem,
Septem & decem quidem nauigabat dies per mare iẽs:
Octaua & decima autẽ apparuerunt montes umbroſi
Terræ Phæacenſium, ubique proximè erant ipſi:
Cognouit ãt ſicut quãdo tenebræ ſunt in obſcuro ponto:
Hunc aũt ex Aethiopibus rediens imperans Neptunus
Longè ex Solymorum montibus uidit: apparuit.n.ei
Pontum nauigans: hic autem iratus eſt animo magis:
Mouens autem caput erga ſuum locutus eſt animum:
Heu, certe longè decreuerunt Dei aliter
De Vlyſſe, me apud Aethiopas commorante:
Et iam Phæacenſium terram propè eſt, ubi ei fatum eſt
Effugere potiſsimum finẽ calamitatis, ſiquidẽ pueneritu
Sed adhuc ipſum dico ſatis poſſe accipere incommodi.
Sic fatus, congregauit nubes, turbauitque pontum
Manibus tridentem accipiens, oẽs aũt cõcitauit turbines

Calypſo nauem Vlyſsi præcipit qua eat

Neptunus Vlyſſem tẽpeſtate quatit

Omnium

Omnium uentorum,nubibus operuit
Terram ſimul & pontum:ruit autem ex cælo nox:
Vnà Euruſq; Notúſq; ruũt, Zephyrúſq; grauiter ſpirãs,
Et Boreas frigus faciens,magnam undam reuoluens:
Et tunc Vlyſſis ſoluta ſunt genua & charum cor:
Ingemens autem dixit ad ſuum magnanimum animum:
Hei mihi miſero,quomodo mihi maiora fieri poſſunt?
Timeo ne iam omnia Dea uera dixerit,
Quæ me dixit in ponto,anteq̃ in patriam terrã ꝑuenirẽ,
Dolores abſoluturum:hæc iam nunc omnia perficiũtur:
Qualibus nebulis obduxit cœlum latum
Iupiter:turbauit autem pontum:ueniunt aũt turbines
Omnium uentorum,nunc mihi integra eſt grauis mors,
Ter beati Danai quaterque,qui tunc perierunt
Troia in lata gratiam Atridis ferentes,
Quam ego debueram mori & mortem aſſequi
Die illo,quando in me plurimi æreas lanceas
Troiani proiecerunt circa Pelidem mortuum:
Sic utique aſſecutꝰ eſſem inferias & meã gloriã extuliſſẽt
Nũc ãt me ingloria morte fato ſancitũ eſt ꝑire.(Achiui:
Sic ipſum dicentem percuſſit magna unda in caput
Grauiter impulſum,pérque ratem circumrotauit:

*Vlyſſes excutitur rate ui tempeſtatis.*

Longè autem à rate ipſe cecidit: temonem autem
Ex manibus proiecit:medium autem ipſi malum fregit
Grauis mixtorum uentorum ueniens turbo:
Longe autem uelum & antemna cecidit in pontum:
Hunc aũt ſummerſum poſuit multum tempus,neq; potuit
Citò ualde reſurgere magnæ præ undæ impetu:
Veſtes enim grauabant quas ei dedit diuina Calypſo:
Tardè autem reſurrexit:ore autem expuit mare

Amarum

Ayuntamiento de Madrid

Amarum,quod ei multum à capite cum ſonitu fluebat.
Sed neq; ſic nauis oblitus eſt,defatigatus quamuis:
Sed ultra motus inter undas apprehendit ipſam:
In media autem ſedit finem mortis fugiens.
Hanc āt impellebat magna unda p̄ alueū huc & illuc.
Sicut autem quando autumnalis Boreas mouet ſpinas
Per campum:denſæ autem inter ſe iuuicem ſuſtinent:
Sic hunc per pelagus uenti ferebant huc & illuc:
Aliquādo quidē Notus Boreæ proiecit ut ferretur. (ret:
Aliquādo āt rurſus Eurus Zephyro cōcedebat ut īpelle
Hunc autē uidit Cadmi filia pulchros talos habens Ino
Alba dea,quæ priùs quidem erat mortalis loquens,
Nunc autem maris in profundo deorū ſortita ē honorē:
Quæ Vlyſſem miſerata eſt errantem,dolores habentem:
Mergo autem ſimilis,uolatu ingreſſa eſt mare:
Sedit autem in rate,& ad ipſum uerbum allocuta eſt:
Miſer,cur tibi ſic Neptunus quatiens terram
Iratus eſt ualde:quoniam tibi multa mala infert?
Non quidem te ualde quamuis iratus:
Sed maximè ſic fac:uideris āt mihi non imprudens eſſe:
Veſtes has exuens ratem uentis portari
Relinque,ſed manibus natans pete reditum
Terræ Phæacenſium quo tibi fatum eſt fugere:
Accipe autem has uittas,ſub pectoribus extende
Immortales,neque pati time,aut perire:
Sed poſtquàm manibus attigeris continentem,
Statim egreſſus iace in nigrum pontum
Multùm à continente:ipſe autem ſeorſum te uerte.
Sic locuta Dea,uittas dedit:
Ipſa autem retrò in pontum ingreſſa eſt æſtuantem,

Vlyſſes naufragus à Leucothea iuuatur.

Mergo

Mergo ſimilis:nigra autem illam unda cooperuit.
Sed cogitauit multa tolerans diuinus Vlyſſes:
Ingemens autem dixit ad ſuum magnanimum animum:
Hei mihi,ne aliquis mihi paret dolum rurſus
Immortalium,quando me rate deſcendere iubet.
Sed nondum parebo,quoniam longe ab oculis
Terram ego uideo,ubi mihi dicunt refugium eſſe.
Sed potiſſimum ita faciam:uidetur aũt mihi eẽ optimũ,
Donec lingua in compaginibus cohærebunt:
Tandiu hic manebo dolores patiens:
Sed quando mihi ratem unda concuſſerit,
Nabo,quoniam non adeſt conſulere melius.
Sic hic hæc uerſabat in mente & in animo:
Impulit autẽ magnam undã Neptunus quatiensterrã,
Grauémq;,difficilémque,altamq́;: percuſſit autem ipſũ.
Sicut autem uentus ualde ſpirans palearũ cumulũ quatit
Siccarum,quas quidem diſſipauit alibi aliò:
Sic ligna longa diſſipauit:ſed Vlyſſes
Vnum lignum aſcẽdit ſolum tanquàm equum equitans.
Veſtes autem exuit quæ ei præbuit diuina Calypſo:
Statim autem uittas ſub pectore extendit:
Ipſe autem pronus in mare cecidit manus extendens,
Nare promptus:uidit autem imperans Neptunus:
Mouens autem caput ad ſuum locutus eſt animum:
Sic nunc mala multa patiens erres per pontum,
Donec inter homines Regios diuinis mixtus ſis.
Sed non ſic te ſpero attenuaturum calamitatem.
Sic loquens uerberauit capillatos equos:
Iuit autem ad Aegas,ubi illi inclytæ domus ſunt.
Sed Minerua filia Iouis alia cogitauit,

Neptuni in Vlyſſẽ in=clementia.

Quæ

Quæ aliorum uentorum continuit flatus,
Ceßare & iuſſit,& quieſcere omnes:
Concitauit autem uelocem Boream: undas autem fregit,
Quouſq; hic inter Phæacenſes remiges mixtus eſſet
Nobilis Vlyſſes,mortem & parcam fugiens:
Tunc duas noctes,duoſq; dies unda in magna
Errauit:multùm autem eius cor prouidebat mortem.
Sed quãdo tertiũ diẽ pulchras comas habẽs abſoluit Au-
Et tũc poſteà uẽtus quidẽ ceſſauit,& trãquillitas (rora:
Fuit ſine aura:hic autem propè uidit terram,
Acutè ualde prouidens magna ab unda eleuatus. Cõparatio.
Vt autem quando iocunda uita filij uidet
Patris, q̃ pp ægritudinem iacet graues dolores patiens
Diu conſumptus:odioſa autem in eum irruit fortuna: Vlyſſes ad
Amicè autem ipſum Dei ab ægritudine liberauerunt: Phæacenſes
Sic Vlyßem iocundũ non ſecùs reddidit terra & ſylua: defertur
Nauigabat autem feſtinans pedibus continẽtem adire.
Sed quãdo tantum aberat quantum auditur clamans,
Et iam ſonitum audiebat ad cautes maris:
Reſonabat.n.magna unda ad ſiccum continentis
Cũ ſonitu fracta:cooperiebãtur aũt omnia maris ſpumâ.
Non.n.erant portus nauium retinacula,neq; clauſuræ,
Sed littora depreßa erant,cautesq́;,ſaxaq́;:
Et tunc Vlyßis ſoluta ſunt genua & dilectum cor:
Suſpirans autem dixit ad ſuum magnanimum animum:
Heu,poſtquàm terram inſpiratam dedit uidere
Iupiter,& hanc undam diſcindens tranſiui,
Exitus nuſquàm apparet maris cani foras.
Extra enim ſaxa acuta:circùm autem unda
Reſonabat impetu:planum autem ſuper eminet ſaxum:

Propè

Ayuntamiento de Madrid

Prope terrã ãt profunditatem habens mare eſt,& nõdũ
Conſiſtere utriſq;,& fugere malum, (licet pedibus
Ne forte me exeuntem iadat durum ad ſaxum,
Vnda me rapiens:uanus autem mihi erit motus:
Si autem adhuc priùs annatabo,ſicubi inuenero
Littora depreſſa portuſq; maris,
Timeo ne rurſus arripiens procella
Pontum in piſculentum ferat grauiter ſuſpirantem,
Vel in me & balenam irruere faciat fortuna
Ex mari,quales multas nutrit inclyta Amphitrite.
Scio.n. ꝙ mihi iratus eſt inclytus Neptunus.
Sic is hæc uerſabat in mente,& in animo:
Interim ipſum magna unda ferebat ſaxoſum ad littus.
Tũc pelliſq; lacerata eſſet,ſimulq́; oſſa fracta fuiſſent,
Niſi in mentibus poſuiſſet cæſia Minerua,
Ambabus autem manibus impulſus apprehendit ſaxum
Quod tenuit ſuſpirans,quoàd magna unda aduenit,
Et hãc q̃dẽ dũtaxat ſubterfugit: rediẽs ãt fluctus ipſum
Percuſſit impulſũ:lõge aũt ipſũ proiecit ĩ mare. (rurſus
Vt autem polypo ex latebra ſua egrediente
Ad eius capillamenta denſi lapilli tenentur,
Sic huius ad ſaxa fortibus à manibus
Pili lacerati ſunt:hunc autem magna unda cooperuit:
Tunc miſer præter fatum perijſſet Vlyſſes,
Niſi ſapientiam dediſſet cæſia Minerua:
Vnda egreſſus,quæ cum ſtrepitu frangitur ĩ continẽti,
Nabat extra terram,aſpiciens ſicubi inueniret
Littoraq; depreſſa, portúſque maris.
Sed quando iam fluuij iuxta oſtium pulchrè fluentis
Peruenit natans,hic iam ei uiſus eſt locus optimus

Leuibus

Leuibus ſaxis,& tegmen erat uenti:
Cognouit autē profluentem,& precatus eſt ſuo in aīo:
Audi Rex quicunq; es,multùm ſupplicans ad te uenio,
Fugiens ex mari Neptuni minas,
Verecundus quidem eſt & immortalibus Deis
Virorum,quicunq; uenit errans,ſicut & ego nunc,
Ad tuūq; fluētē,tuaq; genua ſupplex uenio,multū laborās
Sed miſerere Rex:ſupplicem aūt me tibi fateor eſſe.
Sic dixit:hic āt ſtatī ſedauit ſuū fluētē,cōtinuit et undā:
Primū autē fecit tranquillitatem:hunc autem ſeruauit
Ad fluuij oſtia:hic autem ambo genua curuauit
Manusq; fortes:mari.n.domitum erat charum cor:

Ad naufragi Vlyßis preces Caliroē fluxū ſiſtit.

Tumebat autē corpus totum: mare aūt defluebat multū
Ab oreq; naribusq;:hic autē ſine ſpiritu,& ſine uoce
Iacuit aliq̄tulū exiſtēs:āguſtia aūt ipſū grauis corripuit
Sed quādo iā reſpirauit,& in mētes aīus cōgregatꝰ eſt,
Et tunc iam uittas à ſe ſoluit Deæ,
Et has quidem in fluuium,qui in mari frangitur,iecit:
Retrò aūt ferebat magna unda ꝑ fluxū:ſtatim aūt Ino
Suſcepit manibus amicis:hic autem ex fluuio liberatus,
Sub iūco īclinatus eſt: oſculatus eſt aūt uitā donātē terrā:
Suſpirans autem dixit ad ſuum magnanimū animum:

Vlyſſes exponitur terræ.

Hei mihi,quid patior?quid mihi grauius fiet?
Siquidem in fluuio moleſtam noctem ſeruauero,
Ne me ſimul pruinaq; mala,& germinare faciens ros,
Propter paucū ſpiritū cōſumpſerit maleaffectū aīo:
Aura autem ex fluuio frigida ſpirare ſolet in aurora;
Si autem altam aſcendens & umbroſam ſyluam,
Arbuſculis in denſis dormiuero,ſi me ſinat
Frigus & labor,dulciorq; me ſomnus oppreſſerit,

Vlyſſes ſecum.



Ayuntamiento de Madrid

Timeo ne feris lacerramentum & præda fiam.
  Sic cogitanti uiſum eſt utilius eſſe:
Perrexit ãt ire in ſyluam:hanc aũt prope aquã inuenit
In propatulo:duo autem ſubiuit arbuſta
Ex eodẽ loco nata:unũ quidẽ oleaſtri,alterũ aũt oliuæ:
Hæc qdẽ neq; uẽtorũ unq̃ pflarat uis humida ſpirantiũ:
Neq; unquam Sol lucens radijs percuſsit:
Neq; imber tranſiuit penitus,adeo denſa
Adinuicem nata erant impliatè:quæ ſub Vlyſſes
Ingreſſus eſt:ſtatim aũt ſtratũ accumulauit manibus di-
Latum:foliorum.n.erat copia abundè multa, (lectis
Quantùm uel duos,uel tres uiros ſeruari
Tempore hyemali,ſi & ualde ſæuiat:
Hũc quidẽ uidens lætatus eſt multatolerãs diuus Vlyſſes:
In autem medio dormiuit:copiã autem infudit foliorum.
Sicut aũt quãdo aliquis torrẽ cinere occultauit nigro
Cõparatio. Agri in extremo,ubi non ſunt uicini alij,
Semen ignis ſeruans,ut non aliunde extinguatur:
Sic Vlyſſes folijs coopertus eſt:huic autem Minerua
Sõnũ in oculis fudit,ut ipſum quieſcere faceret celerrimè
A grauibus laboribus,charas palpebras circuntegens.

## ARGVMENTVM. Z. HOMERI COMPOSITIONIS.

Minerua aſsiſtãs in ſomnis Nauſicaæ Alcinoi filiæ, iubet ipſi ueſtem ad fluuiũ ferenti lauare: propinquas.n.ipſi eſſe nuptias:Hæc autem iuſſum facit: poſteà ludit cum ancillis: audiens autem ipſas Vlyſſes,expergiſcitur,& rogans Nauſicaam,ueſtem & cibum ab ipſa accipiens,ſequitur eam in ciuitatem.

Odyſſeæ

Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE. Z. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Zeta autem, Nauſicaa uexit in Scheria Vlyſſem.*

SIC quidem illic dormiebat multa paſſus diuus Vlyſſes,
Somno & labore domitus: at Minerua
Iuit in Phæacum uirorum populumq́; ciuitatemq́; Phæacen
Hi anteà quidem quõdam habitabant in lata Hyperia, ſiũ origo.
Prope Cyclopes uiros ſuperbos:
Qui ipſos lædebant: uiribus autem potentiores erant.
Hinc remouens duxit Nauſithous ſpecioſus: Nauſithous
Collocauit aũt in Scheria lõgè ab hoĩbus indagatoribus:
Circùm autem murũ duxit ciuitati, & ædificauit domos:
Et templa fecit deorum, & diuiſit agros.
Sed hic quidem iam morte domitus, ad infernum iuit:
Alcinous autem tunc imperabat à Dijs conſilia ſciens: Alcinous.
Huius quidem iuit ad domum Dea cæſia Minerua,
Reditum Vlyſſi magnanimo conſultans:
Perrexit aũt ire in thalamum pulchrum, in quo puella
Dormiebat, immortalibus indole & ſpecie ſimilis,
Nauſicaa filia magnanimi Alcinoi:
Iuxta aũt duæ famulæ à gratijs pulchritudinẽ habentes
A poſtibus utrinq;: fores autem incertæ erant lucidæ:
Hæc autem uenti ſicut flatus irruit in cubilia puellæ:
Stetit autem ſupra caput, & ipſam uerbis allocuta eſt,
Aſſimilata filiæ in re nautica inclyti Dymantis:



Ayuntamiento de Madrid

Hæc ei coætanea quidē erat: grata autem erat animo:
Huic ipſam aßimulata, alloquuta eſt cæſia Minerua:
Minerua Nauſicaam alloquitur.
Nauſicaa, cur te ſic negligentem genuit mater:
Veſtes quidem tibi iacent neglectæ admirabiles:
Tibi aūt nuptiæ propè ſūt: ubi oportet pulchras quidē
Indui: alias autē his præbere qui te ducent. (ipſam
Ex coniugio bona fama.
Ex his.n.fama in homines aſcendit
Bona: gaudebunt autem pater & honoranda mater.
Sed eamus loturæ ſimul atq; Aurora eluxerit,
Et te ego cooperatrix ſimul ſequar, ut citißimè
Pareris: quoniam non amplius diu uirgo eris.
Iam.n.te uxorem petunt optimates in populo
Omnium Phæacum, ubi tibi genus eſt & ipſi.
Sed agè incita patrem inclytum ſub auroram
Mulos & currum inſtruere, qui ferat
Veſteſq; & peplos, & ſtragula admirabilia,
Et tibi ipſi ſic multò melius q̃ pedibus
Ire: multum.n.longe lauacra ſunt à ciuitate.
Hæc quidem ſic locuta, abijt cæſia Minerua
Sedes Deorum.
In Olympum, ubi dicunt deorum ſedes firmas ſemper
Eſſe: neq; uentis quatitur, neq; unquam hymbre
Madefit, neq; nix inſilit, ſed ualde ſerenitas
Panditur ſine nebula: albus autem incurrit ſplendor:
In hoc delectantur beati Dei dies omnes:
Illuc abijt Cæſia poſtquàm conſuluit puellæ: (uit
Statī aūt Aurora uenit pulchrāſellā habēs q̃ ipſā excita-
Nauſicaā pulchrū peplū habētē: ſtatī āt admirata ē ſom
Perrexit aūt ire ꝑ domos, ut nūciaret parētibus, (niū:
Patri charo & matri: inuenit autem intus exiſtentes:
Hæc quidem in foco ſedebat cum ancillis mulieribus

Penſa

Ayuntamiento de Madrid

Penſa torquens purpurea:huic autem foras
Eunti obuiauit ad inclytos Reges
In conſilium,quo ipſum uocauerant Phæaces illuſtres:
Hæc autē ualde propè ſtās,charū patrē allocuta eſt:
Pater chare,an non mihi inſtrueres currum
Altum,rotatum,ubi inclytas ueſtes feram
In fluuium lauatura,quæ mihi ſordidæ iacent.
Et tibi ipſi conuenit inter primos exiſtenti
Conſilia cōſultare puras corpori ueſtes habentem:
Quinq; autem tibi chari filij in domibus nati ſunt:
Duo quidem maritati,tres autem cælibes pubeſcentes:
Hi autem ſemper uolunt nuper lotas ueſtes habentes
In tripudium ire:hæc aūt meæ menti omnia curæ ſunt.
Sic dixit. uerecūdata eſt.n.nouas nuptias denominare
Patri charo:hic autē oīa intellexit,& reſpōdit uerbo:
Neq; tibi mulos inuideo filia,neq; aliquid aliud,
Vade:at tibi famuli inſtruent currum
Altum, pulchras rotas habentem,tabulato aptatum.
Sic locutus,famulis iuſsit:hi autem obediuerunt:
Hi quidem extrà currum rotatum mulis tractum
Inſtruxerunt:muloſq; ſubmiſerūt,iūxerūtq; ſub curru:
Puella autem ex thalamo portauit ueſtem lucidam,
Et hanc quidem depoſuit bene polito in curru:
Mater autem in ciſta poſuit gratum cibum
Omnis generis: obſonia autem impoſuit & uinum infudit
In utre caprino:puella autem aſcendit currum:
Dedit autem aureo in lecytho humidum oleum,
Vt ungeretur cum ancillis mulieribus:
Hæc autem accepit flagellū & habenas ſplendidas:
Flagellauit aūt ad īpellēdū:ſtrepitus aūt erat mulorum:

Nauſicaa Alcinoo patri.



Ayuntamiento de Madrid

Hi aũt continuè feſtinabãt:ferebant aũt ueſtẽ, & ipſam
Non ſolam,ſimulcum hac & ancillæ ibant aliæ.
Hæ aũt quãdo iam fluuij fluxum ad pulchrum uenerunt,
Vbi lauacra erant perpetua,multa autem aqua
Pulchra fluebat,ad ualde ſordida etiam purganda,
Tunc hæ mulos quidem ſoluerunt à curru,
Et hos quidem impulerunt ad fluuium uorticoſum,
Ad comedendum gramen dulce: hæ autem à curru
Veſtimenta manibus acceperũt,& tulerũt ad nigrã aquã:
Calcarunt autem in foueis uelociter certamẽ præferentes.
At poſtquàm laueruntq; purgaueruntq; ſordes omnes,
Deinceps extenderunt ad littus,ubi maximè
Lapillos ad terram abluebat mare:
Hæ autem lotæ & unctæ pingui oleo,
Cœnam poſteà ſumpſerunt ad ripas fluuij:
Veſtimenta autem ſolis expectabant ſiccari ſplendore.
At poſtquàm cibo delectatæ ſunt,ancillæq; & ipſa,
Pilâ hæ ludebant uittas abijcientes:
His autem Nauſicaa albaulnas incœpit ludum.
Qualis autem Diana uadit per montem ſagittis gaudens,
Vel per Taygetum oblongum,uel Erymanthum,
Oblectata capris & uelocibus ceruis:
Cum hac autem ſimul Nymphæ filiæ Iouis ægidiferi
Agreſtes ludunt:lætatur autem mente Latona:
Omnes hæc capite ſupereminet & fronte:
Facile autem diſcernitur:pulchræ autem omnes:
Sic hæc ancillis præſtabat uirgo indomita.
Sed quando iam futura erat iterum domum reuerti,
Iungens mulos,plicansq; ueſtimenta pulchra,
Tunc alia rurſus cogitauit Dea cæſia Minerua,

Nauſicaa et miniſtræ ſimul lauãtes.

Cõparatur Dianæ Nauſicaa

Vt

Vt Vlyſſes excitaretur, uideretq; pulchrāoculos puellā,
Quæ eum Phæacum uirorum in ciuitatem duceret:
Pilam poſteà iecit in ancillam Regina,
Ab ancilla quidē errauit: profundū aūt cecidit in uorticē.
Hæ aūt ualde clamauerūt: ſuſcitatus ē āt magnus Vlyſſes:
Sedens autem uoluebat mente & in animo:
Heu me, quorum rurſus hominum in terram ueni?
Num hi contumelioſi, & feri, neq; iuſti?
An hoſpitales, & ipſis mens ſit pia?
Quaſi puellarum circumuenit me fœminilis uox
Nympharum, quæ habitant montium alta cacumina,
Et fontes fluuiorum, & ualles herboſas?
An homines ſum iuxta humana uoce utentes?
Sed ego ipſe experiar & uidebo.
Sic locutus, ab arbuſto egreſſus eſt magnus Vlyſſes:
Ex denſa autem ſylua ramum rupit manu forti,
Vt folijs cooperiret circa corpus pudenda uiri:
Perrexit autem ire, ſicut leo montanus robore confiſus,
Qui it imbres perpeſſus, & uentis infeſtatus, oculi aūt ei
Ardent: at hic boues inuadit uel oues,
Vel ſylueſtres ceruas: hortatur autem ipſum uenter
Oues tentaturum, & in clauſam domum ire:
Sic Vlyſſes puellis pulchricomis futurus erat
Miſceri, nudus licet exiſtens: neceſſitas enim cepit:
Terribilis autem ipſis apparuit afflictatus ſalſugine:
Fugerunt autem aliæ aliò in littora prominentia:
Sola autem Alcinoi filia manſit. huic enim Minerua
Fiduciā in mentibus poſuit, & timorē extraxit membris:
Stetit autem contra ſe habēs, cogitabat autem Vlyſſes,
An gēibus precaretur apprehēdēs pulchrā oculos puellā,

Terrentur puellæ uiſo nudo Vlyſſe.



Ayuntamiento de Madrid

An ſic uerbis de longè dulcibus
Precaretur, ſi oſtēdere ciuitatē & ueſtimēta dare uellet:
Sic igitur ei cogitanti uiſum eſt melius eſſe,
Precari uerbis de longè dulcibus,
Ne ei genua apprehendente iraſceretur mente puella,
Statim dulcem & prudentem dixit ſermonem:
Oro te Regina, Deá ne aliqua, an mortalis es?
Siquidem aliqua Dea es, quæ cœlum latum habitant,
Dianæ te ego Iouis filiæ magni
Specieq́;, magnitudineq́;, indoleq́; proximè aſsimilo:
Si autem aliquis es hominum, qui in terra habitant,
Ter beati tibi pater & uenerabilis mater,
Ter beati quidem fratres, ualde ipſis animus
Semper lætitijs lætatur propter te,
Videntibus tale germen choream ingrediens:
Ille autem rurſus in animo feliciſsimus ſupra cæteros,
Qui te, dotibus præponderās, domum ducet.
Nondum .n. talem uidi hominem oculis
Neq; uirū, neq; fœminā, admiratio me tenet inſpiciētem:
Delo quondam talem, Apollinis apud altare,
Palmæ nouum ramum pullulantem uidi.
Veni .n. & illuc, multus autem mihi fuit populus
In uia, quæ profectò futura erat mihi mali dolores:
Similiter autem & illum uidens, obſtupui animo
Diu: quoniam nunq̄ tale pullulauit lignū de terra:
Sic te mulier admirorq́;, ſtupeoq́;, timeoq́; grauiter
Genua tangere: magnus autem me dolor tenet.
Heſternus uigeſimo fugi die nigrum pontum:
Tādiu aūt me ſemꝑ unda portauit, ueloceſq́; procellæ,
Inſula ab Ogygia: nunc autem huc deiecit fortuna,

Vlyſſes Nauſicaam ſupplex alloquitur.

Vt etiam

Ayuntamiento de Madrid

Vt etiam & hic patiar malum.non enim puto
Quieſcere,ſed adhuc multa Dei perficiunt in futurum.
Sed Regina miſerere.te.n.mala multa paſſus
Ad primam ueni:aliorum autem nullum uidi
Hominum,qui hāc ciuitatem & terram habitant:
Vrbē aūt mihi oſtēde: da aūt mihi ueſtē ad induendum,
Siquid tegumentum ueſtium habes huc profecta:
Tibi autem Dei tot dent quot mentibus tuis cogitas,
Virumq́; & domum & concordiam præbeant
„ Bonam. neq;.n.hoc potius & melius,
„ Quàm quādo concordes ſententijs domum habitant
Vir & uxor,multi dolores inimicis:
Gaudia autem amicis: maximè autem audiunt ipſi.
Hūc aūt rurſus Nauſicaa albaulnis cōtrà allocuta eſt:
Hoſpes,quoniā neq; malo,neq; ſtulto uiro ſimilis es:
„ Iupiter autem ipſe tribuit diuitias olympius hoībus
„ Bonis & malis,quomodo uelit unicuiq;,
Et tibi hæc dedit:te autem oportet tolerare tamen.
Nunc autem quoniā noſtrā in urbem & terrā ueniſti,
Neq; ueſte egebis,neq; aliquo alio,
Quorum decet ſupplicem ærumnoſum obuiātem:
Vrbē autē tibi oſtendā: dicā aūt tibi nomen populorum:
Phæaces quidem hāc urbem & terrā habitāt:
Sum autem ego filia magnanimi Alcinoi.
Ex hoc autem Phæacum dependet potentiaq; uiſq;.
Dixit & ancillis pulchricomis iuſsit:
State mihi ancillæ,quò fugitis uirum intuitæ?
An aliquem inimicorum dixiſtis eſſe uirorum?
Neq; eſt hic uir uiuens homo, neq; fit
Qui Phæacum uirorum in terram ueniat

Nauſicaa reſpondet Vlyſsi.

Bellum

*Bellum ferens.ualde enim dilecti immortalibus:*
*Habitamus autem ſeorſum in undoſo mari*
*Vltimi,neq; aliquis nobis homo miſcetur alius.*
*Sed hic quidam infelix errans huc uenit.*
*Hunc nunc oportet curare:ab Ioue enim ſunt omnes*
*Hoſpitesq́; paupesq́;: donum autem paruumq́; gratumq́;.*
*Sed date ancillæ hoſpiti cibumq́; potumq́;:*
*Lauate autem in fluuio ubi obex eſt uenti.*
*Sic dixit:hæ autem ſteterunt:& inuicē ſe hortatæ ſũt:*
*Vlyſſem autem ſedere fecerunt in operto,ſicut iuſſit*
*Nauſicaa filia magnanimi Alcinoi:*
*Iuxta ãt ipſum palliũq́;,& tunicã,indumenta poſuerunt:*
*Dederunt autem ei aureo in lecytho humidum oleum:*
*Iuſſerunt autem ipſum lauari fluuij fluentibus:*
*Tunc ancillas alloqutus eſt magnus Vlyſſes:*
*Ancillæ,ſtate ſic à longè,ut ego ipſe*
*Salſuginem humeris abluam:circùm autem oleo*
*Vngar:certe enim diu à corpore abeſt unctio:*
*Coram autem non ego abluar.erubeſco enim*
*Nudari puellas pulchricomas inter ueniens.*
*Sic dixit:hæ autem lōgè iuerunt:dixerunt aũt puellæ:*
*At hic ex fluuio de corpore lauabat magnus Vlyſſes*
*Salſuginem,quæ ei dorſa & latos ambiebat humeros:*
*Ex capite autem abſterſit maris ſitum profundi.*
*At poſtquàm iam omne lauit,& oleo unxit:*
*Circũ aũt ueſtimenta ĩdutus ē,q̃ ei præbuit uirgo ĩdōita:*
*Hunc quidem Minerua fecit Ioue prognata*
*Maioremq́; uiſu,& craſſiorem:à capite autem*
*Criſpas demiſit comas hyacinthino flori ſimiles.*
*Sicut autem quando aliquis aurũ circunfudit argēto uir*

*Peritus,*

Ayuntamiento de Madrid

Peritus,quem Vlcanus docuit & Pallas Minerua
Artem omnigenam:gratioſa autem opera perficit.
Sic huic infudit gratiam capitíq; & humeris:
Sedit autem poſteà longè profectus in littus maris
Pulchritudini & gratijs ſplēdēs: admirabatur āt puella:
Tunc profectò ancillas pulchricomas allocuta eſt:
Audite me ancillæ albaulnas, ut aliquid dicam
Nō omniū præter uolūtatē deorū, qui Olympū habitant
Phæacibus:hic uir miſcetur dijs paribus.
Anteà enim mihi indecens uidebatur eſſe:
Nunc autem Dijs ſimilis eſt,qui cœlum latum habitant.
Vtinam enim mihi talis uir uocatus eſſet
Hîc habitans,& ei placeret hîc manere.
Sed date ancillæ hoſpiti cibumq́; potumq́;. (rūt:
Sic dixit:hæ āt hāc ualde qdē audiuerūt et obediue-
Apud autem Vlyſſem poſuerunt cibumq́; potumq́;:
Hic āt bibit,& comedit multapaſſus diuus Vlyſſes
Raptim:diu enim cibi erat ieiunus.
Sed Nauſicaa ulnasalba alia cogitauit:
Veſtes igitur plicans poſuit pulchro in curru:
Iunxit autem mulos fortiumunguiū:aſcendit autem ipſa:
Concitauit aūt Vlyſſem,uerbumq́; dixit & compellauit: Nauſicaa
Mouearis nunc hoſpes in urbem ire,ut te mittam ſe ſecuturo
Patris mei in domum prudentis,ubi te dico Vlyßi pa-
Omnium Phæacum uiſurum eſſe,quotquot optimi. tris domum
Sed ualde ſic fac(uideris āt mihi nequaq̄ imprudēs eße) deſcribit.
Donec per agros iuerimus & opera hominum,
Tandiu cum ancillis poſt mulos,& currum Vrbis de
Velociter uenias:ego autem dux ero uiæ. ſcriptio
Sed poſtquàm in urbem iuerimus,quam circum turris

Alta

Ayuntamiento de Madrid

Alta:pulcher autem portus ex utraq; parte ciuitatis,
Anguſtus aũt ĩtroitus:naues aũt in uia utrĩq; remis agi-
Seruãtur.omnibus.n.nauale eſt unicuiq; : (tatæ
Illic ueròipſis forum, pulchrum templum Neptuni circà
Tractis lapidibus effoßis coaptatum:
Ibi nauium arma nigrarum curant
Rudentes & uela, & poliunt remos.
Non.n.Phæacibus curæ eſt arcus neq; pharetra :
Sed mali & remi nauium, & naues æquales,
Quibus gaudentes canum tranſeunt mare.
Horum fugio famam amaram,ne quis in poſterum
Vituperet:ualde autem ſunt ſuperbi in populo .
Et aliquis ſic dicat peior obuians:
Quis autẽ hic Nauſicaad ſequitur pulcherq; magnusq;
Hoſpes?ubi autem ipſum inuenit?uir certe erit ipſi ,
An aliquem errantem excepit ſua à naui
Virorum peregrinorum? quoniam nulli propè ſunt?
An aliqs ei precãti multis exoratus precibus Deus uẽit
Cælitus deſcẽdẽs?habebit aũt ipſum diebus omnibus.
Melius ſcilicet ſi ipſa abiens uirum inuenerit
Aliunde. certe.n.hos inhonorat in populo
Phæaces,qui ipſam in uxorem petunt multiq; & boni.
Sic dicent:mihi autem opprobria hæc eſſent,
Et alij ſuccenſero,quæ talia faceret:
Quæ inuitis charis,patre & matre,exiſtentibus
Viris miſcetur,priuſquàm manifeſtæ nuptiæ uenerint:
Tu autem hoſpes ſic meum intellige uerbum,ut citiſsimè
Deductionem & reditum conſequaris à patre meo.
Inueniemus ſplendidum nemus Mineruæ prope uiam
Alnorum,fons autem effluit,circa autem pratum:

Illic

Ayuntamiento de Madrid

Illic autem patris mei templum,florenſq́; uinea eſt,
Tantùm ab urbe quantùm auditur clamans:
Vbi ſedens mane tandiu,donec nos
Ad urbem iuerimus,& perueneri mus domos patris.
Sed poſtquàm nos exiſtimaueris ad domos perueniſſe,
Et tunc Phæacum in urbem uade,& interroga
Domos patris mei magnanimi Alcinoi:
Facilè autem notæ ſunt,etiam ſi puer præiret
Infans.non enim ſimiles his fabricatæ ſunt
Domus Phæacum,qualis domus Alcinoi,
O heros:ſed quando te domus occultauerint & aula,
Celeriter ualde ex domo pertranſeas,donec ueneris
Ad matrē meā:hæc aūt ſedet in foco in ignis ſplendore,
Penſa torquens purpurea, mirabile uiſu,
Columnæ inclinata:ancillæ autem ei ſedent à tergo:
Illic autem patris mei ſolium inclinatum eſt ad ipſam:
In hoc hic uinum bibit ſedens Deus tanquàm:
Hunc præteriens matris ad genua manus
Iace noſtræ,ut reducem diem uideas
Gaudens ſtatim,etſi ualde longè es.
Si tibi illa benigna cogitauerit in animo,
Spes tibi poſteà amicóſque uidere, & peruenire
In domum bene ædificatam,& tuam in patriam terram.
Sic locuta uerberauit flagello ſplendido
Mulos:hi autem celeriter reliquerunt fluminis fluenta.
Hi āt bene quidem currebāt, bene āt ꝑcutiebāt pedibus:
Hæc āt ualde moderabatur,ut ſimul ſeq̄rētur pedeſtres
Ancillæq;,Vlyſſesq;:cum prudentia aūt iniecit flagellū.
Occidit aūt ſol,& hi ad inclytum nemus peruenerunt,
Sacrum Mineruæ:ubi ſedit magnus Vlyſſes.

Statim

Ayuntamiento de Madrid

*Statim poſteà precatus eſt Iouis filiam magni:*
*Audi me ægidiferi Iouis filia indomita:*
*Nunc me audi poſtquàm anteà nunquam audiuiſti*
*Afflictum, quando me affligebat inclytus Neptunus:*
*Da me in Phæaces amicum uenire & miſerabilem.*
*Sic dixit precans: Hũc autem audiuit Pallas Minerua:*
*Ei autem nondum apparuit coràm. uerebatur enim*
*Patruum: hic autem uehementer iratus erat*
*Dijs pari Vlyßi, antequàm in ſuam terram perueniret.*

*Minerua Neptunum uerita.*

## ARGVMENTVM. H. HOMERI COMPOSITIONIS.

NAuſicaa in ciuitatem peruenit, & paulò pòſt Vlyſſes precatur Areten Alcinoi regis uxorem: & poſt cœnam interrogante ea unde ueſtem habuiſſet, (agnouit enim ipſam) quæ contigere ſibi inter nauigandum ab Orygia uſque ad Phæacum terram, narrat.

Odyſſeæ

Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE .H. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Ita autem bene conſulunt Vlyßi Scheriæ reges.*

SIC quidem tunc precabatur multa paſſus magnus Vlyſſes.
Puellam autē ad ciuitatem duxit robur mulorum:
Hæc autem quando iam ſui patris ad inclytas domos peruenit,
Stetit in ueſtibulis:fratres autem ipſam circum
Steterunt,immortalibus ſimiles,qui à curru
Mulos ſoluerunt,ueſtemq; intulerunt intrò:
Ipſa autem in thalamū ſuū iuit, accendebat āt ipſi ignē
Vetula Apiræa cubicularia Eurymeduſa: Eurymeduſa nutrix.
Hāc quōdā ex Apira naues duxerūt,quæ utrīq; remis im(pellūtur:
Alcinoo āt ipſā donū ſelegerūt.quoniā oībus
Phæacibus imperabat:deū aūt tanq̄ populus audiebat.
Hæc nutriuit Nauſicaam albamulnas in domibus:
Hæc ei ignem accendit,& intus cœnam præparauit.
Et tūc Vlyſſes motus ē ad ciuitatē ire:circū aūt Minerua
Multam calignem fudit amica conſulens Vlyßi,
Ne quis Phæacum magnanimorum obuians
Conuitiareturq; uerbis,& interrogaret quis eſſet.
Sed quādo iam futurus erat ciuitatem ingredi amabilē, Vlyßi Minerua formā mētita Neenidis fit obuiam.
Tunc ei obuiauit Dea cæſia Minerua,
Virgini ſimilis puellæ urnam habenti.
Stetit aūt ante ipſum:interrogauit aūt magnus Vlyſſes:
O filia,nónne me ad domum uiri duceres

Alcinoi

Ayuntamiento de Madrid

Alcinoi:inter hos homines imperat.
Etenim ego hoſpes miſer huc peruenio
*Apia terra.* A longe ex Apia terra: ideo nullum cognoſco
Hominum,qui hanc ciuitatem & terram habitant.
Hunc autem rurſus allocuta eſt Dea cæſia Minerua:
Tibi.n.ego hoſpes pater domum quam me iubes
Demōſtrabo,quoniam prope patrē meū bonū habitat:
Sed ueni tacitè ſic: ego autem dux ero uiæ.
Neq; aliquem hominum aſpicias,neq; interroges:
Non.n.hoſpites hi ualde homines tolerant.
Neq; amātes hoſpitio accipiunt eum qui aliūde uenerit.
Nauibus celeribus hi confiſi uelocibus,
Vndā magnā pertranſeūt,quoniā ipſis dedit Saturnius
Horum naues ueloces,tanquàm penna uel cogitatio.

*Vlyſſes à Minerua in ædes Alcinoi perducitur ſeptus à nebula.*

Sic locuta,præiuit Pallas Minerua
Statim:hic autem poſteà poſt ueſtigia iuit Deæ.
Hūc igitur Phæaces in re nautica inclyti nō cognouerūt
Euntem per ciuitatem inter ipſos.non.n.Minerua
Permittebat pulchricoma grauis Dea,quæ ei nebulam
Diuinam infudit amica conſulens in animo:
Admirabatur Vlyſſes portus & naues æquales,

*Phæaces ingenioſi.*

Ipſorumq; heroum fora & mœnia longa,
Alta,palis aptata,mirabile uiſu.
Sed quādo iam Regis ad inclytas domos peruenerunt,
Inter ipſos uerba incœpit Dea cæſia Minerua.
Hæc iam tibi,hoſpes pater, domus,quam me iubes
Dicere:inuenies autem generoſos reges
Cōuiuiū cōuiuātes:tu autē intrò uade,neq; aliquid aio
Time. AVDAX.n.uir in omnibus melior
„ Operibus eſt,etſi aliunde ueniat.

Reginam

Reginam quidem primùm inuenies in domibus,
Arete autem noīe eſt cognominata, ex parentibus autē Arete uxor Alcinoi.
Eiſdem qui genuerunt Alcinoum Regem:
Nauſithoum quidem primùm Neptunus quatiens terram
Genuit & Periboëa mulierum ſpecie optima,
Minima, filia magnanimi Eurymedontis, Eurymedon
Qui quondam magnanimis gigantibus imperauit:
Sed hic quidem amiſit populum iniuſtum, perijt & ipſe:
Huic Neptunus mixtus eſt, & genuit filium
Nauſithoum magnanimū: hic in Phæacibus regnauit:
Nauſithous autē genuit Rhexenorēq; Alcinoumq́;. Nauſithous Rhexenor.
Hūc qdē ſine filio exiſtētē ſagittis īterfecit argēteūba-
Spōſū ī domo, unā ſolā filiā relinquētē (bēs arcū Apollo
Areten: hanc autem Alcinous fecit uxorem,
Et ipſam honorauit ſicut nulla in terra honoratur alia
Quæcunq; nunc mulieres ſub uiris domum habitant.
Sic illa ex animo honorata eſt, & honoratur
Ex charis filiis, exq́; ipſo Alcinoo,
Et populis qui ipſam Deam tanquàm inſpicientes
Excipiunt uerbis, quando it per ciuitatem.
Non.n.mente & ipſa indiget bona
Quibus bene conſulit, & uiris contentiones ſoluit:
Si illa amica conſuluerit in animo,
Spes tibi poſteà amicoſq; uidere, & peruenire
Domum in altam, & tuam in patriam terram.
Sic locuta abijt cæſia Minerua
In pontum profundum: reliquit aūt Scheriam amabilem:
Peruenit autem in Marathonem, & latas Athenas:
Ingreſſa eſt aūt Erechthei clauſum domum: at Vlyſſes
Alcinoi in domos iuit inclytas: multa autem ei animus

Alcinoi regia deſcribitur.

Cogitabat antequam æreum pauimentum perueniret:
Sicut enim Solis ſplendor, uel Lunæ erat
In domo alta magnanimi Alcinoi:
Aerei quidem muri firmati erant hinc & inde
Ad penetrale ex limine: arcum autem pinnæ cyaneæ:
Aureæ autem fores clauſam domum intus claudebant:
Argenteæ autem poſtes in æreo ſtabant limine:
Argenteum autem ſuperliminare: aurea āt corniculæ:
Aurei autem utrinq;, & argentei canes erant,
Quos Vulcanus fecerat peritis ſcientijs
Ad domum cuſtodiendam magnanimi Alcinoi,
Immortales exiſteutes & inſeneſcentes dies omnes.
Intus aūt ſedes circa murum firmatæ erant hinc & inde
Ad penetrale ex limine penitus, ubi ueſtes
Subtiles benefilatæ impoſitæ erant opera mulierum:
Illic autem Phæacum principes ſedebant
Bibentes & comedentes: toto anno enim eas habebant:
Aurei autem iuuenes bene ædificatis in aris
Stabant, ardentes lampades in manibus habentes,
Prælucentes per noctes in domibus conuiuis.
Quinquaginta autem ei famulæ in domo fœminæ:
Aliæ quidem molunt in molis flauum fructum:
Aliæ autem telas texunt, & penſa uoluunt
Sedentes, tanquam folia proceræ alni:
Tramatis autem è ueſtibus deſtillabat humidum oleum,
Quantum Phæaces ſupra omnes periti uiros
Nauem uelocem in ponto impellere: ſic & mulieres
Telam facere. ualde enim ipſis dedit Minerua,
Operaq; ſcire perpulchra & mentes bonas:
Extra autem aulam magnus hortus prope portas

Quatuor

Ayuntamiento de Madrid

Quatuor iugerum: circùm aũt ſeptum ductum eſt undiq;: Hortus Alcinoi memorabilis.
Illic autem arbores magnæ erant uireſcentes:
Pyri & mala punica,& mali pulchros fructus habẽtes,
Ficiq; dulces,& oleæ uireſcentes:
Harum neq; fructus perit,neq; deficit
Hyeme,neq; æſtate,durans toto anno,ſed ualde ſemper
Zephyri aura ſpirans:hæc qdẽ producit, alia ãt maturat:
Pyrũ poſt pyrũ ſeneſcit: malũ autẽ poſt malum:
At poſt uuam,uua:ficus autem poſt ficum.
Illic autem ei fructifera uinea radicata eſt:
Huius altera quidem area plano in loco
Siccatur Sole:alias autem uindemiant:
Alias autem calcant:iuxtà autem immaturæ ſunt
Florem amittentes: aliæ autem matureſcunt:
Illic autem bene diſpoſitæ parcæ ad ultimum ordinem
Omnisgeneris erant,per totum annum florentes:
Intus autem duo fontes: alter quidem per hortum totum
Spargitur:alter ãt ex altera parte ſub aulæ limen mitit
In domum altam, unde aquantur ciues. (fluxum
Talia in Alcinoi domo deorum erant inclyta dona.
Illic ſtans admirabatur multa paſſus magnus Vlyſſes.
Sed poſtquàm omnia ſuo admiratus eſt animo,
Velociter trans limen iuit in domum:
Inuenit autem Phæacum proceres & principes
Sacrificantes poculis ſpeculatori Mercurio: Mercurio ultimo libari cõſuetũ.
Cui ultimo libabant,quando appetebant ſomnium.
Sed iuit per domum multa paſſus magnus Vlyßes
Multam nebulam habens,quã ei circumfudit Minerua,
Donec peruenit ad Aretenq;,& Alcinoum regem.
Circum igitur Aretes genua poſuit manus Vlyſſes:



Ayuntamiento de Madrid

Et tunc iam ab ipſo rurſus euanuit diuina nebula.
Hi autem taciti facti ſunt in domo uirum uidentes:
Admirabantur aũt aſpiciẽtes, ſupplicabat aũt Vlyſſes:
Arete, filia Rhexenoris Dijs æqualis,
Ad tuum uirum tuaq́; genua accedo multa paſſus:
Et ad hos conuiuas, quibus Dij opulenter dent
Viuere, & filijs committant unusquiſq;
Poſſeſſiones in domibus, honorẽq́; quẽ populus dedit.
At mihi reditum præparate in patriam peruenire
Cito, quoniam diu procul ab amicis calamitates patior.
Sic locutus ſedit in foco in cineribus
Apud ignem: hi autem oẽs taciti facti ſunt ſilentio,
Tandem autem locutus eſt ſenex heros Echeneus,
Qui quidem Phæacibus uiris natu maior erat,
Et uerbis ornatus erat, antiquaq; multaq; ſciens:
Qui ipſis bene conſulens concionatus eſt, & dixit:
Alcinoë, non certe hoc bonum, neq; decet
Hoſpitem quidem humi ſedere in foco in cineribus:
Hi autem tuum uerbum expectantes detinentur.
Sed agè iam hoſpitẽ qdẽ in ſolio argẽteis clauis ornato
Fac ſedere attollens: tu autem præconibus iube
Vinum immiſcere, ut & Ioui gaudenti fulmine
Libemus, qui ſupplices uènerandos ſequitur:
Cœnam autem hoſpiti famula det ex rebus quæ ſunt intus.
At poſtquàm hoc audiuit ſacra poteſtas Alcinoi,
Manu capiens Vlyſſem prudentem uarijconſilij
Mouit à foco, & in ſolio ſedere fecit lucido:
Filium excitans amantem uiros Laodamanta,
Qui eum prope ſedebat: maxime autem ipſum diligebat:
Aquam autem famula gutturnio infudit portans

Areten Vlyſſes ſupplex orat.

Vlyſſes clementer ab Alcinoo excipitur.

Pulchro

Ayuntamiento de Madrid

Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete
Ad abluendum: iuxtà autem politam extendit menſam:
Panem autem caſta proma appoſuit ferens,
Cibos multos imponẽs, gratificans ex præſẽtibus rebus.
Sed bibebat & comedebat multa paſſus diuus Vlyſſes,
Et tunc præconem allocuta eſt potentia Alcinoi:
Pontonoe, crateram miſcens, uinum diſtribue
Omnibus per domum, ut & Ioui gaudenti fulmine
Libemus, qui ſupplices uenerandos ſequitur,
Sic dixit: Pontonous autem dulce uinum miſcuit:
Diſtribuit autem omnibus libans poculis.
At poſtq̃ libaueruntq; biberũtq; quãtũ uolebat animus,
His Alcinous locutus eſt, & dixit:
Audite Phæacum duces & principes,
Vt dicam quæ me animus in pectoribus hortatur.
Nunc quidem conuiuati dormite domum profecti:
Mane autem ſenes complures aduocantes
Hoſpitem in domibus accipiemus conuiuio, ac Dijs
Sacrificabimus ſacra pulchra: poſteà aũt & de reditu
Curabimus, ut hoſpes ſine labore & triſtitia
Deductione noſtra in ſuam patriam terram perueniat
Gaudens uelociter, etiam ſi ualde longe eſt,
Ne quid interim malum, nocumentúmue patiatur,
Priuſquã ipſe in ſuam terrã perueniat: illic aũt poſteà
Patietur quæcunq; ei fatum parcæq; graues
Naſcenti filauerunt lino, quando ipſum peperit mater.
Si autem aliquis immortalium de cœlo uenit,
Aliud quid iam hoc poſtea Dij machinantur.
Semper enim antea Dij apparent manifeſti
Nobis, quando ſacrificamus inclytas hecatombas,

Pontonous præco.

Alcinous Phæacenſibus de hoſpite.



Ayuntamiento de Madrid

Conuiuanturq́; apud nos ſedentes, ubi & nos.
Si autem aliquis & ſolus iens occurrerit uiator,
Nullo modo occultant, quoniam ipſos prope ſumus:
Quemadmodũ Cyclopesq́;, & agreſtes gentes gigãtum.
Hunc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Alcinoë, aliud quid tibi curæ ſit mentibus. nõ enim ego
Immortalibus ſimilis ſum, qui cœlum latum habitant,
Neq; corpore, neq; indole, ſed mortalibus hominibus,
Quos uos ſcitis maxime portantes ærumnam
Hominum, quibus in doloribus æqualis ſum:
Et adhuc etiam plura ego mala dicerem,
Quæ cum certe omnia deorum uoluntate paſſus ſum.
Sed me quidem cœnare ſinite dolentem quamuis,
» Non enim odioſo uentre peius aliud
» Eſt, qui iubet ſui recordari neceſſitate
Et ualde afflictum aliquẽ, & in mẽtibus dolorem habẽtẽ.
Sic & ego luctum quidẽ hẽo mentibus, hic ãt ualde ſẽper
Comedere iubet, & bibere, & me omnium
Obliuiſcifacit, quæcunq; paſſus ſum, & repleri iubet:
Vos autem feſtinate ſimul atq; aurora apparuerit,
Vt me infelicem meam imponatis in patriam,
Quãuis multa paſſũ, ubi ſemel uidero, ẽt relinquat uita,
Poſſeſſionem meã famulosq́;, & altam magnam domum.
Sic dixit, hi autem omnes laudabant, & hortabantur
Deducere hoſpitem, quoniam decenter dixit.
Sed poſtquã libauerunt biberũtq́;, quantũ uoluit animus
Hi quidem dormituri iuerunt domum unuſquiſq;:
Sed in domo relictus eſt diuus Vlyſſes:
Apud ãt ipſũ Areteq́; & Alcinous diuina ſpecie præditus
Sederunt: famulæ autem auferebant uaſa conuiuij:

His

Ayuntamiento de Madrid

His autem Arete albaulnas incœpit uerba.
Agnouit enim pallium & tunicam, ueſtimenta uidens
Pulchra, quæ ipſa fecerat cum ancillis mulieribus,
Et ipſum alloquens, uerba pennata dixit:
Hoſpes, hoc quidem te primum interrogabo ipſa,
Quis? unde uenis uirorum? quis tibi hæc ueſtimēta dedit?
An non dicis in mari errans huc ueniſſe?
Hanc autem, reſpondens, allocutus eſt prudēs Vlyſſes:
Difficile Regina perpetuo dicere
Dolores, quoniam mihi multos dederunt Dij cœleſtes.

Vlyßes interrogatus Aretæ ſuos labores exponit.

Hoc autem tibi dicam quod me interrogas & inquiris:
Ogygia quædam inſula longè in mari iacet,
Vbi Atlantis filia doloſa Calypsô
Habitat pulchricoma quamuis Dea: neq; aliquis ipſi
Miſcetur, neq; deorum, neq; mortalium hominum:
Sed me infelicem, domeſticum duxit fortuna
Solum, quoniam mihi nauem uelocem candenti fulmine
Iupiter iaculatus diſcidit medio in nigro mari:
Vbi alij quidem omnes periere boni ſocij:
At ego uel carinā ulnis capiēs nauis utrinq; remis agitatæ
Nouem diebus ferebar: decima aūt me nocte nigra
Inſulam in Ogygiam appulerunt Dij: ubi Calypsô
Habitat pulchricoma quamuis Dea, quæ me ſuſcipiens
Accuratè excepit, & alebat, & dicebat
Facturam immortalem & inſeneſcentem diebus omnibus.
Sed meum nunquam animum in pectoribus perſuaſit:
Illic q̄dē ſeptē ānos permāſi firmiter: ueſtimēta aūt ſēper
Lachrymis madefaciebā, quæ mihi immortalia dedit Calypſo.
Sed quando iam octauus reuolutus annus uenit:
Et tunc iam me iuſſit concitans redire



Ayuntamiento de Madrid

Iouis ex nundo, uel etiam mens mutata eſt ipſius,
Miſit aũt ſupra ratem cõſutilem: multa autem dedit,
Panem & uinum dulce, & immortales ueſtes induit.
Ventum autem præmiſit innocuum, ſuauemq́;:
Septẽ & decẽ quidẽ nauigabã dies per mare iter faciẽs:
Octauo autem & decimo apparuerũt mõtes umbroſi
Terre ueſtræ: ætatum eſt autem mihi charum cor
Infelici. certe. n. futurus eram adhuc cõflictari ærũna
Multa, quam mihi immiſit Neptunus quatiensterram,
Qui in me incitans uentos, impediuit uias,
Commouit autem mare immenſum, neq; unda
Sinebat in rate ualde ſuſpirantem ferri,
Quam quidem procella diſſipauit: at ego
Natans hanc undam tranſiui, donec terræ
Veſtræ appulit ferens uentusq́; & aqua:
Vbi me exeuntem impulit unda in terram
Petras ad magnas immittens, & non oblectabilẽ locum,
Sed regrediens natatui rurſus quouſq; ingreſſus ſum
In fluuium: illic mihi uiſus eſt locus optimus,
Expeditus petris, & obex erat uenti:
Egreſſus ſum autem animam refocillans: diuina ãt nox
Superuenit: ego autem ſeorſum à fluente fluuio
Egreſſus in uirgultis dormiui: circúm autem folia
Congregaui, ſomnum autem Deus immenſum infudit,
Illic quidem in folijs charum cruciatus cor
Dormiui tota nocte, & in auroram, et medium diem:
Occidit autem Sol, & me dulcis ſomnus dimiſit:
Ancillas autem in littore tuæ uidi filiæ
Ludentes, inter autem ipſa erat ſimilis dijs:
Quã precatus ſũ: hæc aũt nihil intellectu aberrauit bono,

Sic non

Ayuntamiento de Madrid

*Sic non ſperares iuniorem obuiantem*
*Facere.ſemper.n.iuniores imprudenter agunt.*
*Hæc mihi panem dedit ſatis & nigrum uinum,*
*Et lauit in fluuio,& mihi hæc ueſtimenta dedit.*
*Hæc tibi dolens licet uerè dixi.*
*Huic autem rurſus Alcinous reſpondit,locutusq; eſt:*
*Hoſpes,certe quidem hoc decens non cogitauit*
*Filia mea;quoniam te non cum ancillis mulieribus*
*Duxit in noſtram domum:tu autem primã precatus es.*
*Hunc autem,reſpõdens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:*
*Heros,ne mihi huius gratia irreprehẽſibilẽ accuſa puellã.*
*Hæc.n.me iuſſit cum ancillis ſequi.*
*Sed ego non uolui ueritus & erubeſcens,*
*Ne aliquo modo & tibi animus iraſceretur uidenti.*
*Valde zelotypi enim ſumus in terra genus hominum.*
*Huic autem rurſus Alcinous reſpondit,locutusq; eſt:*
*Hoſpes,non mihi tale in pectoribus charum cor*
*Ab re iraſci:meliora autem iuſta omnia.*
*Vtinam.n Iupiterq; pater,& Minerua,& Apollo*
*Talis exiſtens qualis es,& hæc ſentiens,quæ ego,*
*Filiamq; meam haberes,& meus gener uocareris*
*Hic manens:domum autem ego & opes darem,*
*Si uolens maneres:inuitum autem te nullus detinebit*
*Phæacum: neq; ſic gratum Ioui patri ſit:*
*Deductionẽ autem adhuc ego perficiam,ut bene ſcias,*
*Craſtinum diem:interim autem tu quidẽ domitus ſomno*
*Dormies:hi ãt remis impellẽt per trãquillũ mare, ut per*
*In patriã tuã,& domũ,& ſi quò aliò gratũ eſt, (uenias*
*Etiam ſi ualde multo longiùs eſt Eubœa:*
*Hanc enim longiſſime ferunt eſſe,qui ipſam uiderunt*

*Alcinous optat Vlyſſem ſibi generum,*

*Alcinous Vlyſſi promittit auxilium.*

Populo

Populorum noſtrorum: quando flauum Rhadamanthum
Duxerunt uiſurum Tityum terræ filium.
Et quidem hi illuc uenerunt, & ſine labore perfecærunt
Die eodem, & reduxerunt domum retrò:
Scies autem & ipſe in mentibus quantum optimæ
Naues meæ, & iuuenes reijcære mare remo.
Sic dixit: lætatus eſt ãt multũtollerans generoſus Vlyſ
Precans aũt dixit, uerbũq; fecit, & cõpellauit: (ſes:
Iupiter pater, utinam quæcũq; dixit perficiat omnia
Alcinous illius in alumna terra,
Immortalis gloria eſſet: ego autem in patriã peruenirẽ.
Sic hi quidem talia ad ſe mutuò loquebantur:
Iuſſit autem Arete albaulnas ancillis
Lectos ſub porticu ponere, & ſtragula pulchra
Purpurea inijcære, ſternereq́; deſuper tapetes,
Lenasq́; imponere ſubtiles deſuper ad induendum:
Hæ autem iuerunt ex domo lumen in manibus tenentes.
At poſtquam ſtrauerunt denſum lectum feſtinantes,
Incitarunt Vlyſſem aſtantes uerbis:
Surge dormiturc hoſpes: factus eſt autem tibi lectus.
Sic dixerunt: huic autem iucundum uiſum eſt dormire.
Sic hic qdẽ tũc dormiebat multapaßus magnus Vlyßes
Teſſelatis in lectis ſub porticu reſonanti:
Alcinous autem dormiuit in conclaui domus altæ:
Iuxtà autem uxor Regina lectum parauit & cubile.

ARGV.

Ayuntamiento de Madrid

## ARGVMENTVM. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Concio fit Phæacum de hoſpite: & nauis detrahitur àd deductionem Vlyſſis: & epulantur apud Alcinoum Phæacum optimates: & poſt hæc diſco certant Phæaces & Vlyſſes: Et Demodocus canit primùm quidem de adulterio Martis & Veneris: poſteà de introductione lignei equi, et Vlyßem flentem interrogat, quis, & unde ſit.*

## ODYSSEAE. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Thita autem, certaminibus Phæaces Vlyßem tẽtauerunt.*

QVANDO *autẽ manegenita apparuit*
*roſeadigitos Aurora,*
*Surrexit ex lecto ſacra poteſtas Alcinoi,*
*Generoſus quoq; ſurrexit urbium populator Vlyſſes:*
*Hos autem duxit ſacrum robur Alcinoi*
*Phæacum ad concionem, quæ ipſis apud naues facta eſt:*
*Profecti autem ſederunt in politis lapidibus*
*Propè: per ciuitatem autem iuit Pallas Minerua,*
*Similis præconi prudentis Alcinoi,*

Reditum Vlyſſi magnanimo conſultans,
Et unicuiq; uiro aſtans dixit uerbum:
Huc agitè Phæacum proceres & principes
In concione ite,ut hoſpitem audiatis,
Qui nuper Alcinoi prudentis peruenit domum,
Per mare errans,corpore immortalibus ſimilis.
Sic dicens excitauit uires,& animum uniuſcuiuſq;:
Statim aūt impletæ ſunt hominibus conciones & ſedes
Seſe congregantibus,multi.n.admirati ſunt uidentes
Filium Laërtæ prudentem:huic autem Minerua
Diuinam infudit gratiam capitiq; & humeris:
Et ipſum longiorem & craſſiorem fecit uiſu,
Vt Phæacibus gratus omnibus fieret,
Grauiſq; & uenerabilis,& perficeret certamina
Multa,quibus Phæaces tentauerunt Vlyſſem.
At poſtquàm conuenere ſimulq; & congregati ſunt,
His Alcinous concionatus eſt,& dixit:
Audite Phæacum proceres & principes,

Alcinous Phæacēſes in concione hortatur,ut Vlyſſem iuuent

Vt dicam quæ me animus in pectoribus hortatur:
Hoſpes hic neſcio quis errans peruenerit meā domum
An ab orientalibus,an occidentalibus hominibus:
Ad deductionem autem nos incitat,& precatur ratū eſſe:
Nos autem ſicut antea ad deductionem paremus.
Neq;.n. neq; aliquis alius,qui meas domos peruenerit
Hic lugens diu manet propter deductionem.
Sed agitè,nauem nigram deducamus in mare magnum
Primo nauigantem:iuuenes autem duo & quinquaginta,
Eligantur in populo qui anteà ſunt optimi:
Ligantes autem bene omnes in tranſtris remos
Exite,ſed poſteà citum curate conuiuium

Ad

Ad noſtrã domũ uenĩetes, ego aũt bene õnibus præbebo:
Iuuenibus quidem hæc mando: at alij
Sceptrigeri Reges meas ad domos pulchras
Venite, ut hoſpitem in domibus accipiamus conuiuio,
Neq; aliquis neget: accerſant autem diuinum cantorem
Demodocum. huic. n. Deus ſupra cæteros dedit cantum
Oblectare, quocunq; animus incitat ipſum ad canendum.
Sic locutus præiuit: hi autem unà ſecuti ſunt
Sceptrigeri: præco autem adijt diuinum cantorem:
Iuuenes autem electi duo & quinquaginta
Iuerunt ſicut iuſſit, in littus maris profundi.
Sed poſtquam in nauim deuenerunt & mare,
Nauim hi nigram maris in profundum traxerunt:
Malum autem impoſuerunt, & uela naui nigræ:
Præparauerunt autem remos uinculis coriaceis
Omnes decenter: uela autem candida extenderunt:
Alto autem in humido hanc firmarunt: at poſteà
Perrexerunt ire Alcinoi prudentis in magnam domum:
Impleti ſunt aũt porticusq;, & atria & domus uirorum
Congregatorum: multi autem erant iuuenes & ſenes:
His autem Alcinous duodecim oues mactauit:
Octo aũt albos dentibus ſues: duos ãt reuolui pedes boues,
Quos excoriarunt, circumq; diſpoſuerunt, præparaueruntq; conuiuium deſiderabile:
Præco autem propè uenit ducens idoneum cantorem,
Quem ualde muſa dilexit: dedit aũt bonumq; malumq;,
Oculis quidem priuauit: dedit aũt ſuauem cantilenam:
Huic aũt Pontonous poſuit ſoliũ argẽteis clauis ornatum
In medio conuiuarum, ad colũnam longam firmans:
Clauo autem ſuſpendit citharam canoram
Ipſius ſuper capite, & dixit manibus capere

Alcinous parat cõuiuium.

Demodocus cantor.

Ayuntamiento de Madrid

Præco:iuxta autem poſuit ciſtã,pulchramq; menſam:
Apud autẽ poculũ uini ad bibendũ,quãdo aĩus iuberet:
Hi autem in cibos paratos, appoſitos, manus iniecerunt.
At poſtquam potus,& cibi cupiditatem expulerunt,
Muſa cantorem induxit canere glorias uirorum
Cantilena,cuius tunc gloria cœlum latum attingebat,
Contentionem Vlyſſis & Pelidæ Achillis,
Quemadmodum olim cõtenderunt in cõuiuio florido
Terribilibus uerbis:Rex autem uirorum Agamemnon
Gaudebat animo,quãdo optimi Achiuorum contẽdebant.
Sic enim ei uaticinans locutus eſt Phœbus Appollo,
Pytho in diuina,quando tranſcendit lapideum limen
Oraculum ſciturus.tũc.n. uoluebatur cladis principium
Troianiſq; & Danais Iouis magni conſilijs.
Hæc igitur cantor canebat ualde inclytus: at Vlyſſes
Vlyßi mouetur fletus. Purpuream magnam ueſtem capiens manibus fortibus
In caput attraxit:cooperuit autem pulchram faciem.
Verecũdabatur.n.Phæaces ſub ſupercilijs lachrymas fun(dens.
Certe quãdo deſinebat canere diuinus cantor
Lachrymas abſtergens,à capite ueſtem auferebat,
Et poculum utrinq; anſatum capiens libabat Dijs.
At cum rurſus inciperet,& incitabant ut caneret
Phæacum optimi,poſtquàm delectati ſunt uerbis,
Iterum Vlyßes caput operiens lugebat:
Tunc alios quidem oẽs latuit lachrymas fundens:
Alcinous autem ipſum ſolus aduertit & cognouit
Sedens propè ipſũ:grauiter autem ſuſpirantem audiuit:
Statim autem Phæacibus remigibus locutus eſt:
Alcinous hortatur Audite Phæacum proceres & principes
Iam quidem conuiuio ſatiati ſumus animum æquali,

Citharaq;

Ayuntamiento de Madrid

Citharaq; quæ conuiuio comes eſt florenti: Phæacas ad
Nunc autem exeamus & certamina tentemus certamen.
Omnia,ut & hoſpes dicat ſuis amicis
Domum reuerſus,quantum ſuperamus alios
Pugniſq; luctaq; & ſaltu,atq; pedibus.
Sic effatus præiuit:hi autem ſimul ſecuti ſunt:
Clauo autem ſuſpendit citharam canoram:
Demodoci autem cœpit manum,& eduxit domo
Præco: dux autem erat huic eâdem uia quâ alij
Phæacum optimi certamina uiſuri:
Perrexerũt ãt ire ĩ forũ:ſimul ãt ſequebatur multa turba:
Infiniti,ſurrexerunt autem iuuenes multiq; & boni:
Surrexit quidem Acroneuſq;,& Ocyalus,& Elatreus, Acroneus.
Nauteuſq;,Prymneuſq;,& Anchialus,& Eretmeus,
Ponteuſq;,Proteuſq;,Thoon,Anabeſineuſq;, Ponteus.
Amphialuſq;,filius Polynei Tectonidæ:
Surrexit autem & Euryalus homicidæ ſimilis Marti,
Naubolideſq; qui optimus erat ſpecieq;,corporeq; Naubolides
Omnium Phæacum,poſt ſtrenuum Laodamanta:
Surrexerunt autem tres filij ſtrenui Alcinoi: Alcioi filij.
Laodamaſq;, Haliuſq;,& Dijs æqualis Clytoneus:
Hi primum quidem tentauerunt pedibus:
His ãt à carceribus extenſus eſt curſus:hi aũt ſimul oẽs
Velociter uolabant puluerizantes per campum:
Horũ autem currere optimus erat Clytoneus eximius, Clytoneus
Quantumq; in nouali terminus eſt mulis, curſor inſig
Tãtùm præcurrẽs ad populos peruenit: hi ãt derelicti ſũt nis.
Hi autem luctam difficilẽ tentauerunt: (retro:
Hac autem rurſus Euryalus ſuperauit omnes optimos: Euryalus
Saltu autem Amphialus omnibus præſtantior erat: palæſtrita.

Diſco

Ayuntamiento de Madrid

Diſco autem rurſus omnibus melior erat Elatreus:
Pugnis autem Laodamas bonus filius Alcinoi.
At poſtquam oēs oblectati ſunt in mente certaminibus,
His igitur Laodamas locutus eſt filius Alcinoi:
Agitè amici, hoſpitem interrogemus ſi quod certaminū
Nouitq́; & ſciat, indole quidem non malus eſt,
Cruribusq́; tibijsq́; & ambabus manibus deſuper,
Ceruiceq́; forti, magnoq́; robore, neq; pubertate
Caret, ſed malis afflictatus eſt multis.
Non enim ego adhuc dico eſſe peius aliud mari
Ad uirumq́; conturbandum, etiam ſi ualde fortis ſit.
Huic autem rurſus Euryalus reſpondit, locutusq́; eſt:
Laodama, ualde hoc uerbum ſecundum decens dixiſti,
Ipſe nunc prouoca accedens, & dic uerbo.
At poſtquam hoc audiuit bonus filius Alcinoi,
Stetit in medium iens, & Vlyſſem allocutus eſt:

Laodamas prouocans Vlyſſem ad certamen.

Eia agè, & tu hoſpes pater periculum fac certaminum,
Si quod alicubi didiciſti: decet autem te ſcire certamina.
Non enim maior gloria uiri, quandiu uiuit,
Quàm quod pedibus faciat, & manibus ſuis.
Sed agè fac periculum: abijce autem dolores:
Tibi autem uia non amplius diu aberit, ſed tibi iam
Nauisq́; deducta eſt, & præparati ſunt ſocij.
Hunc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Laodama, cur me hæc iubetis cauillantes
Dolores mihi & magis in mentibus, q̃ certamina ſunt.
Qui antea ualde multa perpeſſus ſum, & multū labora-
(ui,
Nunc autem in ueſtro cœtu, reditu indigens,
Sedeo precans Regemq́; omnemq́; populum.

Euryalus Vlyſſi

Huic autem Euryalus reſpondit, iurgauitq́; contrà:

Non

Ayuntamiento de Madrid

Non enim te hoſpes perito uiro aſſimilo
Certaminum, qualia multa inter homines ſunt,
Sed illi qui ſimul naui multarum ſedium frequentans
Princeps nautarum, quiq; negociatores ſunt,
Oneriſq; memor, & explorator ſit uiaticorum,
Lucrorumq́; raptorũ: neq; certatori ſimilis es.
Hunc autem toruè aſpiciẽs, allocutus eſt prudẽs Vlyſſes:
Hoſpes, non rectè dixiſti, iniuſto uiro ſimilis es: Vlyſſes importuno Euryalo ſuccẽſet.
Sic non omnibus Dij gratioſa dant
Viris, neq; indolem, neq; mentem, neq; eloquentiam.
Alius enim ſpecie ignobilior eſt uir:
Sed Deus formam uerbis exornat: hi autem in ipſum Dij nulli dedere oĩa.
Delectati aſpiciunt: hic autem ſecurè concionatur
Reuerentia blanda: antecellit autem congregatos:
Ambulantem autem per ciuitatem Deum tanq̃ aſpiciunt:
Alius autem ſpecie quidem ſimilis immortalibus,
Sed non ei gratia circumuoluitur uerbis:
Sic & tibi ſpecies quidem præſtans, neq; aliter
Neq; Deus feciſſet: mente autem ignauus es.
Concitaſti mihi animum in pectoribus charis,
Dicens nõ ſecundũ decens: ego ãt nõ inſcius certaminũ ſum
Sicut tu loqueris, ſed inter primos puto
Eſſe, donec pubertateq́; fretus fueram manibuſq́; meis:
Nunc aũt detineor malis & doloribus. multa. n. paſſus ſũ,
Virorumq́; bella moleſtaſq́; undas tranſiens.
Sed & ſic mala multa paſſus experiar certamina. Vlyſſes prouocatus ira, diſci iaculatu omnes ſuperat.
Animũ. n. mordet ſermo tuus: cõmouiſti autem me locutus.
Dixit, & ipſa cum ueſte exurgens accepit diſcum
Maiorem & craſſiorem, grauiorem non parum
Quàm quali Phæaces ludebant inter ſe,



Ayuntamiento de Madrid

Quem circum torquens miſit forti à manu:
Reſonuit autem lapis: perterriti ſunt autem in terram
Phæaces remiges nauibus inclyti uiri
Lapidis ſub iactu : hic autem ſuperuolauit ſigna omnium
Celeriter currens à manu: poſuit autem terminos Minerua
Viro corpore ſimilis, uerbumq́; dixit & compellauit:
Vel cæcus tibi hoſpes diſcerneret ſignum
Palpans, quoniam non mixtum eſt multitudini,
Sed longè primum: tu autem confide in hoc certamine,
Nullus Phæacum ad hoc perueniet, neq; pertranſibit.
Sic dixit: lætatus eſt aũt multa paſſus diuinus Vlyſſes:
Gaudens quoniam ſocium beneuolum uidit in certamine,
Et tunc leuius allocutus eſt Phæaces:
Hunc nunc attingite iuuenes: fortaſſe autem poſteà alium

*Vlyſſes prouocat Phæaces omni certaminum genere.*

Iacturum eſſe, uel tantùm puto, uel etiam longius:
Ex alijs autem quem cor animusq́; iubet,
Hic agè experiatur (quoniam me iraſcì feciſtis ualde)
Vel pugnis, uel lucta, uel pedibus, nihil detrecto:
Ex omnibus Phæacibus præter ipſum Laodamantem.
Hoſpes enim mihi hic eſt, quis cũ hoſpitante pugnaret?
Amens certe ille, & nihili eſt uir,
Quicunq; hoſpiti contentionem proferat certaminum
Populo in alieno, ſui ipſius omnia turbat:
Aliorum autem neminem recuſo, neq; ſperno.
Sed uolo ſcire & experiri contrà.
In oĩbus .n. malus non ſum inter uiros, quæcũq; certamina
Bene quidem arcum noui politũ contrectare. (ſunt,

*Vlyſſes ſagittandi peritus.*

Primus uirũ uulnerarem ſagittans in multitudine
Virorum inimicorum, etiam ſi ualde multi ſocij
Propè aſtarent, & ſagittare etiam uiros.

Solus

Solus profectò me Philoctetes ſuperauit arcu
In populo Troianorum, quando ſagittaremus Achiui:
Alijs autem me dico longè præſtantiorem eſſe,
Quicunq; nunc homines ſunt in terra panem comedentes:
Viris autem prioribus contendere nolo:
Neque Herculi, neque Euryto Oechalienſi,
Qui etiam cum immortalibus contenderunt de arcu:
Quapp & ſtatim mortuus ē magnus Eurytus, neq; ad ſe-
Peruenit in domibus. iratus enim Apollo (nectutem
Interfecit, quoniam ipſum prouocauit ad ſagittandum:
Haſtâ autem iaculor, quantùm non alius quiſpiā ſagittā:
Solis timeo pedibus ne quis me ſuperet
Phæacum: ualde enim aſperè domitus ſum
Vndis in multis, quoniam deductio in naui
Non erat perpetua: ideo mihi chara membra ſoluta ſunt.
Sic dixit: hi autem omnes taciti facti ſunt ſilentio:
Alcinous autem ipſum ſolus reſpondens, allocutus eſt: Alcinous Vlyßi.
Hoſpes, quoniam non ingrata inter nos hæc loqueris,
Sed uis uirtutem tuam oſtendere quæ te ſequitur,
Iratus, quoniam te iſte in certamine aſtans
Obiurgauit, ut tuam uirtutem homo nullus uituperet,
Quicunq; ſciret ſuis mentibus decentia dicere.
Sed agè nunc meum intellige uerbum, ut & alij
Dicas heroum, quando tuis in domibus
Epulaberis apud tuam uxorem & tuos filios,
Noſtræ uirtutis recordatus, qualia & nobis
Iupiter opera imponit continuè iam inde à patribus.
Non .n. pugiles ſumus ſtrenui, neq; luctatores,
Sed pedibus uelociter currimus, & nauibus optimi ſumus:
Semper aūt nobis cōuiuiū gratū eſt, citharaq;, choreæq;,



LIBROS DEL DR. L. MARCO
Ayuntamiento de Madrid

Veſteſq; mutatoriæ, balneaq; calida, & cubilia.
Saltatio.
Sed agite Phæacum ſaltatores, quicunq; optimi,
Tripudiate, ut & hoſpes dicat ſuis amicis
Domum reuerſus, quantùm ſuperamus alios
Nauigatione, & pedibus, & ſaltatione, & cantilena:
Demodoco aūt aliquis ſtatim profectus citharā canoram
Afferat, quæ iacet in noſtris domibus.
Sic dixit Alcinous Deo ſimilis: ſurrexit autem præco,
Allaturus citharam canoram domo ex Regis:
Iudices autem electi nouem omnes ſurrexerunt
Publici, qui in certaminibus expediebant ſingula:
Planū fecerūt aūt locū choreæ: pulchrum āt dilatauerunt (theatrum:
Præco āt propè uenit ferens citharā canorā
Demodoco: hic āt poſteà iuit in mediū: circū āt iuuenes
Puberes ſtabant periti ſaltationis:
Percutiebant autem locum magnum pedibus: at Vlyſſes
Micationes intuebatur pedum: admirabatur autem animo.

Demodocus intercinit fabulam de Veneris & Martis complexu.

Sed hic cithara perſonans incepit pulchrè cantare,
Circa Martis amorem coronatæq; Veneris,
Quemadmodum primū mixti ſunt in Vulcani domibus
Clàm: multa aūt dedit: lectum aūt dedecorauit & cubile
Vulcani Regis: ſtatim autem ei nuncius uenit
Sol, qui ipſos cognouit mixtos amicitiâ.
Vulcanus igitur ubi moleſtum uerbum audiuit,
Perrexit ire in officinam mala mentibus moliens:
Poſuit autem in ligno magnā incudē: cuſit aūt uincula
Quæ rūpi nō poſſūt inſolubilia, ut firmiter illic manerēt.
Sed poſtquàm fabrefecit dolum iratus Marti,
Perrexit ire in thalamum: ubi chari lectuli iacebant:
Circùm igitur lecti fulcra fudit uincula undiq;.

Multa

Ayuntamiento de Madrid

Multa autem & deſuper è trabe effuſa ſunt,
Ceu araneæ telæ prætenues, quæ nullus uiderit,
Neq; deorũ beatorũ. ualde enim doloſè fabrefacta ſunt.
At poſtquàm omnem dolum circum cubilia fudit,
Perrexit ire Lemnum bene ædificatam urbem,
Quæ ei terrarum longè chariſſima eſt omnium:
Neq; cæcā ſpeculationem habuit aureas ꝗ tenet habenas
Poſtq̃ aũt uidit Vulcanũ ĩclytũ arte ſeorſũ eũtẽ, (Mars:
Perrexit ire domum inclyti Vulcani,
Detentus amore coronatæ Cythereæ.
Hæc autem nuper à patre præpotente Saturnio
Veniens ſedebat: hic autem intra domum iuit.
Illi autem manũ inſeruit, uerbumq; dixit, & locutus eſt:
Huc age amica ad lectum uertamur dormituri.
Non enim amplius Vulcanus in populo eſt, ſed iam
Iuit Lemnum ad Sintias agreſtè loquentes.
Sic dixit: huic autem gratum uiſum eſt cubare.
Hi in cubilia euntes dormiuerunt: circùm autem uincula
Artificioſa fuſa ſunt prudentis Vulcani.
Neq; mouere membra erat, neq; eleuare.
Et tunc iam cognouerunt, ꝙ non amplius euitabilia ſunt.
De propè autem ipſis uenit inclytus Vulcanus
Retrò reuerſus, antequàm Lemni terram perueniret:
Sol enim ipſi ſpeculationem habuit, dixitq; uerbum:
Perrexit autem ire domum, charum cruciatus cor:
Stetit autem in ueſtibulis: ira autẽ ipſum magna cepit:
Horrendè autem exclamauit, auditusq; eſt oĩbus Dijs:
Iupiter pater, & alij beati Dij ſemper exiſtentes,
Venite ut opera ridenda, & non decentia uideatis:
Quomodo me claudum exiſtentem Iouis filia Venus



Ayuntamiento de Madrid

Semper inhonorat: amat autem pernicioſum Martem.
Quoniã hic quidẽ pulcher,& integer pedibus:at ego
Debilis ſum:at non mihi auctor alius eſt,
Sed parentes duo qui non gignere debebant.
Sed uidete ubi hi dormiunt in amicitia
In meos lectos ingreßi:ego autem uidens crucior,
Nõ quidẽ ipſos amplius ſpero paululũ dormituros ſic,
Quãuis ualde ſe mutuò amantes:fortè non uolent ambo
Dormire,ſed ipſos dolus,& uinculum continebit,
Donec mihi ualde omnes pater reddat dotes,
Quas ipſi dedi impudentis puellæ cauſa:
Quoniam ei pulchra filia,at non prudens.
  Sic dixit:Dij autem congregati ſunt in ſolidã domum,
Venit Neptunus terram continens, uenit & perutilis
Mercurius,uenit & Rex longè iaculans Apollo:
Fœminæ autem Deæ manſerunt domi pudore unaquæq;:
Steterunt autem in ueſtibulis Dij datores bonorum :
Magnus autem motus eſt riſus beatis Dijs
Technas aſpicientibus prudentis Vulcani,
  Sic autem aliquis dicebat uidens in propinquum alium:
Nõ ſũt uirtute prædita mala opa, aſſequtur tardus uelocẽ:
Sicut & nunc Vulcanus exiſtens tardus cepit Martem,
Velocißimũ exiſtentem deorum,qui Olympũ habitant,
Claudus exiſtens technis,propter quod & pœnam auget.
  Sic hi quidem talia inter ſe dicebant:
Mercurium aũt allocutus eſt Rex Iouis filius Apollo:
Mercuri,Iouis fili,internuncie,dator bonorum:
Nunquid in uinculis uelles fortibus preſſus
Dormire in lectis apud auream Venerem?
  Huic autẽ reſpondit poſteà internuncius Mercurius:

Vtinam

Ayuntamiento de Madrid

Vtinam hoc eſſet Rex longèiaciens Apollo:
Vincula quidem ter tot magna circum haberem:
Vos autem inſpiceretis Dij omnesq; Deæ:
At ego dormirem apud auream Venerem.
Sic dixit: riſus autē excitatus eſt inter īmortales Deos:
Neq; Neptunum riſus cepit: precabatur autem ſemper
Vulcanum inclytumopere, ut ſolueret Martem,
Et ipſum alloquens, uerba pennata dixit:
Solue: ego autem ipſum promitto ſicut iubes
Soluturum æqua omnia, cum immortalibus Dijs.
Hunc autē rurſus allocutus eſt ualdeinclytus Vulcanus:
Ne mihi Neptune terramcontinens hæc iube,
Prauæ pro ſceleſtis ſanè etiam promißiones promittis,
Quomodo ego te uincirem cum immortalibus Deis,
Siquidem Mars abeat debito, & uinculo ſolutus?
Hunc aūt rurſus allocutus eſt Neptunus quatiēsterrā:
Vulcane, ſiquidem Mars debitum ſubterfugiens
Abibit elapſus, ipſe ego hæc ſoluam.
Huic autem reſpondit poſteà perinclytus Vulcanus:
Non eſt, nec decet tuum uerbum negare.
Sic dicens, uincula reſoluit uis Vulcani:
Hi autem poſtquàm ex uinculo ſoluti ſunt forti exiſtente
Statim eruentes, hic quidem in Thraciam iuit:
Illa autem in Cyprum iuit amans riſum Venus
Ad Paphum, ubi ei templum altareq; ſacrum,
Vbi & ipſam Gratiæ lauerunt, & unxerunt oleo
Immortali, quatenus Deos decet ſemper exiſtentes:
Circum aūt ueſtimenta induerūt pulchra, mirabile uiſu.
Hæc cantor cecinit perinclytus: at Vlyſſes
Oblectatus eſt animo ſuo audiens, ac etiam alij

Phæacenſes lõgorumremorum, nauibus inclyti uiri:
Alcinous autem Halium & Laomedonta iuſsit
Solos tripudiare, quoniam ipſis nemo contendebat.

Ludus pilæ

Hi igitur poſtquàm pilã pulchram in manibus acceperunt
Purpuream, quam ipſis Polybus fecerat prudens,
Hanc alter iaciebat ad nebulas umbroſas
Flexus retrò: alter autem à terra in altum eleuatus
Facilè accipiebat, antequã pedes ad pauimentũ uenirẽt.
At poſtquàm pilam in rectum experti ſunt,

Saltatio.

Saltauerunt poſteà in terra paſcentimulta,
Frequenter alternantes: iuuenes aũt applaudebant alij
Stantes in certamine: multus aũt ſtrepitus ortus eſt.
Iam tunc Alcinoum allocutus eſt ſtrenuus Vlyſſes:
Alcinoë, Rex omnium clariſſime populorum,
Certe pollicitus es tripudiatores eſſe optimos,
Profectò manifeſte factum eſt, ſtupor me hẽt inſpicientẽ.
Sic dixit: lætata eſt ſacra uis Alcinoi,

Alcinous Phæacenſibus.

Statim Phæacenſes amantesremos allocutus eſt:
Audite Phæacenſium ductores ac principes,
Hoſpes mihi ualde uidetur prudens eſſe.
Sed agitè, ei demus hoſpitale munus, uti decet.
Duodecim enim in populo præclari reges
Principes imperant: tertiusdecimus autem ego ipſe:
Ex his ei ueſtem ſinguli bene lotam & tunicam,
Et auri talentum ferte precioſi:
Statim autem oĩa portemus congregati, ut in manibus
Hoſpes tenens ad cœnam ueniat lætus in animo.
Euryalus autem ſeipſum conciliet uerbis,
Et dono, quoniam nequaquam ut decuit locutus eſt.
Sic dixit: omnes autem laudauerunt, & iuſſerunt:

Dona

Ayuntamiento de Madrid

Dona autem ut ferret, præmiſerunt præconem ſinguli:
Huic autem rurſus Euryalus reſpondit, locutusq; eſt:
Alcinoë, Rex omnium clariſſime populorum,
Tibi equidem hunc hoſpitem conciliabo, ſicut tu iubes:
Dabo ei hunc enſem totum æreum, cui eſt manubrium
Argenteum: uagina autem nuper ſecti eboris
Circumuoluta eſt: multò autem ei dignus erit.
Sic dicens in manibus ponit enſē argenteorū clauorū,
Et ipſum alloquens uerba pennata dixit:
Gaude pater ò hoſpes, uerbum ſi aliquod dictum eſt
Graue, ſtatim illud ferant rapientes turbines:
Tibi autem Dei uxorem uidere, & in patriam redire
Dent, quando diu ab amicis incommoda pateris.
Hunc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Et tu amice ualde gaude: Dei autem tibi felicia dent,
Neq; amplius tibi enſis deſyderium in futurum fiat
Huius, quem iam mihi dediſti concilians uerbis.
Dixit, & circū humeros poſuit enſē argenteorū clauo
Occidit autem Sol, & huic inclyta dona affuerunt, (rum:
Et hæc in domum Alcinoi tulerunt præcones illuſtres:
Suſcipientes autem filij eximij Alcinoi,
Matrem iuxta uenerandam poſuerunt perpulchra dona:
Quibus autem imperabat ſacra uis Alcinoi,
Venientes, hi ſederunt in altis ſolijs:
Tunc Areten allocuta eſt uis Alcinoi:
Agè mulier fer arcam pulchram, quæ optima:
Impone autem ueſtem bene lotam & tunicam:
Circum ignem aūt lebetem calefacite, calefacite āt aquā,
Vt lotus uidensq; benepoſita omnia
Dona, quæ ei Phæacenſes eximij huc tulerunt,

Euryalus Vlyſſē enſe donat.

Afferūtur Vlyſſi à Phæacenſibus xenia.

Conuiuioq;

Conuiuioq́; delectetur,& cantilenæ hymnum audiens.
Et illi ego hoc poculum meum perpulchrum dabo
Aureum,ut mei memor dies omnes
Libet in domo Iouiq́; alijsq́; deis.
Sic dixit: Arete autem ancillis dixit
Circum ignem ponere lebetem magnũ quàmcitiſsimè.
Hæ autẽ lauacralẽ lebetem ſtatuerunt in igni cõbuſtiuo:
Intus ãt aquã fuderũt:ſub ãt ligna cõbuſſerũt ſuſcipiẽtes:
Ventrẽ quidẽ lebetis ignis circuibat: calefaciebatur autẽ
Interim aũt Arete hoſpiti perpulchram arcam (aqua.
Extulit è cubiculo:poſuit aũt intus pulcherrima dona:
Veſtem,aurumq́;, quæ ei Phæacenſes dederunt:
In ipſa uerò ueſtem poſuit,pulchramq́; tunicam:
Et ipſum alloquens,uerba uelocia dixit:
Ipſe nunc uide poculum,uelociterq́; inijce.
Ne quis in uia lædat,quando poſteà
Dormies dulcem ſomnum,profectus in nauem nigram.
At poſtquàm hoc audiuit multatolerans diuus Vlyſſes,
Statim adaptauit poculum:uelociter aũt nodum iniecit
Variũ: quẽ olim ipsũ docuerat mẽtibus uenerãda Circe.
Statim autem ipſum proma lauari iuſsit
In labrum euntem:hic autem libenter uidit animo
Calidas aquas:quoniã nequaquã portatus frequentaret,
Poſtquàm liquerat domum Calypsûs bene comatæ,
Tunc autem ei cura Deæ quàm firma fuit.
Hunc igitur poſtquã famulæ lauerunt,& unxerunt oleo:
Circum aũt ipſum palliũ pulchrum iecerunt,& tunicam
Ex labro exiens uiros ad uinipotatores
Iuit:Nauſicaa autem à Deis pulchritudinem habens
Stetit iuxta limen atrij affabrè facti:

Ayuntamiento de Madrid

Admirata eſt autem Vlyſſem oculis uidens,
Et ipſum alloquens uerba uelocia dixit:
Gaude hoſpes,ut & aliquando exiſtens in patria terra
Recorderis mei,quòd mihi primæ præmiauitæ debes.
Hanc autem,reſpondẽs,allocutus eſt prudens Vlyſſes: Vlyſſes nauſicaæ gratias egit
Nauſicaa,filia magnanimi Alcinoi,
Sic nunc Iupiter faceret ualde ſonans,maritus Iunonis,
Domumq́; ire, & reditus diem uidere.
Quamobrem tibi illic,ut Deæ ſupplicarem
Semper per dies omnes:tu enim me ſeruaſti puella.
Dixit,& ad ſolium ſedit apud Alcinoum Regem:
Hi autem iam partes diuiſerunt,miſcueruntq́; uinum:
Præco autem ex propinquo uenit ducẽs optabilẽ cãtorem
Demodocum populis honoratũ:locauit autem ipſum
In medio conuiuarum ad columnam longam firmans:
Tunc præconem allocutus eſt prudens Vlyſſes,
A dorſo incipiens incidere,multum autem relictũ erat
Suis albidentes , multa autem erat circùm pinguedo:
Præco accipe,iam hanc præbe carnem,ut comedat,
Demodoco,& ipſum complector mœſtus quamuis.
Inter omnes enim homines terreſtres Poëtæ
Honoris participes ſunt & reuerentiæ:quoniam ipſos
Cantilenas Muſa docuit,& diligit genus Poëtarum.
Sic dixit: præco autem ferens in manibus poſuit
Heroi Demodoco: hic autẽ ſuſcepit, gauiſusq́; eſt animo:
Illi autẽ in cibos paratos,adiacentes,manus iniecerunt.
Sed poſtquàm potus,& cibi amorem eiecerunt,
Iam tunc Demodocũ allocutus eſt multapaſſus Vlyſſes:
Demodoce,præcipue iam te inter homines laudo omnes,
Vel te Muſa docuit Iouis filia,uel te Apollo.

Suillinum dorſum in precio.

Valde

Ayuntamiento de Madrid

Valde enim prout decet Achiuorum fatum canis,
Quæcũq; moliti ſunt,paßi ſũtq́;,& quæcũq; laborauerũt
Tanq̃ alicubi,uel ipſe præſẽs,uel aliũ audiẽs. (Achiui,
Sed iam tranſi, & equi ſtructuram cane
Lignei,quem Epius fecit cum Minerua,
Quẽ aliquãdo in ſũmã arcẽ dolũ duxit magnus Vlyſſes
Viris implens, qui Ilium euerterunt:
Si iam mihi hæc prout par eſt narrabis,
Statim ego omnibus dicam hominibus,
Quòd tibi promptus Deus dedit diuinum cantum.

Demodocus equum Troianum cantu proſequitur.

Sic dixit:hic aũt actus à Deo incœpit:oſtendit aũt cãtũ,
Hinc incipiens, uti alij quidem benetabulatis in nauibus
Euntes enauigarunt ignem in tentorijs iacientes
Argiui:alij uerò iam ualde glorioſum circa Vlyſſem
Sedebant in Troianorum concione tecti equo.
Ipſi enim illum Troiani in arcem traxerant: (bantur
Sic hic qdẽ ingreſſus erat:hi ãt incõſultè multa cõciona-
Sedentes circa ipſũ:tripliciter ãt ipſis placebat cõſilium,
Vel ſcindere concauum lignum pernicioſo ferro:
Vel de petris iacere retrahentes arce:
Vel ſinere magnum ſimulachrũ deorũ mulcimentũ eſſe.
Sic iam & poſteà perfici debebat.
Fatum enim erat deſtrui,poſtquàm ciuitas cõplexa eſſet
Ligneum magnum equum,ubi ſedebant omnes optimates
Argiuorum,Troianis cædem & mortem illaturi:
Cecinit autem quõ urbẽ depopulati ſunt filij Achiuorum
Equo effuſi,concauas inſidias relinquentes,
Alium aliò cecinit ciuitatem diripere altam:
At Vlyſſem ad ædes Deiphobi
Ire tanquàm ſimilem Marti cum diuino Menelao:

Illic

Ayuntamiento de Madrid

Illic iam grauiſſimum bellum dixit auſum,
Vidiſſe & deinde propter magnanimam Mineruam.
Hæc cantor canebat perinclytus: at Vlyſſes
Cõſumebatur: lachrymæ ãt irrigabãt ſub palpebris genas.
Vt autem mulier flet dilectum maritum circumcadens, Cõparatio.
Qui ſuam ante ciuitatem populosq; cecidit,
Ab urbe & à filijs expellens perniciosum diem:
Hæc quidem mortuum, & palpitantem inſpiciens,
Circa ipſum fuſa ſtridulè lamentatur: hi autẽ à tergo
Percutientes haſtis dorſum, ac etiam humeros
Captiuam ducunt ad laborem habendũ & infelicitatem:
Huius autem miſerabiliſſimo dolore corrũpuntur genæ:
Sic Vlyſſes miſerabilẽ ſub palpebris lachrymã fundebat:
Tũc alios quidẽ omnes inſcios fecit lachrymas fundens:
Alcinous autem ipſum ſolus animaduertit, & cognouit
Sedens iuxta ipſum, grauiter autem ſuſpirantẽ audiuit:
Statim autem Phæacenſes nauticos allocutus eſt:
Audite Phæacenſium duces, & gubernatores,
Demodocus autem iam contineat citharam acutam:
Non enim omnibus gratus hæc canit:
Ex quo cœnamusq;, & motus eſt diuinus cantor,
Ex hoc nondum quieuit à graui luctu
Hoſpes: ualde ipſum dolor in animo circuiuit.
Sed agè hic quidem contineat, ut ſimul oblectemur omnes
Hoſpitesq; & hoſpes, quoniam multò melius ſic.
Gratiâ enim hoſpitis hæc uerecundi facta ſunt,
Deductio & grata dona, que ei damus diligentes:
Pro fratre hoſpesq; ſupplicatorq; factus eſt
Viro illi, qui paululum etiam ſapit animo:
Ob hoc nunc neq; tu abſconde mentibus aſtutis

Quodcũq;

Ayuntamiento de Madrid

Quodcunq́; te interrogabo (dicere autem te melius eſt)
Dic nomen, quod te illic uocabant materq́; paterq́;,
Alijq́; qui in ciuitate, & qui circùm habitant:
Non quidem enim aliquis oīno ſine noīe eſt inter hoīes,
Nec malus nec bonus, poſtquàm primùm natus ſit,
Sed omnibus apponuntur poſtquā generauerūt parentes:
Dic autem mihi terramq́; tuam, populumq́;, urbemq́;,
Vt te eò deducant, obſeruantes mentibus naues:
Non enim Phæacenſibus nauium gubernatores ſunt,
Neq; temones ſunt, quæq́; aliæ naues habent:
Sed ipſæ ſciunt cogitationes, & mentes uirorum,
Et omnium ſciunt ciuitates & pingues agros
Hominum, & undam uelociſſimè maris tranſeunt,
Aëre & nebula tectæ: neq; unquàm ipſis,
Neq́; offendi eſt timor, neq; deſtrui:
Sed hæc ſic quondam patrem ego dicentem audiui
Nauſithoum, qui dicebat Neptunum ualde iratum fuiſſe
Nobis, quoniam deductores illæſi eſſemus omnium:
Dixit olim Phæacenſium uirorum benefactam nauem
Ex deductione redeuntem in obſcuro ponto
Naufragium feciſſe: magnū aūt nobis montē ciuitatē circū
Sic dixit ſenex: hæc aūt Deus uel perficiat, (tegere.
Vel imperfecta ſinat, ut ei gratum eſt animo.
Sed agè mihi hoc dic, & uerè narra:
Quò aberraueris, & ad quæ perueneris loca
Hominum, ipſosq́;, ciuitatesq́; bene habitatas,
Et qui difficilesq́;, & ſylueſtres, neq; iuſti:
Quiq́; hoſpites, & ipſis mens eſt Deo placens:
Dic autem cur fles, & luges intus animo,
Argiuorum, Danaorum, & Ilij fatum audiens:

Alcinous quærit oēm eius conditionē & fortunam.

Phæacum naues ſenſiles ſunt.

Hoc

Ayuntamiento de Madrid

Hoc autem Dei fecerunt: neuerunt autem mortem
Hominibus omnibus, ut ſint & poſteris cantilena.
An aliquis tibi & affinis perijt Ilium ante
Bonus exiſtens gener? uel ſocer? quiq; maximè
Cura digni ſunt ob ſanguinem, & genus ipſorum?
An aliquis etiam ſocius uir grata ſciens
Bonus: quoniam non fratre minor
Eſt, qui ſocius exiſtens prudentia ſciat.

## ARGVMENTVM .I. HOMERI COMPOSITIONIS.

PRincipium Vlyſsis narrationum, in quo dicit pugnaſſe cum Ciconibus, & ad Lotophagos perueniſſe, & ad Cyclopem Polyphemum iuiſſe: Et hunc qui comediſſet ſex iam ſocios, excæcaſſe.

ODYSSEAE.

Ayuntamiento de Madrid

## ODYSSEAE .I. HOMERI COMPOSITIONIS.

Iota cum Lotophagis,Ciconibus,unà Cyclops eſt.

HVNC autem, reſpondens, alloquutus eſt prudens Vlyſſes:
Alcinoë,Rex omnium laudatiſſime populorum,
Certe quidem hoc bonum audire eſt,can
Talem,qualis hic eſt Dijs ſimilis uoce. (torem
Non enim ego aliquam dixerim rem gratiorem eſſe,
Quàm quando lætitia quidem detinet populum omnem:
Conuiuæ autem in ædibus audiunt cantorem
Sedentes ex ordine:iuxta autem implentur menſæ
Panis ,& carnium:merum autẽ ex cratere exhauriens
Pincerna fert, & infundit poculis,
Hoc mihi optimum in animo uidetur eſſe:
Tibi autem meos dolores animus elegit ſuſpirioſos
Dicere,ut adhuc magis lugens ſuſpirem.
Quid primum tibi? deinde quid poſtremò narrabo?
Dolores quoniam mihi multos dederunt Dei cœleſtes:
Nunc autem nomen primum dicam,ut & uos
Sciatis: ego autem,poſtquàm fugiens crudelem diem
Vobis hoſpes uenio, & longè domos habitans,
Sum Vlyſſes Laërtiades, qui omnibus dolis
Hominibus ſum in cura,& mea gloria ad cœlum it:
Habito ãt Ithacam ad meridiem ſitam: mons autẽ in ipſa
Neritus, altus,ualde decens: circùm autem inſulæ

*Vlyßes labores ſuos incipit enar erar,*

*Vlyſſis patria.*

Multæ

Ayuntamiento de Madrid

Multæ habitantur ualde uicinæ inter ſe,
Dulichiumq́;, Sameq́;, etiam nemoroſa Zacynthus:
Ipſa autem humilis ualde in alto in mari iacet
Ad occaſum: hæc autem ſeorſum ad auroramq́; ſolemq́;
Aſpera, ſed bona iuuenum nutrix: nequaquam ego
Mea terra poſſum dulcius aliud uidere,
Quēadmodū me apud ſe detinuit Calypſo magna Dea
In ſpecubus concauis, cupiens maritum eſſe:
Sic etiam Circe detinuit in domibus
Aeæa doloſa, cupiens maritum eſſe,
Sed meum nunquam animum in pectoribus perſuaſerunt:
Siquidem nil dulcius mea patria, neq; parentibus
Eſt, licet quis longè pinguem domum
Terra in aliena habitet procul à parentibus.
Eia agè, tibi & reditum meum malis plenum dicam,
Quem mihi Iupiter intulit à Troia profecto,
Ab Ilio me ferens uentus, ad Ciconas adegit
Ad Iſmarum: illic aūt ego urbē diripui, occidi autē ipſos:
Ex urbe autem uxores & res multas capientes
Diuiſimus, ut nullus à me priuatus abiret æqualitate:
Tunc certe quidem ego ueloci pede fugere nos
Iuſsi: hi autem ualde ſtulti non obediuerunt:
Ibi autem multū quidē merū bibitū eſt: multas autē oues
Iugulauerunt apud littus, & flexipedes nigras boues:
Interim autem abeuntes Cicones Ciconas aduocarunt,
Qui ipſis uicini erant ſimul plures & præſtantes,
Continentem habitantes, ſcientes quidem ab equis
Cum uiris pugnare, & ubi oportet peditem eſſe.
Venerunt poſteà quot folia, & flores ſunt uere
Matutini: tunc iam mala Iouis parca affuit

De amore patriæ.

Infelix prælium cum Ciconibus.

K Nobis

Ayuntamiento de Madrid

Nobis malum fatũ paſſuris,ut dolores multos pateremur:
Stantes autem pugnabant pugnam apud naues ueloces:
Iaciebant autem inter ſeſe æreas haſtas:
Quandiu quidem aurora fuit,& auctus eſt ſacer dies,
Tandiu expellentes manſimus plures licet exiſtentes:
Quando autem Sol tranſiuit ad ueſperam,
Tunc iam Cicones inclinauerunt interimentes Achiuos:
Sex autem ab unaquaq; naui fortes ſocij
Perierunt:reliqui uerò fugimus mortemq́; fatumq́;.
Hinc autem extemplò nauigauimus dolentes corde,
Læti ex morte, charis amiſsis ſocijs:
Neq; mihi prius naues abiere utrinq; agitatæ,
Quàm aliquis ex miſeris ſocijs unumquenq; uocaſſet,
Qui perierant in campo à Ciconibus interfecti:
Nauibus aũt ĩmouit uentũ Boreã nubium cõgregator Iu-
Cum procella magna:nubibus uerò cooperuit (piter
Terram ſimul & pontum:ruit autem è cœlo nox.
Hæ quidem poſteà ferebantur obliquæ:uela autem ipſis
In treis quatuórue parteis diſcidit uis uenti.
Et hæc quidem in naues depoſuimus timentes mortem,
Ipſas autem certatim traximus in continentem:
Illic duas noctes duosq́; dies continuè ſemper
Iacuimus ſimul laboreq́; & doloribus animũ conſumẽtes.
Sed quando iam tertium diem comata abſoluit Aurora,
Malos ſtatuentes,ſimulq́; uela alba extendentes
Sedimus,has uentusq́; gubernatoresq́; dirigebant:
Et illæſus perueniſſem in patriam terram,
Sed me unda, fluctusq́; ad incuruum Maleam
Et Boreas impulit: errare autem fecit à Cytheris:
Hinc autem nouem dies ferebar à pernitioſis uentis
Pontum in piſcoſum: ſed decimo die uenimus

Ayuntamiento de Madrid

Ad terram Lotophagorũ, qui floridum cibum comedunt: Vlyßes defertur ad Lotophagos.
Tunc aũt in continentẽ deſcendimus, & hauſimus aquã:
Statim autem cœnã accepunt ueloces apud naues ſocij:
Sed poſtquàm cibóq; ſaturati ſumus & potu,
Iam tunc ego ſocios præmiſi interrogare euntes
Viros duos eligens, tertium præconem ſimul addens,
Qui uiri eſſent in terra cibum comedentes:
Hi aũt ſtatim abeuntes mixti ſunt cum uiris Lotophagis:
Neq; Lotophagi moliti ſunt ſocijs mortem
Noſtris, ſed ipſis dederunt lotum comedere:
Ex his autem quicunq; loti comederent mellitum fructum, Loti herbæ mirãda uis.
Non amplius renunciare retrò uolebant, neq; redire,
Sed illic uolebant cum uiris Lotophagis
Lotum comedentes manere, reditusq́; obliuiſci:
Quos quidem ego ad naues ducens flentes ui,
Nauibus in concauis ſub tranſtra ligaui trahens,
Sed alios iußi peramabiles ſocios
Feſtinantes naues conſcendere ueloces,
Ne quis lotum comedens reditus obliuiſcatur:
Hi aũt ſtatim ingreßi ſunt, & in tranſtris ſederunt:
Ex ordine aũt ſedentes, album mare uerberabant remis:
Inde autem primùm nauigauimus male affecti animo:
Cyclopum autem in terram proteruorum ſacrilegorum
Peruenimus, qui dijs confiſi immortalibus,
Neq; plantant manibus arborem, neq; arant:
Sed hâc non ſata, & inarata, omnia naſcuntur
Frumenta, & hordea, & uites quæ ferunt Cyclopum inſula fertilis.
Vinum ex uberibus uuis, & ipſis Iouis hymber auget:
His autem neq; conciones conſiliariæ, nec leges:
Sed hi altorum montium habitant cacumina



Ayuntamiento de Madrid

In ſpeluncis concauis:habet autem ius unusquiſq;
In filios & in uxores,neq; ſe mutuò curant:
Inſula poſteà quæ facile fodiatur extra portũ extenſa eſt,
Iuxta terram Cyclopum,neq; propinqua,nec remota,
Nemoroſa:in ea autem capræ infinitæ ſunt
Sylueſtres:non enim iter ad eas hominum prohibet,
Neq; ipſam ingrediuntur uenatores,qui per ſyluam
Labores patiantur,per uertices montium inſequendo:
Neq; gregibus colitur,neq; aratoribus.
Sed hæc non ſata & inarata per dies omnes
Hominibus caret: paſcit autem balantes capras.
Non enim Cyclopibus naues ſunt rubricatis proris,
Neq; uiri nauium ſunt fabricatores,qui laborent
Bene tabulatas naues,quæ perficiant ſingula,
Vrbes hominum adeundo, ad quales multas
Viri inuicem nauibus tranſeunt mare,
Qui ipſis etiam inſulam bene habitatam efficiunt:
Non tamen mala eſt,fert autem ſuo tempore omnia:
In ea quidem prata maris albi iuxta ripas
Aquis irrigua,mollia,ualde ĩcorruptibiles uineæ ſunt,
In ea aratio facilis,ualde profundus ſegetũ campus eſſet,
Qui ſuo tp̃e meteretur,quoniã ualde pĩguedo ſubtus ſolũ
In ea portus naui accommodus,ubi nõ opus fune eſt, (eſt,
Neq; anchoras iacere,neq; ad palum alligare:
Sed appellentes poſſunt manere diu,quoàd nautarum
Animus hortetur,& inſpirent uenti.
Sed in capite portus fluit lympidam aquam
Fons ſub ſpecu:circùm autem alni natæ ſunt:
Illuc nauigauimus & aliquis Deus ducebat
Noctem per obſcuram,neq; apparebat,ut uideri poſſet.

Aër

Ayuntamiento de Madrid

Aër enim circa naues teter erat, neq; Luna
E cœlo prælucebat: detinebatur autem nubibus:
Tunc nullus inſulam inſpiciebat oculis:
Neq; igitur undas longas rotantes ad terram
Inſpiciebamus, priuſq̃ naues bene tabulatæ appellerent:
Appulſis autem nauibus, depoſuimus uela omnia:
Extra autem etiam ipſi deſcendimus in littus maris:
Ibi autem quieſcentes manſimus ad Auroram diuinam:
Quando autē diluculū generās apparuit roſea Aurora,
Inſulam admirantes conuoluebamur ad ipſam:
Excitarunt autem Nymphæ filiæ Iouis habentis ægida
Capras montanas, ut cœnarent ſocij,
Statim curuos arcus, & iacula prælonga ferro
Accepimus ex nauibus: in treis partes autem inſtructi
Iaculati ſumus: ſtatī aūt dedit Deus accōmodā uenatio-
Naues quidē me ſequebātur duodecim: ſingulis aūt (nē:
Nouē ſorte cōtigerūt capræ: mihi aūt decē elegerūt ſoli.
Sic tunc quidem per totum diem uſq; ad ſolem occidentē
Sedimus comedentes carneſq; multas, & uinum ſuaue.
Nondum enim nauibus defecerat uinum rubrum,
Sed inerat: multum enim in uaſibus ſinguli
Hauſeramus Ciconum ſacram urbem capientes:
Cyclopum autem terram uidimus propè exiſtentium,
Fumumq;, ipſorumq; uocem, ouiumq;, & caprarum:
Quando autem Sol occidit & in nebulas iuit,
Tunc iacuimus in littore maris:
Quādo autē diluculū generans apparuit roſea Aurora,
Et tunc ego concionem faciens, omnibus dixi:
Alij quidem nunc manete mihi peramabiles ſocij:
Sed ego cum nauiq; mea & meis ſocijs



Ayuntamiento de Madrid

Profectus, hos homines exploratum ibo qui ſunt,
An flagitioſi & ſylueſtres, neq; iuſti:
An hoſpitales, & ipſis mens eſt dijs placens.
Sic dicens in nauem iui: iuſsi autem ſocios
Ipſos etiam aſcendere, ſimulq; funes ſoluere:
Hi autem ſtatim ingreſsi ſunt, & in tranſtris ſederunt:
Ordine aũt ſedentes album mare uerberarunt remis.
Antrum Polyphemi. Sed quando iam ad locum peruenimus propè exiſtentem,
Ibi in extremo ſpeluncam uidimus prope mare
Excelſam, lauris conſitam: ibi autem multæ
Pecudes, ouesq;, & capræ quieſcebant: àrcum autem aula
Alta ædificata erat defoſsis lapidibus,
Longisq; pinibus, & quercubus alticomis:
Illic autem uir degebat prodigioſa ſtatura, qui pecora
Solus paſcebat procul, neq; cum alijs
Verſabatur, ſed ſeorſum exiſtens iniuſta ſciebat.
Etenim admiratio facta eſt magna, neq; ſimilis erat
Viro panemedenti, ſed cacumini nemoroſo
Altorum montium, quando apparet ſolum ab alijs:
Iam tunc alios iuſsi peramabiles ſocios
Illic apud nauem manere, & nauem cuſtodire.
Sed ego eligens ex ſocijs duodecim præſtantes
Iui: ſed caprinum utrem habebam nigri uini
Dulcis, quod mihi dederat Maron Euanthis filius,
Sacerdos Apollinis, qui Iſmarum gubernabat:
Quoniam ipſum cum filijs obſeruabamus & uxorem
Venerantes: habitabat enim in luco arboribus referto
Phœbi Apollinis: hic autem mihi præbuit inclyta dona:
Auri quidem mihi dedit benefacti ſeptem talenta:
Dedit autem mihi craterem totum argenteum: at poſteà
Vinum

Ayuntamiento de Madrid

*Vinum in amphoris duodecim omnibus hauriens*
*Dulce, incorruptibile, diuinum potum: neq; aliquis hoc*
*Sciebat ex ſeruis, neq; ex ancillis in domo,*
*Sed ipſe, uxorq́; dilecta, promaq; una ſola:*
*Hoc autem quando bibebant ſuaue uinum rubrum* — Vinum Maronei memorabile.
*Vnum poculum implens, aquæ uiginti menſuras*
*Infundebat: odor autem ſuauis à cratere ſpirabat*
*Diuinus: tunc non tibi abſtinere gratum fuiſſet.*
*Hoc ferebam implens utrem magnum: uiatica autem*
*In pera: ſtatim enim mihi impulſus eſt animus ſuperbus*
*Virum adire magnam indutum fortitudinem,*
*Syluestrem, neq; iuſtitias ſcientem, neq; iura:*
*Statim autem ad antrum, peruenimus, neq; ipſum intus*
*Inuenimus, ſed paſcebat paſcua per pinguia pecudes:*
*Venientes autem in antrum admirabamus ſingula:* — Vlyſſes ingreditur antrum Polyphemi.
*Calathi q̃dem caſeis onerabantur: referta ãt erant ſtabula*
*Agnis & hædis: diuiſæ autem quæq;*
*Claudebãtur, ſepatim qdē natu maiores, ſepatī iuniores,*
*Separatim agni recèns nati: fluebant autē ſero uaſa oĩa,*
*Situlæq; Scyphiq; facti erant quibus in mulgebat:*
*Tunc me quidem primum ſocij orauerunt uerbis*
*Caſeos auferentes reuerti, ſed poſtea*
*Statim in nauem uelocem hædosq́; & agnos*
*Ex ſtabulis auferentes, nauigare ad ſalſam aquam.*
*Sed ego non parui (certè multo melius fuiſſet)*
*Vt hunc uiderem, & an mihi hoſpitalia dediſſet:*
*Neq; erat ſocijs apparens gratus futurus:*
*Tunc autem ignem accendentes manſimus, ac etiam ipſi*
*Caſeos capientes edebamus, expectauimusq́; intus*
*Sedentes, donec uenit paſtor: tulit autē magnum pondus*



Ayuntamiento de Madrid

Syluæ aridæ,ut ei ad cœnam eſſet:
Extra autem antrum iaciens, ſtrepitum edidit:
Nos autem timentes ſe ceßimus in penetrale antri
At hic in latam ſpeluncam egit pingues oues
Oēs maxiè quotquot mulgebat : mares aūt reliquit extra
Arieteſq;,hircoſq;, profūdā extra aulā. (portā,
Sed poſteà oppoſuit repagulum magnū in altum tollens
Graue:non hoc duo & uiginti currus
Boni quadriiugi,à terra mouiſſent,
Tantum ingens ſaxum oppoſuit foribus:
Sedens autem mulgebat oues,& balantes capras,
Omnia ritè,& fœtum ſuppoſuit unicuiq;.
Statim iam dimidium congelaſcere faciens albi lactis,
Textis in calathis ſtringens depoſuit:
Dimidium rurſus ſtatuit in uaſis,ut ei eſſet
Bibere epulanti,& ei ad cœnam eſſet.
Sed poſtquàm feſtinauit,abſoluens ſua opera,
Tunc ignē accendit,& uidit,interrogauitq; nos:

Polyphemus aduenas interrogat.

O aduenæ qui eſtis?unde nauigatis humidas uias?
Num ad aliquod negocium,an incaßùm erratis?
Quemadmodum latrones ſupra mare,qui errant
Animas exponentes,malum alienigenis inferentes?
Sic dixit:nobis autem rurſus concidit charum cor
Timentibus uocemq; grauem,ipſumq; magnum.
Verùm & ſic ipſum,uerbis reſpondens,alloqutus ſum:
Nos à Troia errantes Achiui
Omnigenis uentis ſuper magnam undam maris,

Vlyſſes reſpondet.

Domum cupientes,per aliam uiam alios curſus
Venimus, ſic Iupiter uoluit moliri:
Populi autem Atridæ Agamēnonis gloriamur eſſe,

Cuius

Cuius nunc ingens ſub cœlo gloria uiget.
Tantam enim diripuit urbem, et perdidit populos
Multos: nos autem rurſus accedentes ad tua genua
Venimus, ſiquid dederis hoſpitale, uel & aliâs
Dederis munus, quod hoſpitibus fas eſt.
Sed uerere optime deos, ſupplices autem tibi ſumus:
Iupiter autem fautor ſupplicumq́; hoſpitumq́;,
Hoſpitalis, qui hoſpites ſimul uerecundos ſequitur.

Iupiter hoſpitalis.

Sic dixi: hic autem mihi rurſus reſpondit ſæuo animo:
Stultus es ô hoſpes, nunquid de longinquo ueniſti
Qui me deos iuberes, uel timere, uel cauere.
Non enim Cyclopes Iouem habentem ægida curant,
Neq; deos beatos, quoniam longè potentiores ſumus:
Neq; ego Iouis odium fugiens parcerem,
Neq; tibi, neq; ſocijs, ſi non animus mihi iubeat.
Sed mihi dic, ubi contines profectus benefactam nauem?
Num in extremo littore, an propè, ut ſciam?

Cyclopes deorū contemptores.

Sic dixit inſidiis petens: me aūt non latuit ſciētē multa.
Sed ipſum ſubitò allocutus ſum doloſis uerbis:
Nauim quidem mihi fregit Neptunus quatiens terram,
Ad petras impellens, ueſtræ in finibus terræ,
Extremo littori admouens: uentus autem ex ponto tulit:
Verùm ego cum his ſubterfugi grauem mortem.
Sic dixi: hic autem mihi nihil reſpondit truci animo:
Sed hic irruens in ſocios manus iniecit,
Simulq́; duos corripiens tanquàm catulos ad terram
Contudit: cerebrū uerò ad terrā effluit, irrigauitq́; humū:
Hos autem membratim incidens parauit cœnam:
Edebat autē tāquā Leo montibus nutritus, neq; reliquit
Viſceraq́;, carnesq́;, & oſſa medulla plena:

Cyclops dirus ſocios deuorans.

Nos

Nos autem flentes tetendimus Ioui manus,
Impia facinora uidentes:conſilij & mētis inopia occupa-
Sed poſtquā Cyclops magnū īpleuit uentrē, (uit aīum.
Humanas carnes edens,& purum lac bibens,
Iacuit intra ſpeluncam extenſus per oues:
Quem quidem ego cogitaui in magnanimo animo
Propè accedens,enſem acutum trahens à femore,
Vulnerare ad pectus,ubi mentes hepar habent,
Ambabus manibus pcutiēs. altera āt me ratio prohibuit:
Illic enim & nos periſſemus graui morte:
Non enim potuiſſemus à ianuis altis
Manibus auellere lapidem magnum,quem oppoſuerat.
Sic tunc ſuſpirantes expectauimus Auroram diuinam:
Quando autē diluculū generans apparuit roſea Aurora,
Tunc ignem accendit,& mulſit inclytas pecudes
Omnes ritè,& fœtum ſubmiſit unicuiq;.
Sed poſtquàm feſtinauit abſoluens ſua opera,
Hic rurſus duos corripiens parauit cœnam:
Poſtquàm cœnauit,antro abegit pingues pecudes,
Facilè auferens repagulum magnum:ſed poſteà
Iterum impoſuit,acſi pharetræ operculum imponeret:
Multo autē ſtrepitu ad montem uertit pingues pecudes
Vlyßis cō-ſilium. Cyclops:at ego relictus ſum,mala imo pectore cogitans,
Si quo modo punirem:daret autem uictoriam Minerua:
Hoc autem mihi in animo optimum uiſum eſt conſilium.
Cyclopis enim iacebat magnum robur iuxta caulam
Viride,oleagnum,quod quidem inciderat,ut portaret
Exiccatum: hoc quidem nos comparauimus inſpicientes,
Quantus malus nauis uigintiremorum nigræ,
Onerariæ latæ,quæ tranſit magnam undam,

Tanta

Ayuntamiento de Madrid

Tanta erat longitudo,tanta latitudo,ex uiſu conijciendo:
Ex hoc quidem quantùm ulna eſt ego abſcidi aſtans,
Et præbui ſocijs, abradendo polire iuſsi:
Hi autem planum fecerunt: ego acui aſtans
Summum:ſtatim aũt capiens torrebam igni combuſtiuo:
Et hanc quidem bene depoſui contegens ſub ſtercore,
Quod in ſpelunca fuſum erat paſsim multum:
Verùm alios ſorte eligi iuſsi
Quicunq; auderet mecum ſudem tollens,
Impingere in oculum,quãdo hunc dulcis ſomnus caperet:
Hi autem ſorte electi ſunt,quos & uolebam eligi
Quatuor:uerùm ego quintus cum his electus ſum:
Veſptinus ãt uenit, pulchras lanas habentes pecudes paſ
Statim aũt in latã ſpeluncã egit pingues pecudes (cens:
Oẽs ualde, neq; aliquã liquit profundum extra caulam,
Aut dedita opera,aut Deus ſic iubebat.
Sed poſteà oppoſuit repagulum magnum in altũ tollens:
Sedens autem mulgebat oues,& balantes capras,
Omnia ritè, & fœtum ſubmiſit unicuiq;.
At poſtquàm feſtinauit,abſoluens ſua opera,
Hic rurſus duos corripiens præparauit cœnam.
Et tunc ego Cyclopem allocutus ſum propè aſtans,
Poculum in manibus tenens nigri uini:
Cyclops,cape,bibe uinũ, poſtquàm ediſti humanas carnes, Vlyſſes Polyphemo uinum offert.
Vt ſcias qualem potum nauis occultauit
Noſtra:tibi autem libamen ferebam,ſi me miſertus
Domum mitteres:tu autem inſanis neq; tolerabiliter:
Iniuſte, quomodo aliquis ad te in poſterũ alius ueniet
Ex multis hominibus,quoniam non ut decet feciſti?
Sic dixi:hic uerò accepit ac bibit:exhylaratus ẽ ãt ualde,

Dulcem

Ayuntamiento de Madrid

Dulcem potum bibens,& à me petijt iterum:
Da mihi iterum libens,& mihi tuum nomen dic
Statim nunc,ut tibi dem hoſpitale quo tu gaudeas.
Etenim Cyclopibus fert fertilis terra
Vinũ ex grandi uua depreſſũ,et ipſis Iouis hymber auge
Sed hoc ex ambroſia & nectare eſt deductum. (tur:
Sic dixit:at illi rurſus ego præbui nigrum uinum:
Ter quidem dedi ferens, ter autem bibit ſtultè.
Sed poſtquàm Cyclopi circa mentes diffuſũ eſt uinum,
Tunc ipſum uerbis allocutus ſum blandis:
Cyclops,rogas me nomen inclytum,ſed ego tibi
Dicam:tu autẽ mihi da hoſpitale munus ſicut promiſiſti:
Nullus. Nullus mihi nomen: Nullum autem me uocant
Mater & pater,& alij omnes ſocij.
Sic dixi: hic autem mihi rurſus reſpondit ſæuo animo:
Nullum ego ultimum edam cum ſuis ſocijs:
Hos autem alios antè:hoc autem tibi hoſpitale erit.
Dixit,& reclinatus cecidit ſupinus:at poſteà
Iacuit in obliquũ protẽdẽs craſſam ceruicẽ:ipſũ ãt ſõnus
Cepit omnia domans:faucibus autem ruebat uinum,
Fruſtaq; humana:hic autem eructabat uino grauis:
Polyphemo ob merum ſtertẽti erui tur oculus.
Tunc ego ſudem ſub cinere egi multo
Donec calefieret:uerbis autem omnes ſocios
Audere hortatus ſum,ne quis mihi timens retractaret.
Sed quando iã citò ſudes oleagina in igne erat futura,
Accendi uiridis licet exiſtens,prælucebat autem ualde:
Tunc ego confeſtim tuli ex igne: circùm autem ſocij
Stabant,ſed audaciam inſpirauit magnam Deus:
Hi quidẽ ſudẽ corripientes oleaginam acutam in ſummo,
Oculo inhæſerunt: ego autem deſuper eleuatus

Voluebam

Voluebã,ſicut quando aliquis perforaret lignũ nauale uir
Terebra ,alij infrà ſubmouent loro
Tangentes utrinq;,hæc autem currit aßiduè ſemper:
Sic huius in oculo præuſtam ſudem capientes
Voluebamus:hũc ãt ſanguis circũfluebat calidũ exiſtentẽ:
Oẽs aũt ei palpebras circũ & ſupercilia inurebat flãma,
Pupilla ardente:ſtridebant eius igne radices:
Sicut ãt quãdo uir faber ferrarius ſecurĩ magnã,uel aſciam
In aquam frigidam mergit ualde reſonantem,
Obdurans:(hoc enim ferri robur eſt)
Sic huius ſtridebat oculus oleaginam circa ſudem:
Horrendũ aũt ualde lugebat:circũ aũt reſonabat petra.
Nos autem timentes ſeceßimus:ſed hic ſudem
Extraxit oculo,pollutam ſanguine multo.
Hanc quidem poſteà eiecit à ſe manibus anxius.
Sed hic Cyclopas alta uoce uocabat: hi autẽ ipſũ circum Polyphemus Cyclopas aduocat.
Habitabant in ſpeluncis per cacumina excelſa:
Hi uocem audientes,aduenerunt aliunde alius:
Stantes aũt ĩterrogabant circa ſpelũcã quid ipſũ premeret:
Cur tantum Polypheme læſus ſic clamaſti,
Noctem per intempeſtam,& inſomnes nos feciſti?
Num quis à te pecudes hominum inuito abigit?
An aliquis te ipſum interficit dolo,non ui?
Hos ãt rurſus ex antro allocutus eſt fortis Polyphemus:
O amici,Nullus me peremit dolo,non ui:
Hi autem, reſpondentes,uerba pennata dixerunt:
Siquidem iam nullus tibi uim affert ſoli exiſtenti,
Morbum nullo modo licet Iouis magni fugere:
At tu ſupplica patri Neptuno Regi.
Sic dixerunt abeuntes:meum autem riſit dilectum cor.

Quoniam

Ayuntamiento de Madrid

Quoniam nomen fefellerat meum, & conſilium optimum:
Cyclops autem ſuſpirans, & afflictus doloribus,
Manibus contrectans lapidem auulſit à ianuis:
Ipſe autem in ianuis manus protendens,
Si quem inter oues caperet exeuntem foràs.
Sic enim me credebat in mentibus ſtultum eſſe.
At ego conſului quomodò per quàm optimè fieret,
Si quam ſocijs à morte liberationem & mihi ipſi
Inuenirem: omnes autem dolos & conſilium texui,
Quoniam de uita: magnum enim malum impendebat.
Hoc autem mihi in animo optimum apparuit conſilium: *Vlyſſis aſtutia.*
Mares oues erant bene nutriti denſo uellere,
Pulchriq;, magniq;, purpuream lanam habentes:
Hos tacitus copulaui bene tortis uiminibus,
In quibus Cyclops dormiebat magnus, iniuſta ſciens:
Simul tres capiens, qui in medio uirum portabat:
Duo alteri utrinq; ibant ſeruantes ſocios:
Tres autem unum uirum oues portabant: at ego
(Aries enim erat pecudum longè optimus omnium)
Hunc per dorſum capiens lanoſum ſub uentre uolutus
Iacui, ſed manibus lana multa
Fortiter inuolutis retinebam forti animo:
Sic tũc quidẽ ſuſpirantes expectauimus Aurorã diuinã:
Quando autẽ diluculũ generans apparuit roſea Aurora,
Tunc poſteà in paſcua exierunt mares pecudes:
Fœminæ autem balabant non mulctæ circa caulam:
Vbera enim diſtenta erant: Rex aũt doloribus malis
Afflictus, omnium ouium contrectabat dorſa
Rectarum ſtantium: hoc autem ſtultus non intellexit,
Quòd hi ſub lanigerorũ ouiũ pectoribus uincti erant:

Vltimus

Ayuntamiento de Madrid

Vltimus aries pecudum exibat foràs
Lana grauis & me, qui prudenter cogitaueram.
Hunc autē attrectans allocutus eſt fortis Polyphemus: Polyphemus arieti.
Aries iucūdiſsime, quid mihi ſic per ſpēluncā ruis pecudū
Vltimus? non anteà relictus ibas ab ouibus:
Sed longè primus paſcebas teneros flores herbæ
Longè iens: primus autem fluxus fluuium adibas,
Primus ad ſtabulum cupiebas redire
Veſpertinus: nunc autem ualde ultimus, num tu Regis
Oculum deſideras? quem uir improbus eruit
Cum ſceleſtis ſocijs domans mentes uino
Nullus, quem nondum puto euaſiſſe mortem:
Vtinam eadem meam eſſes ſententia, uocalisq; fieres
Dicere, ubi ille meam iram euitat:
Iddirco ei cerebrum per ſpecum huc illuc
Verberato flueret ad terram, meumq; cor
Requieſceret à malis, quæ mihi nequā intulit Nullus.
Sic dicens, arietem à ſe miſit foràs.
Recedentes autem paululum à ſpeluncaq; & aula,
Primus ab ariete ſolutus ſum: ſolui autem ſocios:
Statim āt pecudes extenſos pedes habentes pingues pinguedine
Multas auertentes abegimus, donec ad nauē
Peruenimus: grati autem dilectis ſocijs apparuimus,
Qui fugeramus mortē: hos āt mœrore affiiciebant lugētes.
Sed ego non permiſi ſuperalijs abnui unicuiq;
Flere, ſed iuſsi uelociter lanigeras pecudes
Multas in nauim iacientes nauigare ſalſam aquam:
Hi autem ſtatim ingreſsi ſunt, & in tranſtris ſederunt:
Ex ordine autē ſedentes, album mare uerberarunt remis.
Sed quando tantùm aberam, quantùm auditur clamans,
Tunc

Ayuntamiento de Madrid

Tunc ego Cyclopem alloquutus ſum mordacibus uerbis:
*Vlyſſes Polyphemo inſultat*
Cyclops, non debebas imbellis uiri ſocios
Comedere in ſpelunca concaua forti robore,
Et meritò te debebant ſequi male facta:
Crudelis, quoniam hoſpites non meritus es tua in domo
Comedere, ideo te Iupiter ultus eſt, & dij alij.
Sic dixi: hic autem poſteà iratus eſt ex animo magis:
Venit autem abrumpens uerticem montis magni:
Deiecit autem ante nauem, nigram proram habentem,
Paululumq́; defuit ad temonem ſummum peruenire:
Inundauit autem mare deueniente petra.
Hanc autem ſtatim in continentem refluens tulit unda
Inundatio è ponto, & propè fuit ad terram peruenire.
Sed ego manibus capiens prælongum contum
Impuli extrà, ſocijs autem hortans iuſſi
Impellere remis, ut malum fugeremus,
Capite annuens: hi autē incumbentes remigabant.
Sed quando iam bis tantum mare ſecantes aberamus,
Tunc iam Cyclopem alloqutus ſum: circum autem ſocij
Blandis uerbis prohibebant hinc inde:
Miſer cur uis irritare agreſtem uirum,
Qui & nunc in pontum iaciens ſaxum duxit nauem
Iterum in continentem, & iam uerebamur illic perire:
Si autem loquentem te, uel clamantem audiuerit,
Simul collidet noſtra capita, & naualia ligna
Marmore aſpero iaciens: tantum enim iaculatur.
Sic dixerunt, ſed non perſuaſerunt meū magnū animū:
Sed ipſum illico alloqutus ſum irato animo:
Cyclops, ſi quis te inter mortales homines
Oculi rogabit grauem priuationem,

Dic

Dic Vlyſſem urbium deſtructorem occæcaſſe
Filium Laërtis, in Ithaca domicilia habentem.
Sic dixi: hic autem mihi lugens reſpondit uerbo:
Heu, certè iam ad me diu prædicta uaticinia ueniunt:
Fuit quidam hic uates uir bonusq́; magnusq́;
Telemus Eurymides, qui uaticinio præditus erat, Telemus Cyclopum uates.
Et uaticinans conſenuit cum cyclopibus:
Qui mihi dixit, hæc omnia perfectum iri in futurum,
Ex manibus Vlyßis priuatum iri uiſu:
Sed ſemper aliquem uirum magnum, & bonũ expectaui
Huc uenturum eſſe, magnam indutum fortitudinem:
Nunc autem me exiſtens paruus, & nequam, & imbellis
Oculo occæcauit, poſtquàm me domuit uino.
Sed agè huc Vlyſſes, ut tibi hoſpitalia præbeam,
Deductionemq́; rogem dare inclytum Neptunum.
Huius.n. ego filius ſum: pater aũt meus gloriatur eſſe:
Ipſe autem ſi uoluerit reducet, neq; aliquis alius,
Neq; deorum beatorum, neq; mortalium hominum.
Sic dixit: at ego ipſum reſpondens, allocutus ſum:
Vtinam iam animaq́;, & uita te potuißem,
Priuatum faciens, mittere ad domum Plutonis intra,
Quoniam non oculum reſtituet, neq; Neptunus.
Sic dixi: hic autem poſteà Neptuno Regi
Supplicauit, manus tendens ad cœlum ſtellis inſignitum:
Audi Neptune terrãcontinens, cœruleis redimite capillis Imprecatur
Si uerè tuus ſum: pater autem meus gloriaris eſſe, Vlyßi Poly
Da minime Vlyſſem urbiũ deſtructorẽ domũ peruenire phemus.
Filium Laërtis, in Ithaca domicilia habentem.
Sed ſi ei fatum eſt amicos uidere, & peruenire
Domum bene ædificatam, & ſuam in patriam terram,

L Serò

Ayuntamiento de Madrid

Serò malè eat, amittens omnes ſocios,
Naui in aliena: offendat autem ærumnas domi.
  Sic dixit precatus: hunc autem exaudiuit Neptunus:
At hic rurſus longè maiorem lapidem tollens
Venit uerſans, innixusq́; eſt magna ui:
Deiecit autem à tergo nauis nigram proram habentis,
Paululumq́; defuit ad temonem ſummum peruenire.
Inundauit autem mare deſcendente petra:
Hãc ãt ulterius tulit unda, propinquauit aũt in terrã ire.
Sed quando iam in inſulam peruenimus, ubi aliæ
Naues benetabulatæ manebant denſæ, circùm autem ſocij
Sedebant lugentes nos expectantes continuò,
Nauem quidem illuc euntes traximus in arenam,
Et nos exiuimus in littus maris:
Pecudes autem Cyclopis concaua ex naui capientes
Diuiſimus, ut nullus mihi priuatus abiret æquali:
Arietem autem mihi ſoli fortes ſocij
Inter pecudes diuiſas dederũt excellentẽ: hũc ãt in littore
Ioui congregatori nubiũ Saturnidæ, qui omnibus imperat,
Sacrificans crura cõbußi: hic autẽ non curabat ſacrificia,
Sed cogitabat quomodò perirent omnes
Naues bene tabulatæ, & mihi chari ſocij,
Sic tunc quidem per totum diem uſq; ad ſolem occidentem
Sedimus, epulantes carnes multas, & merum dulce:
Quando autem Sol deſcendit, & tenebras eſt ingreſſus,
Tunc dormiuimus in littore maris:
Quando aũt diluculum generans apparuit roſea Aurora,
Iam tunc ego ſocios hortans iußi
Ipſosq́; aſcendere, & funes reſoluere:
Hi autem ſtatim ingreßi ſunt, & in tranſtris ſederunt:

Ex

Ayuntamiento de Madrid

Ex ordine autem ſedentes, albū mare uerberarūt remis:
Inde autem primùm nauigamus mœſti corde,
Læti ex morte, charis amiſsis ſocijs.

## ARGVMENTVM .K. HOMERI COMPOSITIONIS.

DE Aeolo narrat uentorum cuſtode, quemadmodum dedit Vlyßi proſperum uentum Zephyrum, alios uentos includens in utre, quem ſocij ſoluentes dormiente Vlyſſe, tanquàm in ipſo aurum eſſe putantes, redeunt ad Aeolum: non excipiente autem Aeolo Vlyſſem, inde nauigans ad Læſtrygonas deuenit, apud quos undecī naues amittens, in Aeæam proficiſcitur: & cū Eurylocho dimidios ſocios ſorte electos emittit ſciſcitaturos qui habitantes: transformatis autē illis in ſues à Circe præter Eurylochū, ipſe in inquiſitionem iens, accipiens à Mercurio Moly, nihil læditur, ſed & ſocijs priſtinam formam ſumentibus, annū permanens apud Circem ad Plutonem deſcendit.

ODYSSEAE.



Ayuntamiento de Madrid

## ODYSSEAE. K. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Cappa autē continet Aeoli, Læſtrygonū, & Circes facta.*

*Vlyſſes ad Aeolum uenit.*

AEOLIAM *in inſulam peruenimus:*
*ibi autem habitabat*
*Aeolus Hippotades, dilectus immortalibus*
*Dijs,* *(murus*
*Nauigabili in īſula: totā autem ipſā circum*
*Aereus infrangibilis, plana autem circundabatur petra:*

*Aeoli regia*

*Huius & duodecim liberi in domibus nati erant:*
*Sex quidem fœminæ, ſex autem mares pubeſcentes:*
*Tunc hic filias dedit filijs eſſe uxores:*
*Hi aūt ſemper apud patrem dilectum, & matrē honeſtā*
*Epulantur, apud autem ipſos cibi infiniti iacent:*
*Odorata autem domus ſuſpirijs impletur circa aulam*
*Interdiu: noctes autem rurſus apud uerecundas uxores*
*Dormiunt in tapetibus, & in perforatis lectis:*
*Et quidē ad horū puenimus ciuitatē, & domos pulchras:*
*Mēſem āt totū amāter habuit me, & īterrogauit ſingula,*
*Ilium, Argiuorumq́; naues, & reditum Achiuorum:*
*At ego huic omnia ritè narraui.*
*Sed quando iam & ego uiam petij, & iuſſi*

*Aeolus Vlyſſi dat utrē uentorum.*

*Mittere, nil ille renuit, parauit autem deductionem,*
*Dedit autem mihi excorians utrem bouis nouennarij:*
*Tunc autem procelloſorum uentorum incluſit uias.*
*Illum enim cuſtodem uentorum fecit Saturnus,*
*Et ſedare, & excitare quem uelit.*

*Naui*

Naui autem in concaua religauit fune lucido,
Argenteo, ne quidem ſpiraret paululum:
At mihi ſpiritum zephyri præmiſit flare,
Vt ferret naueſq; & nos, ſed non debebat
Perficì: ipſorum enim perditi ſumus ſtultitijs:
Nouẽ diebus quidẽ ſimul nauigauimus nocteſq́; & diem:
Die autem decima iam apparuit patria terra
Et iam ad ignem uertentes uenimus propè exiſtentes:
Tum me quidem dulcis ſomnus aggreſſus eſt defeſſum:
Semper enim temonem nauis mouebam, neq; alij
Dedi ſociorum, ut citiùs iremus in patriam terram:
Hi autem ſocij uerbis ad ſe mutuò dicebant,
Et me dicebant aurumq́; & argentum domum ducere,
Dona ab Aeolo magnanimo Hippotade:
Sic autem quidam dixit inſpiciens de propinquo alium:
Papè, ut hic omnibus dilectus, & honoratus eſt
Hominibus, quorumcunq; & ciuitatem, & terram adit,
Multa qui ex Troiana ducit precioſa pulchra
Præda: nos rurſus cum eandem uiam perfecerimus
Domum imus uacuas manus habentes:
Et nunc ei hæc dedit gratificans ob amicitiam
Aeolus: ſed agè ocyùs uideamus quæcunq; hæc ſunt,
Quantúmue auri, & argenti in utre ineſt.
Sic dixerunt: conſilium autem malum uicit ſociorum:
Vtrem quidem ſoluerunt, uenti autem omnes irruerunt:
Hos autem ſtatim rapiens tulit ad pontum procella
Flentes terra à patria: at ego
Cum ſurrexiſſem in animo forti cogitaui,
An cadens ex naui perirem in ponto,
An quiete tolerarem, & adhuc inter uiuos degerem:

Vlyſſes amittit uẽtos per ĩprudẽtiam, utre à ſocijs ſoluto

Sed ſuſtinui & manſi: coopertus autem in naui
Iacebam: hæ autem ferebantur malo uenti turbine
Iterum in Aeoliam inſulam, ſuſpirabant autem ſocij:
Tunc in continentem uenimus, & exhauſimus aquam:
Statim autem cœnã pararunt ueloces apud naues ſocij.
At poſtquàm ciboq; ſaturati ſumus & potu,
Iam tunc ego præconem aſſumens & ſocium,
Iui ad Aeoli inclytas domos: hunc autem offendi
Comedentem apud ſuam uxorem, & ſuos filios:
Venientes in domum, apud atria in limine
Sedimus: hi autẽ in animo ſtupuerunt, & interrogarunt:
Quomodo rediſti Vlyſſes? quæ tibi mala inuaſit fortuna?
Certe te accuratè dimiſimus, ut peruenires
In patriam tuam, & domum, & ſicubi aliquid dilectũ eſt.
Sic dixerunt: at ego locutus ſum triſtis corde:
Læſerunt me ſocij mali, ad hos quoq; ſomnus
Impius: ſed medemini amici: facultas enim in uobis.
Sic dixi blandis utens uerbis:
Hi ãt taciti facti ſunt: pater aũt reſpondit hac oratione:
Abi ex inſula cito ô peſsime uiuentium.
Non enim mihi fas eſt reducere, neq; remittere
Virum, qui Deis odio eſt beatis:
Abi, quoniam Deis inuiſus huc rediſti.
Sic dicens dimiſit ab ædibus grauiter ſuſpirantem:
Hinc autem primùm nauigamus mœſti corde,
Conſumebatur uirorum animus à remigatione moleſta
Noſtra ſtultitia: quoniã non amplius apparebat reditus:
Sexdies quidem ſimul nauigamus noctesq; & diem:
Septima autem peruenimus Lami ad altam urbem
Longiportarum Læſtrygoniam, ubi paſtorem paſtor

*Aeolus reuertentem Vlyſsẽ indignabundus expellit.*

*Vlyſſes uenit ad Læſtrygonas.*

Vocat

Ayuntamiento de Madrid

Vocat impellens:hic autem expellens obedit:
Vbi inſomnis uir duas accepit mercedes:
Vnã quidem boues paſcens,aliã autẽ albas oues paſcens.
Propè enim noctéq; & die ſunt uiæ.
Huc poſtquã in portũ inclytũ uenimus,quẽ circum petra
Alta erat,ſe in altum tollens utrinq;:
Littora autem præeminentia aduerſa inter ſe
In ore eminebant:anguſtus autem ingreſſus erat:
Illuc hi intrò oẽs ĩpellebant naues utrinq; remis agitatas:
Hæ quidem intra portum concauum ligatæ ſunt
Propinquæ:non quidẽ.n.unquàm augebatur unda in ipſo,
Neq; multùm,neq; parũ:alba ãt erat circũ tranquillitas.
At ego ſolus detinui extra nauem nigram,
Illic in extremitate petræ funes ligans:
Steti autem in ſpeculam aſperam aſcendens:
Illic quidem neq; boum,neq; uirorum apparebant opera:
Fumum autem ſolum uidimus à terra exilientem:
Iam tunc ego ſocios præmiſi interrogare euntes,
Qui uiri eſſent in terra cibum comedentes,
Viros duos eligens tertium præconem ad hibens:
Hi autem ibant exeuntes in planam uiam,qua plauſtra
Ad urbem ab altis montibus deducebant materiam:
Puellæ autem obuiàm facti ſunt ante urbem aquatũ eunti,
Filiæ fortiſſimæ Læſtrygonis Antiphatæ:
Hæc quidem in fontem deſcenderat pulchrè fluentem Fons Artacia.
Artaciam:inde enim aquam ad ciuitatem portabat:
Hi autem aſtantes allocuti ſunt,& interrogauerunt,
Quis horum eſſet Rex,& quibus imperaret:
Hæc autem ſtatim patris indicauit altam domum:
Hi autẽ poſtquàm ingreſſi ſunt inclytas domos,mulierem

Antiphates Rex Læſtrygonum.

Inuenerũt,quãtũ mõtis cacumẽ:ualde ãt timuerũt ipſam:
Hæc autem ſtatim ex foro uocauit inclytum Antiphatem
Suum maritum,qui his molitus eſt lugubrem mortem,
Statim unum corripiens ſociorum,parauit cœnam:
Hi autem duo ruentes fuga ad naues uenere.
At hic clamauit per urbem: hi autem ruentes
Veniebant fortiſsimi Læſtrygones aliunde alius,
Infiniti non uiris ſimiles,ſed gigantibus,
Qui de rupibus ingentia ſaxa
Vibrabant:ſtatim aũt malus ſtrepitus in nauibus ortus eſt
Virorum morientium,nauiumq́; ſimul fractarum:
Piſces aũt ſicut trãſeuntes ad triſte conuiuium ferebantur,
Donec hi hos perderent portũ ualde profundum intra:
Interim ego enſem acutum trahens à fœmore,
Hôc funes incîdi nauis cœruleam proram habentis:
Statim autem meis ſocijs hortans iuſsi
Incumbere remis,ut perniciem ſubterfugeremus:
Hi autem ſimul omnes remigarunt timentes mortem:
Libenter autem in pontum altas fugit petras
Nauis mea:at aliæ ſimul omnes illic perierunt:
Hinc autem primùm nauigauimus triſtes corde,
Læti ex morte,dilectis amiſſis ſocijs.

Aeæa iſula. Vlyſſes ad Circen diuertit.

Aeæam autem in inſulam peruenimus:illic ãt habitabat
Circe bene comata grauis Dea eloquens,
Soror prudentis Aeetæ:
Ambo autem nati erant lucente hominibus ex ſole,
Matréq; ex Perſa,quam Oceanus genuit filiam.
Illuc autem ad littus naui deuenimus ſilentio
Tutum in portum,& aliquis Deus duxit.
Illuc tunc exeuntes duosq́; dies,& duas noctes

Iacuimus

Ayuntamiento de Madrid

Iacuimus ſimul laboreq́; & doloribus aīm conſumentes.
Sed quãdo iam tertiũ diem bene comata perfecit Aurora,
Et tunc ego meam haſtam capiens,& enſem acutum,
Statim è naui aſcendi in ſpeculam,
Siquo modo opera uiderem mortalium,uocemq́; audirem:
Steti autem,in ſpeculam ſaxoſam aſcendens,
Et mihi uiſus eſt fumus à terra latasuias habenti,
Circes in ædibus per nemora denſa & ſyluam:
Cogitaui autem poſteà in mente,& in animo,
Ire,& inquirere,poſtquàm uideram nigrum fumum:
Sic autem mihi cogitanti uiſum eſt melius eſſe,
Primum euntem in nauem uelocem,& littus maris,
Cœnam ſocijs dare,præmittereq́; ad inquirendũ. (pulſã
Sed quãdo iã propè ꝑueni eũdo ad nauẽ remis utrinq; im
Tũc neſcio quis me deorũ miſeratus eſt ſolum exiſtentem,
Qui mihi alta cornua habentẽ ceruum magnũ in uiã ipſam
Miſit:hic quidem ad flumẽ deſcenderat ex pabulo ſyluæ
Bibiturus ( iam enim ipſum habebat uis Solis ) Vlyſſes ceruum configit.
Hunc autem ego egreſſum, in ſpina media dorſa
Percuſſi:è regione autem haſta ærea penetrauit:
Decidit aũt inter pulueres clamans, & euolauit animus:
Ad hũc autẽ ego accedens,lanceam æream ex uulnere
Traxi,quam illic declinans in terra
Dimiſi:at ego euulſi uirgultaq́; uiminaq́;:
Funem autem quanta eſt ulna,bene tortum utrinq;
Plicans,colligaui pedes ingentis monſtri:
Iui autem ſuper humeris portans ad nauem nigram
Haſta innixus,quia non poteram in humero
Manu portare altera: ualde enim magna fera erat:
Deieci autem ante nauem,ſuſcitaui ſocios

Blandis

Ayuntamiento de Madrid

Blandis uerbis propè aſtans uiro unicuiq;:
  O amici,non enim deſcendemus licet afflicti
Ad Plutonis domos,antequàm fatalis dies adueniat.
Sed agè,ut (in naui ueloci cibusq́; potusq́; )
Recordemur cibi,neq; conficiamur fame.
  Sic dixi:hi autem cito meis uerbis paruére:
Egreßi autem ad littus maris infructuoſi,
Admirati ſunt ceruum:ualde enim magna fera erat.
At poſtquàm delectati ſunt uidentes oculis,
Manus loti parauerunt glorioſum conuiuium.
Sic tunc quidem per totum diem uſq; ad Solem occidentem
Sedimus epulantes carnes multas,& uinum ſuaue.
Quando autem Sol deſcendit,& ad tenebras iuit,
Tunc dormiuimus in littore maris:
Quando autem matutina apparuit roſea Aurora,
Tunc ego concionem faciens uerba feci:
  Audite mea uerba,mala licet paßi ſocij:
O amici,nõ enim ſcimus ubi occaſus,neq; ubi Aurora,
Neq; ubi Sol lucens mortalibus it ſub terram,
Neq; ubi reſurgit,ſed conſultemus ocyùs,
Si quod adhuc erit conſilium:ego autẽ non puto eße.
Vidi enim in ſpeculam ſaxoſam aſcendens
Inſulam,quam circum mare ingens ambit:
Ipſa autem humilis iacet:fumum autem in medio
Vidi oculis per nemora condenſa & ſyluam.
  Sic dixi:his autem fractum eſt dilectum cor,
Recordantibus operum Læſtrygonis Antiphatæ,
Cyclopiſq́; uiolentiæ magnanimi,uiros edentis:
Flebant autẽ uehementer,uberes lachrymas fundentes,
Sed non aliqua utilitas fiebat lugentibus:

At

Ayuntamiento de Madrid

At ego bifariàm omnes ſortes ſocios
Numeraui:ducem autem utriſq; præbui:
Horum quidem ego dux erã:aliorũ aũt Eurylochus diuinus:
Sortes autem in galea ærea quaſſauimus cito:
Exilijt aũt ſors magnanimi Eurylochi:
Perrexit autem ire,ſimul cum hoc duo & uiginti ſocij
Flentes,& nos reliquerunt lugentes retrò.
Inuenerunt aũt in concauitatibus factas domos Circes,
Politis lapidibus,perſpicuo in loco:
Circum autem ipſam lupi erant montani,& leones,
Hos ipſa manſuetos fecerat,poſtquàm mala uenena dedit:
Neq; hi irruebant contra uiros,ſed
Caudis longis blandientes ſurgebant:
Sicut autem quando circũ dominũ canes ad cõuiuiũ euntẽ
Aſſultant:(ſemper enim fert mulcentia animum)
Sic hos circum lupi robuſtis unguibus,& leones
Aſſultabant:hi ãt timuerũt poſtquã uiderũt grauia mõſtra:
Steterunt aũt in ianuis Deæ benecomatæ:
Circem autem intus audiuerunt canentem uoce ſuaui,
Telam percurrentẽ magnam,immortalẽ,qualia dearum
Tenuia,& gratioſa,& ſplendida opera ſunt:
His autem uerbis incepit Polites princeps inter uiros,
Qui mihi glorioſiſſimus ſociorum erat prudentiſſimusq;:
O ſocij,intus quædam percurrens magnam telam
Pulchrè canit:pauimentum autem totum circùm reſonat,
Vel Dea,uel mulier,ſed alloquamur ocyús.
Sic dixit:hi autem allocuti ſunt uocantes:
Hæc autem ſtatim exiens portas aperuit ſplendidas,
Et uocabat:hi ãt ſimul omnes per ĩprudentiã ſequebãtur:
Eurylochus autem remanſit,putans dolum eſſe:

Sedere

Ayuntamiento de Madrid

Sedere fecit autem introducens per ſedesq; thronosq;:
Ipſis autem caſeumq;, & farinam, & mel recens
Vino Pramneo immiſcuit: remiſcuit autem in pane
Venena mala, ut omnino obliuiſcerentur patriæ terræ.
At poſtquàm deditq; & biberunt, ſtatim poſteà
Baculo percutiens, in haris porcorum cohibuit:
Hi autē porcorū quidē habebant capita, uocēq;, corpusq;,
Et ſetas: at mens erat firma ſicut priùs:
Sic hi flentes continebantur: his autem Circe
Iliceam glandem, quernamq; iecit, fructumq; corni
Ad edendum, qualia porci humi dormientes ſemper edunt:
Eurylochus autē ſtatim uenit uelocem ad nauem nigram
Nuncium ſociorum narrans, & nefandum fatum,
Neq; effari poterat uerborum cupiens quanquam,
Cor dolore magno percuſſus, & ei oculi
Lachrymis implebantur: luctum autem habebat animus.
Sed quando iam ipſum oēs admirati ſumus interrogantes,
Tunc aliorum ſociorum narrauit mortem:
Iuimus ſicut iuſsiſti in ſyluas illuſtris Vlyſſes,
Inuenimus in cōcauitatibus ædificatas domos pulchras,
Politis lapidibus, conſpicuo in loco:
Intus aūt quædam magnā telam texens, ſtridulè canebat,
Vel deus, uel fœmina: hi autem locuti ſunt uocantes:
Hæc autem ſtatim egreſſa, ianuas aperuit ſplendidas,
Et uocauit: hi aūt ſimul oēs per imprudētiam ſecuti ſunt:
Sed ego remanſi putans dolum eſſe:
Hi aūt ſimul euanuerunt omnes, neq; aliquis ipſorum,
Apparuit: diu autem ſedens ego obſeruabam.
Sic dixit: at ego quidem enſem argenteis clauis munitū
Humeris circumpoſui, magnum, æreum: circū autē arcus:
Hunc autem ſtatim iuſsi in eadem me uia ducere,

Vinum Prāneum.

Circes Pharmaco multi in porcos uerſi

Ayuntamiento de Madrid

At hic ambabus capiens, precatus eſt genua,
Et me lugens uerba pennata alloquebatur:
Ne me duc illuc inuitum egregie, ſed linque hîc:
Scio enim quòd non ipſe redibis, neq; aliquem alium
Duces tuorum ſociorum, ſed cum his ocyùs
Fugiamus: adhuc enim fugerimus malum diem.
Sic dixit: at ego ipſum reſpondens allocutus ſum:
Euryloche, certe quidem tu hic hoc in loco
Edens, & bibens concaua in naui nigra:
At ego ibo, grauis autem mihi eſt neceßitas.
Sic dicens ego à naue deſcendi & mari:
Sed quando iam futurus eram eundo ſacras ad cõcauitates
Circes peruenire, multumueneficæ in magnam domum,
Tunc mihi Mercurius aureũbaculũhabens obuiã factus eſt
Eunti ad domum, iuueni uiro ſimilis
Primùm pubeſcenti, cuius gratißima eſt ætas,
Et me manu tetigit, uerbumq; dixit, & compellauit:
Quò rurſus infelix per montes uenis ſolus,
Loci ignarus exiſtens, ſocij autem tibi apud Circem
Detinentur tanquàm porci, denſas latebras habitantes?
An liberaturus eò pergis? neq; te dico
Ipſum rediturum: manebis autem ubi & alij.
Sed agè iam te à malis liberabo, & ſeruabo:
Accipe hoc medicamentũ bonũ: habens aũt ad edes Circes
Vade, quod tibi capiti expellet malum diem:
Omnia autem tibi dicam pernitioſa conſilia Circes:
Parabit tibi potionem: ponet autem uenena in cibo.
Sed neq; ſic decipere te poterit, non enim ſinet
Medicamentũ bonũ quod tibi dabo, dicam autẽ ſingula:
Quando Circe te uerberabit longo baculo:
Tunc tu enſem acutum trahens à fœmore,

**Mercurij remedium contra Circes pharmaca.**

Ayuntamiento de Madrid

In Circem rue, tanquàm interficere cogitans:
Hæc autem te timens iubebit ad cubile accedere,
Tunc tu ne poſteà abnuas Deæ cubile,
Vt tibi ſoluat ſocios ipſumq́; curæ habeat:
Sed iube ipſam deorum magnum iuſiurandum iurare,
Non tibi ipſi nocumentum malum conſulturam aliud,
Ne te nudatum malum,& non uirum reddat,
  Sic dicens, dedit herbam Mercurius
Ex terra euellens,& mihi genus ipſius oſtendit:
Radix quidem nigra erat,lacti autem ſimilis flos,
Moly herba. Moly autem ipſam uocant Dei:difficile autem effodere
,, Viris mortalibus:Dei autem omnia poſſunt.
Mercurius quidem poſteà abijt ad longum Olympum,
Inſulam ſupra ſyluoſam:ego autem in domos Circes
Iui:multa autem mihi cor cogitabat eunti:
Steti autem in ianuis Deæ benecomatæ,
Vbi ſtans clamaui:Dea autem meam audiuit uocem:
Hec autem ſtatim exiens ianuas aperuit ſplendidas,
Vlyſſes ad Circem ingreditur. Et uocauit:at ego ſecutus ſum triſtis corde:
Sedere fecit ãt me introducens in throno argenteis clauis
Pulchro,uario,ſub aũt ſcabellũ pedibus erat: (munito,
Parauit autem mihi potionem aureo poculo,ut biberẽ,
Et pharmacum immiſit,mala cogitans in animo.
At poſtquàm deditq́;,& bibi, neq; me tranſformauit
Virga percutiens,uerbumq́; dixit,& compellauit:
Vade ad haram porcorum cum alijs dormire ſocijs.
  Sic dixit:ego autem enſem acutum trahens à fœmore,
In Circem irrui tanquàm occidere cogitans:
Hæc autẽ ualde uociferans accurrit, & prehendit genua,
Et mihi lugens uerba uelocia dixit:

Quis

Ayuntamiento de Madrid

Quis?unde uenis uirorum?ubi tibi ciuitas & parentes?
Stupor me habet quòd non bibens hæc pharmaca mutatus es,
Neq;.n.neq; aliquis alius uir hæc pharmaca ſuſtinuit,
Qui biberit, & primùm acceſſerit ad ſeptum dentium:
Tibi autem in pectoribus immaculata mens eſt:
Certe tu Vlyſſes es multiſcius,quem mihi ſemper
Dicebat uenturum habensbaculumaureum Mercurius,
Ex Troia uenientem ueloci cum naui nigra.
Sed agè iam in uagina quidē enſem pone: nos autē poſteà
Cubile noſtrum aſcendamus, ut mixti
Lecto & amicitia,concredamus nobis inuicem.
Sic dixit:at ego ipſam reſpondens,allocutus ſum: Vlyſſes Circæ.
O Circe, quomodo enim me iubes æquum eſſe,
Quæ mihi ſues quidem feciſti in ædibus ſocios:
Ipſum autem hic tenens doloſa iubes
In thalamumq; ire,& tuum aſcendere lectum,
Vt me nudatum malum,& non uirum facias:
Neq; ego uolo tuum inire lectum,
Si non patiaris Dea magnum iuſiurandum iurare,
Non aliquod mihi ipſi nocumentū malū cōſulturam aliud.
Sic dixi:hæc autem ſtatim iurauit ſicut iuſſi.
At poſtquàm iurauitq;,perfecitq; iuramentum,
Tunc ego Circes iniui perpulchrum lectum:
Famulæ autem interim in ædibus laborabant
Quatuor,quæ ei in ædibus miniſtræ erant:
Veniebant autem hæ ex fontibus,& à ſyluis,
Et è ſacris fluuijs,qui in mare prorumunt:
Harum una iecit ſuper thronis ſtragula pulchra,
Purpurea deſuper,ſubter autē lintea tenuia ſubiecit:
Altera autem ante thronos ſtrauit menſas

Argenteas

Argenteas,& in ipſis poſuit aurea caniſtra:
Tertia uerò cratere dulce uinum miſcebat
Dulce in argenteo:diſtribuit autem aurea pocula:
Quarta autem aquam ferebat,& ignem accendebat
Multum ſub tripode magno:calefiebat autem aqua.
At poſtquàm calefacta eſt aqua in ſplendenti lebete,
In balneum cum me locaſſet,lauit ex tripode magno:
Placidè effundens in capitéq; & humeris,
Vt mihi laborẽ animi corruptorẽ eximeret à membris.
At poſtquàm lauit,& unxit pingui oleo,
Circum me tunicam pulchram iecit & interulam:
Sedere fecit autem me introducens in thronũ argenteum,
Pulchrum,uarium:ſub aũt ſcabellum pedibus erat:
Aquas autem alia famula gutturnio fundebat ferens
Pulchro,aureo,ſuper argenteo lebete
Ad lauandum,& iuxtà politam ſtrauit menſam:
Panem autem uerecunda famula appoſuit ferens:
Cibos multos imponens gratificans ex præſentibus,
Comedere autem iubebat,meo autem non placebat animo,
Sed ſedebam aliud cogitans,mala autem uidebat animus:
Circe aũt poſtquàm intellexit me ſedentem,neq; in cibaria
Manus porrigentem, grauißimũ autẽ dolorem habentem,
Propè aſtans uerba uelocia allocuta eſt:

Circe Vlyßi

Cur ſic Vlyſſe ſedes ſimilis muto
Animum edens, cibum autem non tangis,neq; potum?

Circe Vlyßi ſocios reſti= tuit priſtinæ formæ.

An aliquem dolum alium putas?non te decet
Timere:iam enim iuraui magnum iuſiurandum.
Sic dixit:at ego ipſam reſpondens,allocutus ſum:
O Circe,quis enim uir, qui iuſtus eſſet,
Antè ſuſtineret ſaturari cibo potuq;,

Quàm

Quàm liberares ſocios,& in oculis uideret?
Sed ſi prompta bibere edereq́; iubes,
Solue, ut oculis uideam pergratos ſocios.
Sic dixi: Circe autem per domum exiuit,
Virgam habens in manu: ianuas autem aperuit haræ:
Expulit autem ex hara ſimiles porcis nouennarijs:
Hi quidem poſteà ſteterunt aduerſi: hæc autem per ipſos
Iens præbuit unicuiq; pharmacum aliud:
Horũ aũt ex membris ſetæ cadebant,quas prius generauit
Pharmacũ pnitioſũ, quod ipſis præbuit ueneranda Circe:
Viri autem ſtatim facti ſunt iuniores,quàm anteà erant,
Et multò pulchrioresq́;,& maiores uiſu:
Cognouerunt ãt me illi,tetigeruntq́; manibus unuſquiſq;:
Omnibus autem dulcis ſubijt luctus: circum circa domus
Horrendùm ſtrepuit,Dea autem miſerta eſt,& ipſa:
Hæc autem prope me ſtans,allocuta eſt diuina Dearum:
 Nobilis Laërtiade,multiſcie Vlyſſes, — Vlyſſes redit ad naues
I nunc ad nauem celocem,& littus maris,
Nauem quidem quamprimùm trahite in terram:
Res autem ſpeluncis admouete, armaq́; omnia:
Ipſe autem reuertere,& duc peramatos ſocios.
 Sic dixit: at mihi perſuaſus eſt animus nobilis:
Perrexi autem ire in nauem celocem,& littus maris:
Inueni poſteà in naui ueloci peramatos ſocios
Miſerabiliter lugentes,uberẽ lachrymam effundentes.
Sicut ãt quãdo ĩ agro degẽtes uitulæ circa uaccas gregarias
Venientes in mandriam poſtquàm herba ſaturatæ ſunt,
Omnes ſimul ſaltant aduerſæ,neq; caulæ
Retinent,ſed ualde mugientes circum currunt
Matres: ſic me illi poſtquàm uiderunt oculis,

Lachrymantes accurrerunt:apparuit autem ipſis animus
Sic eſſe,tanquàm ſi ad patriam irent,& ciuitatem ipſorũ
Aſperæ Ithacæ,ubi nutriti erant & generati,
Et mihi lugentes uerba ueloci dixerunt:
Tibi quidem redeunti,ô egregie,ſic gratulamur,
Tanquàm ſi in Ithacam iuiſſemus patriam terram:
Sed agè aliorum ſociorum narra mortem.
Sic dixerunt:at ego allocutus ſum blandis uerbis:
Nauem quidem quàmprimùm trahamus in terram,
Resq́; ſpeluncis admoueamus armaq́; omnia:
Ipſi autem maturate me ſimul omnes ſequi,
Vt uideatis ſocios ſacris in domibus Circes
Bibentes & edentes:anno enim toto durantẽ cibũ habent.
Sic dixi:hi autem cito meis uerbis paruere:
Eurylochꝰ. Eurylochus autem mihi ſolus coërcuit omnes ſocios,
Et ipſis inclamans,uerba ueloci allocutus eſt:
Ah miſeri,quò imus?quid mala quæritis hæc
Circes in domum eundo,quæ omnes
Vel ſues,uel lupos faciet,uel leones,
Qui eius magnam domum ſeruabimus coacti?
Sicut Cyclops fecit,quando eius in ſpecum iuerunt
Noſtri ſocij,& unà audax ſecutus eſt Vlyſſes.
Huius enim,& illi ſtultitijs periere.
Sic dixit:at ego in animo cogitaui
Trahens longum enſem forti à fœmore,
Quo ei abſcindens caput in terram proijcerem,
Quãquàm affini exiſtenti ualde propinquo:ſed me ſocij
Blandis uerbis detinuerunt aliunde alius:
Generoſe,hunc quidem ſinamus,ſi tu iubes,
Hic apud nauemq́; manere,& nauem ſeruare:

Nobi

Ayuntamiento de Madrid

Vlyſſes oẽs ſocios ad Circæm du-cit.

Nobis autem dux ſis ſacras ad domos Circæs.
Sic dicentes, à naui deſcenderunt & à mari:
Neq; quidẽ Eurylochus concauam apud nauẽ relictus eſt,
Sed ſecutus eſt: timuit enim meã maximam reprehenſionẽ:
Interim autem alios ſocios in domibus, Circæ
Accuratè lauitq;, & unxit pingui oleo,
Circum autem ueſtes bonas iecit & tunicas:
Conuiuantes autẽ bene omnes inuenimus in domibus.
Hi aũt poſtquã ſe inuicem uiderũt, intellexerũtq; omnia,
Flebant lamentantes, circùm autem reſonabat domus:
Hæc autẽ me prope ſtans allocuta eſt diuina inter Deas:
Nobilis Laërtiade, prudens Vlyſſes,
Non amplius nũc abũdantẽ luctum excitetis, ſcio & ipſa,
Et quot in ponto paßi eſtis dolores piſcoſo,
Et quot iniuſti uiri nocuerunt in terra.
Sed agitè comedite cibum, & bibite uinum,
Donec rurſus animum in pectoribus reſumatis,
Qualem quando primùm reliquiſtis patriam terram
Aſperæ Ithacæ: nunc autem impotentes, & exanimati
Semper erroris moleſti recordati, nunquam uobis
Animus in lætitia, ſiquidem ualde multa paßi eſtis.
Sic dixit: nobis aũt rurſus perſuaſus eſt aĩus generoſus,
Illic quidem dies omnes completum in annum
Sedimus conuiuantes carnes multas, & uinum dulce.
Sed quando iam annus fuit, & affuerunt tempora
Menſibus interemptis, & dies longi abſoluti ſunt,
Tunc me uocantes dixerunt peramati ſocij:
Infelix iam nunc recordare patriæ terræ,
Si fas eſt ſeruari, & peruenire
Domum in altam, & ſimul in patriam terram.



Ayuntamiento de Madrid

Sic dixerunt:at mihi perſuaſus eſt animus generoſus:
Sic tunc quidem toto die uſq; ad ſolem occidentem
Sedimus comedentes carnes multas,& uinum dulce:
Quando autem Sol occidit,& in tenebras iuit,
Hi quidem dormierunt in domibus umbroſis:
At ego Circes ingrediens perpulchrum lectum,
Genua tangens uocaui:Dea autem meam audiuit uocem,
Et ipſam uociferans,uerba pennata dixi:
O Circe,perfice promiſsionem quam promiſiſti
Domum mittere,animus autem mihi impellitur iam
Et aliorum ſociorũ, qui mihi obtundunt charum animum
Circum me lugentes,quando tu non ades.
Sic dixi:hæc autem ſtatim reſpondit diuina Dearum:

Circe prædicat iter Vlyſſi ad inferos

Nobilis Laërtiade,prudens Vlyſſes,
Non amplius nunc inuiti in mea manete domo,
Sed aliam oportet priùs uiam perficere,& ire
Ad Plutonis domos,& laudatæ Proſerpinæ,
Ad animam uaticinantis Thebani Tireſiæ
Vatis cæci,cuius mentes integræ ſunt,
Cui & mortuo mentem præbuit Proſerpina
Soli ſapere:tibi autem umbræ aderunt.
Sic dixit:at mihi proſtratus eſt charus animus:
Flebam autem in lectis ſedens,neq; animus
Volebat amplius uiuere,& uidere lumen Solis:
At poſtquàm flensq; uolutusq; expletus ſum,
Tunc iam ipſam uerbis reſpondens,allocutus ſum:
O Circe,quis enim hanc uiam demonſtrabit?
Ad Plutonem enim nondum quis iuit cum naui nigra.
Sic dixi:hæc autem ſtatim reſpondit diuina Dearum:
Nobilis Laërtiade,prudens Vlyſſes,

Non

Ayuntamiento de Madrid

Non tibi ducis deſyderium in naui curæ ſit:
Malum autem firmans,& uela alba extendens
Sede,hanc autem tibi flatus Boreæ feret.
Sed quando iam naui per Oceanum tranſiueris,
Ibi littusq; breue, & nemora Proſerpinæ,
Longæq; Alni,& ſalices infructiferæ,
Nauem quidem illuc applicabis ex Oceano profundo:
Ipſe autem in Plutonis uade domum latam:
Illic quidem in Acheronta Pyriflegethonq; fluunt
Cocytusq;,qui à Stygia aqua eſt deductus,
Petraq;,concurſusq; duorum fluuiorum ualde ſonantium:
Illuc autem poſteà heros cum appuleris,propè ſicut iubeo
Foueam fode quanta cubiti menſura longa lataq;:
Circum ipſam autem libamen funde omnibus mortuis:
Primùm mulſo,poſteà autem dulci uino:
Tertio autẽ rurſus aqua:pòſt autẽ farinas albas miſce:
Multùm autem uoces mortuorum infirma capita:
Profectus in Ithacam,ſterilem bouem,quæ optima ſit,
Sacrifica in domibus,pyramq; imple bonis rebus:
Tireſiæ autem ſeorſum longè ouem ſacrificare puto
Totam nigram,quæ ouibus præcellat ueſtris.
At poſtquàm uota feceris inclyto generi mortuorum,
Tunc ouem,arietemq; ſacrificabis,fœminamq; nigram,
In Erebum conuerſus:ipſe autem à longè uerte
Ingrediens fluuij fluxus:illuc autem multæ
Animæ uenient cadauerum mortuorum,
Tunc poſteà ſocios hortare,& iube
Oues,quæ iam iacebunt,iugulatas ſæuo ære
Excoriantes comburere,ſupplicare autem Deis
Fortiq; Plutoni,& laudatæ Proſerpinæ:



Ayuntamiento de Madrid

Ipſe autem enſem acutum trahens à fœmore
Sede,neq; ſinas mortuorum impotentia capita
Sanguinem prope ire,antequàm Tireſiam audiueris:
Tunc ad te ſtatim uates ueniet princeps populorum,
Qui tibi dicet uiam,& menſuras uiæ,
Reditumq;,quomodo in pontum ibis piſcoſum.
Sic dixit:ſtatim autem aurea uenit Aurora:
Circùm autem me ueſtemq; palliumq; ueſtimēta induit:
Ipſa autem ſplendidā pallā magnam induta eſt nympha,
Subtilem,& gratioſam,& cingulum circumpoſuit lumbo
Pulchrum,aureum:capiti autē impoſuit flameolum.
At ego per domos iens hortabar ſocios
Dulcibus uerbis,ſtans prope uirum unumquenq;:
Vlyſſes ſocijs. Non amplius nunc dormientes fruamini dulci ſomno,
Sed eamus:iam enim mihi dixit ueneranda Circe.
Sic dixi: his autē perſuaſus eſt animus generoſus,
Neq; tamen inde illæſos duxi ſocios:
Elpenoris caſus. Elpenor autem quidam fuit maximè iuuenis,neq; ualde
Potens in bello,neq; mentis compos,
Qui mihi ſeorſum à ſocijs ſacris in domibus Circes
Frigoris cupidus cubabat uino grauis:
Motorum aūt ſociorū tumultum,& ſtrepitum audiens,
Repentè ſurrexit,& oblitus eſt mentibus ſuis
Retrogradum ſe deſcendere,iens per ſcalam longam:
Sed è regione parietis cecidit,& ei ceruicis
Oſſa fracta ſunt:anima autem ad Plutonem deſcendit:
Venientibus autem his ego uerbum dixi:
Putatis domum dilectam in patriam terram
Ire:aliam autem nobis uiam indicauit Circe
Ad Plutonis domos,& laudatæ Proſerpinæ,



Ayuntamiento de Madrid

Ad animam uaticinantis Thebani Tireſiæ.
Sic dixi:hi uerò proſtrati ſunt animo:
Sedentes autem illic lugebant,euellebantq́; capillos:
Sed nulla utilitas fiebat lugentibus.
Sed quando iam in nauem uelocem,& littus maris
Iuimus dolentes,teneras lachrymas fundentes,
Tunc autem ueniens Circæ apud nauem nigram
Agnam alligauit ouem,fœminamq; nigram
Facilè prætergreſſa:quis enim Deum nolentem
Oculis uidere poßit,huc uel illuc euntem?

## ARGVMENTVM .Λ. HOMERI COMPOSITIONIS.

NARRAT quomodò ſecundum Circæs mandata in infernum deſcendit:et quomodo audiuit Tireſiam uatem de ſui ipſius,& aliorũ ſalute:& quomodò Heroas & Heroidas uidit in inferno,& matrem:et ad Ilium cõmilitantes aliquos,& in inferno qui punirentur.

ODYSSEAE.



Ayuntamiento de Madrid

*Lambda autem, in inferno animabus obuiàm fit Vlyſſes.*

*AT poſtquàm ad nauem deſcendimus, & mare,*
*Nauem quidem primùm deduximus in mare diuum,*
*Et malũ poſuimus & uela in naui nigra:*
*Intrò autem oues accipientes ire fecimus, intrò & ipſi*
*Iuimus dolentes, huberes lachrymas fundentes:*
*Nobis autem à tergo nauis nigræ proræ*
*Proſperum uentum immiſit pandentem uelum bonũ amicũ*
*Circæ benecomata grauis Dea altiloqua.*
*Nos autem arma ſingula expedientes in naui*
*Sedebamus: hanc autem uentusq́; gubernatorq́; dirigebat:*
*Huius ãt per totũ diẽ extenſa ſunt uela pontũ trãſientis:*
*Occidit tunc Sol, obumbratæ ſunt omnes uiæ:*
*Hæc autem in fines peruenit profundi Oceani:*
*Illic autem Cimmeriorũ uirorum populusq́; ciuitasq́;,*
*Caligine & nebula cooperti, neq; unquam ipſos*
*Sol lucidus aſpicit radijs,*
*Neq; quando tendit ad cœlum ſtellatum,*
*Neq; quando retrò in terram à cœlo uertitur:*
*Sed nox pernitioſa extenditur miſeris hominibus:*
*Nauem quidem illuc uenientes traximus, extrà aũt oues*
*Accepimus: ipſi autem rurſus apud fluxum Oceani*
*Iuimus, ut in locum perueniremus quem dixit Circe:*

*Vlyſſes ad Cimmerios diuertit.*

*Hic*

Hic ſacra quidem Perimedes Eurylochusq́; — Inferorum locus.
Faciebant: ego autem enſem acutum trahens à fœmore,
Foueam fodi quantum cubiti menſura hinc & inde:
Circum ipſam autẽ libamina fundimus omnibus mortuis:
Primùm mulſo, poſteà autem dulci uino:
Tertio rurſus aqua, & farinas albas miſcui:
Multùm autem oraui mortuorum infirma capita:
Profectus in Ithacam, ſterilem bouem, quæ optima eſſet,
Sacrificare in domibus, pyramq́; implere bonis:
Tireſiæ autem ſeorſum ouem ſacrificare uoui
Totam nigram, quæ ouibus antecellat noſtris:
Has aũt poſtquã uotis precationibusq́; gentes mortuorum
Precatus ſum, oues autem accipiens obtruncaui:
In foſſam fluebat autem ſanguis niger, congregatæq́; ſunt
Animæ ex Erebo cadauerum mortuorum, — Appropecant mortuorũ animæ,
Nymphæq́;, iuuenesq́;, & multa paßi ſenes,
Virginesq́; teneræ, nuper flebilem animum habentes,
Multi autem uulnerati æreis lanceis
Viri in bello necati, cruenta arma habentes,
Qui multi circum foueam ueniebant aliunde alius
Magno clamore, me autem pallidus timor cepit.
Iam poſteà ſocios hortans iußi
Pecora, quæ iam iacebant iugulata ſæuo ære,
Excoriantes comburere: ſupplicare autem Dijs,
Fortiq́; Plutoni, & laudatæ Proſerpinæ.
At ego enſem acutum trahens à fœmore,
Sedi, neq; permiſi mortuorum impotentia capita
Sanguinem propè ire, antequàm Tireſiam audirem: — Elpenoris ũbra Vlyßi apparet.
Prima autem anima Elpenoris uenit ſocij:
Nondum enim ſepultus erat ſub terra lata,

Corpus

Ayuntamiento de Madrid

Corpus enim in domo Circæs reliquimus nos
Infletum,& inſepultum,quoniam labor alius urgebat:
Hunc qdē ego lachrymatus ſum uidens, miſertusq; ſū aïo,
Et ipſum clamando uerba uelocia alloqutus ſum:
Elpenor,quomodo ueniſti ſub caliginem obſcuram:
Præueniſti pedes exiſtens,quàm ego cum naui nigra?
Sic dixi:hic autem mihi lugens reſpondit uerbo:
Nobilis Laërtiade,prudens Vlyſſe,
Nocuit mihi dei fatum malum,& multum uinum:
Circæs autem in domo dormiens, non animaduerti
Me retrogradū deſcendere eundo per ſcalam longam,
Sed contra murum cecidi:aſt autem mihi ceruix
Neruorum fracta eſt:anima autē in infernū deſcendit:
Nunc autē his qui uēturi ſunt poſteà precor nō præſētibus
Per uxorem & patrem, qui educauit paruum exiſtentē,
Telemachumq;,quem ſolum in domibus reliquiſti.
Scio enim quòd hinc iens domo ex inferni
Inſulam in Aeæam impellens benefabricatam nauim:
Tunc te poſteà Rex iubeo recordari mei
Ne me infletum,inſepultum,abiens retrò,relinquas
Separatus,ne deorum ira fiam:
Sed me combure cum armis quæcunq; mihi ſunt,
Sepulchrumq; mihi accumula cani in littore maris,
Viri infelicis,& cuius apud poſteros fama ſit:
Hæcq; mihi perfice,figeq; in ſepulchro remum,
Quo & uiuus remigabam exiſtens cum meis ſocijs.
Sic dixit:at ego ipſum ,reſpondens,alloqutus ſum:
Hæc tibi infelix perficiamq; & faciam:
Nos quidem ſic uerbis reſpondentes moleſtis
Sedebamus:ego qdē ſepatim ſupra ſanguinē enſē tenebā:

Idolum

Ayuntamiento de Madrid

Idolum autem ex altera parte ſocij multa loquebatur:
Venit autem inſuper anima matris mortuæ
Autolyci filia magnanimi Anticlea, *Vmbra Anticleæ matris Vlyßis.*
Quam uiuam dereliqui iens ad Ilium ſacrum,
Hãc qdẽ ego lachrymatus ſum uidens, miſertusq́; ſũ aĩo:
Sed neq; ſic ſiui priorem licet ualde dolens
Sanguinem prope ire, antequàm Tireſiam audirem:
Venit autem inſuper anima Thebani Tireſiæ,
Aureum ſceptrũ tenens, me autem nouit, & allocuta eſt:
Cur iterum ô infelix linquens lumen Solis
Veniſti, ut uideas mortuos, & iniucundam regionem?
Sed recede à foſſa, remoue autem enſem acutum,
Sanguinem ut bibam, & tibi uera dicam.
Sic dixit: ego autem retrocedens, enſem argenteum
Vagina incluſi: hic autem poſtquã bibit ſanguinẽ nigrũ,
Et tunc iam me uerbis allocutus eſt uates uerus: *Tireſiæ umbra Vlyßi omnem itineris ſucceſſum præſagit.*
Reditum quæris dulcem illuſtris Vlyſſe:
Hunc autem tibi difficilem faciet Deus, non enim puto
Latere Neptunum, quam iram impoſuit animo
Iratus, ꝙ ei filium dilectum excæcaſti:
Sed tamen & ſic mala licet paßi peruenietis,
Si uolueris tuum animum continere & ſociorum.
Quando iam primum applicabis benefabricatam nauem
Thrinaciæ inſulæ profugiens nigrum pontum:
Paſcentes autem inuenietis boues, & pingues oues
Solis, qui omnia uidet, & omnia audit,
Quas ſiquidem & innocuos ſines, reditumq́; curabis:
Vtiq; in Ithacam mala licet paßi peruenietis,
Sin autem lædes, tunc tibi uaticinor mortem
Nauiq; & ſocijs: ipſe autem, licet fuges,

Serò

*Serò male ibis,perdens omnes ſocios*
*Naui in aliena:offendes autem incommoda domi,*
*Viros proteruos,qui tibi uictum edunt,*
*Petentes diuinam uxorem,& dotes dantes:*
*Sed certe illorum uiolentiam ulciſceris profectus.*
*Sed poſtquàm procos in domibus tuis*
*Interfeceris,uel dolo,uel palàm acuto enſe,*
*Ibis poſteà capiens remigabilem remum,*
*Donec ad illos perueneris,qui neſciunt mare:*
*Viri,neq; ſale mixtum cibum edunt,*
*Neq; utiq; ſciunt naues purpureas proras habentes,*
*Neq; nauigabiles remos, qui alæ nauibus ſunt:*
*Signum autem tibi dicam ualde apertum,neq; te fallet:*
*Quando tibi obuiàm factus alius uiator*
*Apparebit flabrum habere in ſplendido humero,*
*Et tunc iam terræ figens nauigabilem remum,*
*Faciens ſacra bona Neptuno regi,*
*Agnum,taurumq́;,porcorumq́; cuſtodem aprum,*
*Domum ibis,ſacrifica ſacras hecatombas*
*Immortalibus Deis,qui cœlum latum habitant,*
*Omnibus ualde ritè:mors autem tibi ex mari ipſo*
*Imbecillis ualde talis ueniet,quæ te perimet*
*Senectute ſub matura conſtitutum:circùm autem populi*
*Diuites erunt:hæc autem tibi uera dico.*
*Sic dixit:at ego ipſum,reſpondens,allocutus ſum:*
*Tireſia,hæc qdē quoqũo filis parcarū decreuere Dij ipſi:*
*Sed agè mihi hoc dic,& uerè narra:*
*Matris uideo animam mortuæ,*
*Hæc dolens ſedet prope ſanguinem,neq; ſuum filium*
*Poteſt contra uidere, neq; alloqui:*

Dic

Ayuntamiento de Madrid

Dic Rex,quomodò me cognoſcet talem exiſtentem.
  Sic dixi:hic autem me rurſus reſpondens,allocutus eſt:
Facile tibi uerbum dicam,& in mentibus ponam:
Quemcunq; quidem permittes cadauerum mortuorum
Sanguinem prope uenire,hic tibi uerum dicet:
Cui inuidebis,hic tibi rurſus ibit retrò.
  Sic dicens,anima quidem iuit domum inferni intra
Tireſiæ Regis,poſtquàm uaticinia dixit:
At ego illic manſi firmiter,quouſq; mater
Venit,& bibit ſanguinem nigrum,ſtatim autē cognouit,
Et me plorans uerbis pennatis allocuta eſt:
  Fili mi, quomodo ueniſti ſub caliginem atram,
Viuens exiſtens:difficile autem hæc uiuis uideri.
In medio enim magni fluuij,& grauia fluenta:
Oceanus quidem primum,quem nullomodo eſt tranſire
Pedeſtrem exiſtentem,niſi habeat bene fabricatā nauim:
Nunquid nunc Troiâ errans huc uenis
Cum naui, & ſocijs multo pòſt tempore? neq; dum iuiſti
In Ithacam?neq; uidiſti in domibus uxorem?
  Sic dixit:at ego ipſam reſpondens,allocutus ſum:
Mater mea,neceßitas me deduxit ad inferos,
Animam interrogaturum Thebani Tireſiæ.
Non enim propè ueni Achæida,neq̃; meam
Terram adiui:ſed ſemper habens erro ærumnam,
Ex quo primū ſecutus ſum Agamemnonem diuinum
Ad Iliū, bonosequoshabens, ut cū Troianis pugnarem.
Sed agè mihi hoc dic,& uerè narra:
Quæ te parca domuit aſpera mortis?
Nunquid longus morbus? an Diana ſagittis gaudens
Suis ſplendidis telis inuadens interfecit?

Anticlea mater Vlyſſem alloquitur.

Dic

Ayuntamiento de Madrid

Vlyſſes quærit ex matre cõditionem uxoris, filij & patris.

Dic mihi de patre, filio, quem reliqui,
An adhuc apud illos meus honor? an iam
Virorum alius habet? me autẽ non amplius dicunt redire:
Dic autem mihi nuptæ uxoris uoluntatemq; mentemq;:
An manet apud puerum, & firmiter omnia ſeruat?
An iam ipſam uxorem duxit Achiuorũ aliquis optimas?
Sic dixi: hæc autem ſtatim reſpondit pudica mater:
Et ualde illa manet patienti animo
Tuis in domibus, ærumnæ eam ſemper
Corrumpunt, noctesq; & dies lachrymantem.
Tuũ aũt nondũ quis habet pulchrum honorẽ: ſed tacitus
Telemachus delubra habitat, & conuiuia æqualia
Conuiuatur, ut decet iudicem uirum ſapere.
(Omnes enim uocant) pater autem tuus illic manet
In agro, neq; ciuitatem adit, neq; ei lecti,
Thalami, & chlænæ, & ſtragula alta:
Sed hic hyeme quidem dormit, ubi ſerui in domo
In cinere prope ignẽ: malus aũt corpore ueſtes indutus eſt.
At poſtquàm uenit æſtasq;, & germinans autumnus,
Vbiq; ei in terra fertilis uineæ,
Folijs declinatis humiles poſiti ſunt lecti,
Vbi hic iacet dolens, magnũ aũt mentibus dolorem auget,
Tuam mortẽ lugens: difficilẽ aũt ad ſenectutem peruenit;
Sic enim & ego perdita ſum, & mortem ſecuta ſum:
Neq; me in domibus pulchra Diana
Suis ſplendidis telis petens occidit:
Neq; aliquis igitur mihi morbus aduenit, qui maximè
Tabe odioſa membris abſtulit animum,
Sed me tuumq; deſyderiũ, tuæq; curæ, illuſtris Vlyſſe,
Tuaq; modeſtia, dulcem animum abſtulit.

Sic

Ayuntamiento de Madrid

Sic dixit:at ego uolebam mentibus cogitans
Matris meæ animam capere mortuæ:
Ter quidem irrui,capereq́; me animus iußit,
Ter autem mihi ex manibus umbræ ſimilis & ſomno
Euolauit:mihi aũt dolor grauis factus eſt ĩ corde magis,
Et ad ipſam uocando uerba ueloca dixi:
Mater mea,cur me non expectas capere uolentem,
Vt & in inferno dilectas manus implicantes
Ambas,horrido ſaturemur luctu?
Nunquid mihi aliquod idolũ hoc illuſtris Proſerpina
Excitauit,ut etiam magis lugens ſuſpirem?

Vlyßes conatus matrẽ ãplecti,fruſtratur.

Sic dixi:hæc autem ſtatim reſpondit ueneranda mater:
Hei mihi fili mi ſuper omnes infelix uiros,
Non te Proſerpina Iouis filia decepit,
Sed ipſa lex eſt hominum,quando moriuntur.
Non enim amplius carnesq́;,& oſſa nerui habent,
Sed hæc quidem ignis magna uis ardentis
Corrumpit,quando primùm liquit alba oſſa animus:
Anima autem tanquàm ſomnium uolans euolat:
Sed lumen citißime deſyderat:hæc autem omnia
Scias,ut & in futurum tuæ dicas uxori.

Mater Vlyßi.

Nos quidem ſic uerbis colloquebamur,& mulieres
Venerunt:mouit enim illuſtris Proſerpina
Quotquot optimorum uxores fuerant & filiæ:
Hæ ãt circum ſanguinem nigrũ denſæ cõgregatæ ſunt.
At ego conſului quomodò interrogarem ſingulas:
Hoc autem mihi in animo optimum uiſum eſt conſilium,
Trahens longum enſem forti à fœmore
Non ſiui bibere ſimul omnes ſanguinem nigrum:
Hæ autem una poſt aliam iuerunt,& unaquæq;

Suam

Ayuntamiento de Madrid

Suam generationem dixit:at ego autem interrogaui oẽs:
Tyro. Tunc primam Tyro uidi bonopatre natam:
Hæc dixit Salmonei illuſtris ſe filiam eſſe:
Dixit autem Crethei uxorem fuiſſe Aeolidæ:
Enipeus fluuius. Hæc fluuium amauit Enipeum diuinum,
Qui longè pulcherrimus fluuiorum per terram fluit,
Et in Enipeum uoluuntur pulchra fluenta.
In hunc ingreſſus terramquatiens Neptunus,
In hoſtio fluuij dormiuit uorticoſi:
Purpurea autem unda circumſtetit monti ſimilis
Curuata,cooperuitq́; Deum,mortalemq́; mulierem:
Soluit autem uirginalem zonam,ſomnumq́; infudit.
At poſtquàm perfecit Deus amoris opera,
Eam tetigit manu,uerbumq́; dixit,& compellauit:
  Gaude mulier:perfecto autem anno
Paries ſplendidos filios,quoniam non uani concubitus
Immortalium:tu autem hos nutri atq́; educa:
Nunc autem uade ad domum,& contine,neq́; nomines:
At ego ſum Neptunus quatiensterram.
  Sic dicens,ſub pontum ingreſſus eſt undoſum:
Pelias. Hæc autem grauida Peliam peperit,& Nelum:
Neleus. Hi fortes famuli Iouis magni facti ſunt
Ambo:Pelias quidem in lata Iaolco
Aeſon. Habitauit pecoris diues: ille autem in Pylo arenoſa:
Pheretes. Hos autem alios Cretheo peperit Regina mulierum
Amythaon. Aeſonemq́;,& Pheretem,Amythaonemq́; equis gaudentẽ.
Antiope. Hanc autem poſt Antiopem uidi Aſopi filiam:
Hæc autem & Iouis gloriabatur in ulnis dormiuiſſe,
Amphion. Et habuit duos filios, Amphionemq́; Zethumq́;, (tis,
Zethus. Qui primi Thebes ſũdamẽtũ iecerũt ſeptẽportas haben-

Turres

Ayuntamiento de Madrid

Turreſq; fecerunt: quoniam non nonturritam poterant
Habitare latam Thebem, fortes licet exiſtentes.
Hāc aūt poſt Alcmenam uidi Amphytrionis uxorem: Alcmena.
Hæc autem Heraclem audacem animum leonis habentem
Genuit, in ulnis Iouis magni miſta.
Et Megarem Creontis magnanimi filiam, Megera.
Quā habuit Amphytriōis filius fortitudine ſp̄ indomitus:
Matrémq; Oedipodis uidi pulchram Epicaſtam: Epicaſta.
Hæc magnum opus fecit ignorantia mentis,
Nupta ſuo filio: hic autem ſuum patrem interficiens
Vxorem duxit: uerū inaudita Dei fecerunt hominibus:
Sed hic quidem Thebis multa exp̄tus mala paſſus eſt,
Cadmeis imperauit Deorum iratos propter animos.
Hæc autem iuit in infernum portas habentem fortes,
Suſpenſa fune alto ab alta trabe,
Proprio dolore uicta: huic dolores reliquit in futurum
Multos ualde, quotquot matris furiæ ſolent perficere.
Et Chlorin uidi perpulchram, quam quondam Neleus Chloris.
Vxorē duxit ſuā pp̄ pulchritudinē, poſtq̄ præbuit ingentem dotem,
Iuniorē filiā Amphionis Iaſidæ,
Qui aliquādo in Orchomeno Minyeo fortiter imperauit,
Et Pylo regnauit: peperit autem ei illuſtres filios,
Neſtorēq;, Chromiúmque, Periclymenūq; magnanimum.
Ad hos etiam optima Pero peperit admirabilē hoībus. Pero.
Hanc omnes petebant uxorem uicini: neque Neleus
Vlli dabat, qui non curuas boues latas frontes habentes
Ex Philace abigeret à ui Iphiclea
Difficiles, quas ſolus promiſit uates egregius
Abigere: graue autem Dei fatum ligauit,
Vinculáque difficilia, & bubulci ſylueſtres:

N Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed quando iam menſesq;, & dies completi ſunt
Statim perfecto anno, atq; affuerunt tempora,
Tunc ipſum ſoluit uis Iphiclea
Vaticinia omnia dicentem: Iouis aũt perfecta eſt uolũtas.
*Leda.*
Et Ledam uidi Tyndari uxorem:
Hæc ſub Tyndaro ſapientiſsimos peperit filios,
Caſtoremq; equorũ domitorem, & pugnis bonũ Pollucẽ,
Quos ambos uiuos tenet uiuificans terra:
Qui & in terra honorem à Ioue habentes,
Aliàs uiuunt per uices renaſcentes, aliàs rurſus
Moriuntur: honorem autem ſortiti ſunt æqualiter Deis.
*Iphimedea.*
Hanc poſt Iphimedeam Aluei uxorem
Vidi: hæc dicebat ſe cum Neptuno miſcuiſſe,
Et peperit duos filios, qui breuis æui fuerunt:
*Otus & Ephialtes.*
Otúmque diuinum, & ualde inclytum Ephialtem,
Quos longiſsimos nutriuit uitamdonans terra,
Et longè pulcherrimos poſt inclytum Oriona:
Nouem enim annorum cùm eſſent, nouem cubitorum erãt
Latitudine, at longitudine erant nouem paſſuum:
Hi & immortalibus minati ſunt in cœlo,
Pugnam ſtatuere impetuoſi belli,
Oſſam Olympo prompti erant ponere, & Oſſæ
Pelium excelſum, ut cœlum peruium eſſet:
Et perfeciſſent, ſi ad ætatis menſuram perueniſſent.
Sed ꝑdidit Iouis filius, quem pulchricoma pepit Latona,
Vtroſq;, antequã ipſis ſub temporibus lanugines barbæ
Florerent, uariarentq; genæ florenti lana.
*Phædra. Procris. Ariadna.*
Phædramq;, Procrimq; uidi, pulchramq; Ariadnam
Filiam Minois infelicis, quam quondam Theſeus
Ex Creta in terram Athenarum diuinarum

Duxit

Ayuntamiento de Madrid

Duxit quidē, ſed non potitus: antè āt ipſam Diana ſuſtulit
Diua in circunflua Bacchi teſtimonijs.
Mærámque, Clymenemq́; uidi, miſerámque Eriphylem, Mæra.
Quæ aurum dilecti uiri accepit pretioſum. Clymene.
Omnes autem non ego dicam, neque nominauerim, Eriphyle.
Quot heroum uxores uidi, & filias:
Priùs enim & nox deficiat immortalis: ſed & tempus
Cubandi, aut ad nauem celerem profectò ad ſocios,
Aut hîc: profectio autem Dijs, uobiſque curæ erit.
Sic dixit: hi autem omnes tacitè facti ſunt ſilentio:
Voluptate autem tenebantur in ædibus imbriferis.
His autem Arete albarumulnarum incepit ſermones: Arete Phæacenſibus.
Phæaces, cuiuſmodi uobis uir hic uidetur eſſe,
Formáque, magnitudineq́;, & mente intus æquabili?
Hoſpes āt rurſus meus eſt: unuſquiſq; āt ſortitus eſt preti-
Ideo ne feſtinantes dimittite, neque dona (oſa:
Sic indigenti negate: multæ enim uobis
Opes in ædibus, Deorum gratiâ iacent.
Hos autem allocutus eſt ſenex heros Echeneus,
Qui Phæacum uirorum ſenior erat:
O amici, non quidē uobis ſine ſapiētia, neq; ſine iudicio
Loquitur Regina perprudens, ſed parete:
Alcinoo autem ab hoc manat opúſque, uerbúmque.
Huic autem contrà Alcinous reſpondit, locutúſque eſt: Alcinous Vlyſſi.
Hoc quidem ſic iam erit uerbum, ſi ego
Viuus Phæacibus ſtudioſis nauigationis imperabo:
Hoſpes autem ſuſtineat, ualde licet reditum deſyderans:
Verumtamen permaneat ad craſtinum, quoàd omne
Donum perfecero: profectio autem uiris curæ erit
Oībus, maximè āt mihi, q̄ppe cuius poteſtas eſt in populo.



Ayuntamiento de Madrid

Huic autem reſpondens, allocutus eſt; prudens Vlyſſes:
Alánoë Rex omnium clariſsime populorum,
Si me & in annum iubeatis hîc manere,
Profectionémque maturetis, & ſplendida dona detis,
Et hoc uellem: & multo fructuoſius eſſet,
Maiore cum manu charam in patriam peruenire:
Et honeſtior & charior uiris eſſem
Omnibus, quot me Ithacam uiderent redeuntem.
Huic autem contrà Alánous reſpondit, locutúſq; eſt:
O Vlyſſes, non te exiſtimamus intuentes
Deceptorémque eſſe, & doloſum, ut multos
Paſcit terra nigra frequentes homines,
Mendaciáque ferentes, unde quis neque uiderit:
Tibi aũt eſt pulchritudo uerborum: eſt aũt mens bona:
Sermonem autem tanquàm poëta ſcienter dixiſti
Omniúmque Arguorum, tuóſque ipſius dolores triſtes.
Sed agè, hoc mihi dic, & uerè narra:
Si quos conferendorum Dijs ſociorũ uidiſti, qui teipſum
Ad Ilium comitati ſunt, & illic mortem ceperunt.
Nox hæc ualde longa, immenſa, neque dum hora
Cubandi in aula: tu autem mihi dic admirabilia opera:
Et in Auroram diuinam ſuſtinerem, cùm mihi tu
Ferres in aula tuos dolores loqui.
Huic autem reſpondẽs, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Alánoë Rex omnium clariſsime populorum,
Hora quidem multorum uerborum, hora autẽ & ſomni.
Si autem adhuc audire cupis, neque ego
Hæc tibi inuidebo, & miſerrima alia dicere
Mala meorum ſociorum qui ponè perierunt:
Qui Troianorũ quidem ſubterfugerũt luctuoſum bellũ,

In re-

Ayuntamiento de Madrid

In reditu autem perierunt malæ cauſâ uxoris.
Sed poſtquàm animas quidem ſparſit ſeorſum aliò
Caſta Proſerpina mulierum fœminearum,
Acceßit uerò anima Agamemnonis Atridæ
Mœſta: circùm aũt aliæ congregatæ erant, quot cum ipſo
In domo Aegiſthi occiderunt, & mortem ceperunt.
Cognouit aũt ſtatim me ille poſtq̃ bibit ſanguinẽ nigrũ,
Flebat autem hic acriter, teneras lachrymas fundens,
Extendens in me manus, attingere cupiens:
Sed non enim ei ampliùs erat uis firma, neque uirtus,
Qualis anteà fuit curuabilibus membris.
Hũc q̄dem ego lachrymatus ſum uidẽs, miſertusq́; ſũ aĩo:
Et ipſum uocans uerba uelocia allocutus ſum:
Atride glorioſißime Rex uirorum Agamemnon,
Quæ te parca interfecit diuturnæ mortis?
Nunquid te in nauibus Neptunus domuit
Excitans dirorum uentorum magnum ſpiritum?
An te iniqui uiri læſerunt in terra
Boues circum cædentem, & ouium greges pulchros?
An pro urbe pugnantem? an mulieribus?
  Sic dixi: hic autem mihi ſtatim reſpõdens, allocutus eſt:
Iouenate Laërtide multiconſilij Vlyſſes, — *Agamemnonis umbra ſuum exitiũ Vlyßi refert.*
Neque me in nauibus Neptunus domuit,
Excitans dirorum uentorum magnum ſpiritum:
Neque me iniqui uiri læſerunt in terra:
Sed mihi Aegiſthus machinatus obitum, mortémque,
Interfecit cum pernicioſa uxore, domum uocans
Conuiuans, ut quis interfeciſſet bouem in præſepio.
Sic mortuus ſum miſerrima morte, circùm autẽ alij ſocij
Acriter interfecti ſunt tanquàm porci ferorum dentium,
Qui in diuitis uiri ualde potentis



Ayuntamiento de Madrid

Vel nuptijs,uel ſymbolo,uel conuiuio abundanti.
Iam quidem multorum uirorum cædi affuiſti
Singillatim interfectorum,& in forti pugna.
Sed illa maximè uidens doluiſti animo:
Sicque circum crateram,menſasq; plenas
Iacebamus in domo:pauimentum autem omne fumabat.
Triſtiſsimam autem audiui uocem Priami filiæ
Caſſandræ,quam interfecit Clytemneſtra doloſa
Prope me:at ego in terram manus extollens
Iactabam moriẽs ſuper enſe:hæc ãt caninos oculos habẽs
Diſceſsit:neque mihi pertulit eunti in infernum
Manibus oculos comprimere,óſque concludere,
Vt non acerbius,& caninius aliud muliere
Quæcunque iam talia in animum opera induxerit,
Quale & illa cogitauit opus inhoneſtum,
Iuueni machinans marito cædem:certè dixi
Iucundum filijs,& ſeruis meis
Domum me peruenire:ea uerò egregiè pernicioſa ſciẽs
Sibique dedecus infudit,& futuris pòſt
Fœmineis mulieribus,& quæ benefica eſſet.
Sic dixit:at ego ipſi reſpondens,locutus ſum:
O papè,certè ualde iam genus Atrei lateſonans Iupiter
Terribiliter odit muliebria propter conſilia.
A principio Helenæ quidẽ perditi ſumus gratiâ multi:
Tibi autem Clytemneſtra inſidias ſtruxit abſenti.
Sic dixi:hic autem mihi ſtatim reſpondẽs,allocutus eſt:
Ideo nunquam & tu mulieri benignus ſis:
Neque ei conſilium omne dic,quod bene ſcias:
Sed hoc quidem dic,illud autem occultum ſit.
Sed non tibi Vlyſſes cædes erit ab uxore:

Caſſandræ cædes.

Clytemneſtræ ſæuitia

Contra uxores.

Vxori non temerè credendum.

Nimis

Nimis enim prudenſq́;,& bene mente conſilia nouit
Filia Icarij ſapientiſſima Penelope.
Certè quidem ipſam puellam reliquimus nos
Petentes militiam:filius autem ei erat in ubere
Infans,qui nunc in uirorum eſt numero
Felix:certè enim hunc pater charus uidebit rediens:
Et ille patrem amplectetur,ſicut æquum eſt.
Hæc autem mea neque filio ſatiari uxor
Oculis permiſit:priùs autem me interfecit & ipſum.
Aliud autem tibi dico,tu autem in animum induc tuum:
Clàm,neque palàm charam in patriam terram
Nauem ſiſtere,quoniam non ampliùs fides mulieribus.
Sed agè mihi hoc dic,& uerè narra:
Vbi nam adhuc uiuere auditis filium meum?
An in Orchomeno,an in Pylo arenoſa?
An apud Menelaum in Sparta ſpatioſa?
Non enim adhuc mortuus eſt in terra diuinus Oreſtes.
Sic dixit:at ego ipſi reſpondens,locutus ſum:
Atride,cur me hæc interrogas?neque quicquam ſcio,
Viuat ille,an mortuus ſit:malum autem,incerta dicere.
Nos quidem ſic uerbis reſpondentes inuiſis
Stetimus dolentes,calidas lachrymas effundentes.
Venit autem inſuper anima Pelidæ Achillis,
Et Patrocli,& perfecti Antilochi,
Aiacisq́;,qui optimus fuit ſpeciéque corpòreque
Aliorum Danaorum,poſt ſtrenuum Achillem.
Cognouit autem anima me uelocis pedibus Aeacidæ:
Et gemens uerba uelocia locuta eſt:
Iouenate Laërtiade,uerſute Vlyſſes,
Miſer,cur etiam maius in mente cogitaſti opus? Achillis anima Vlyſſi

Quomodò potuiſti in infernum deſcendere?ubi mortui
Inſcientes habitant hominum idola agentium.
Sic dixit:at ego ipſi reſpondens,locutus ſum:
O Achilles Pelei fili multùm optime Achiuorum,
Veni Tireſiæ propter uſum,ſi quod conſilium
Dicat,quomodò Ithacam in aſperam uadam.
Non enim prope iui Achaidam,neque noſtram
Terram adiui,ſed ſemper habeo mala:te aũt Achilles
Nullus uir antè hàc beatior,neque in poſterum.
Anteà quidẽ.n.te uiuentę honorauimus æqualiter Deis
Argiui:nunc rurſus ualde dominaris mortuis
Hîc habitans:ideò non mortuus triſtare Achilles.
Sic dixi:hic autem mihi ſtatim reſpondens,locutus eſt:
Ne iam mihi mortem commemora illuſtris Vlyſſes:
Vellem & ruſticus eſſe,& ſeruire alij
Viro inopi,cui non facultates multæ eſſent,
Quàm omnibus mortuis corruptis imperare.
Sed agè mihi de tuo nato illuſtri uerba fac:
Num ſecutus eſt in bellũ,propugnator ut eẽt?aut ẽt non?
Dic autem mihi de Peleo inculpato ſiquid audiuiſti:
An adhuc habet honorem multos apud Myrmidonas?
An ipſum uituperant per Græciam,Phthiámque?
Quoniam ipſum ſenectus detinet manibusq́; pedibusq́;.
Non enim ego auxiliator ſub radijs ſolis
Talis exiſtens,qualis quondam in Troia lata
Interfeci populum optimum,opitulans Argiuis.
Si talis autem irem paululum in patris domum,
Illi afferrem uim,& manus incolumes,
Qui illum uiolant,prohibéntque ab honore.
Sic dixit:at ego ipſi reſpondens,locutus ſum:

Certè

Ayuntamiento de Madrid

Certè quidem de Peleo inculpato nihil audiui:
At de filio Neoptolemo dilecto
Omnem ueritatem dicam, ut me iubes.
Ipſe enim illum ego caua in naui æquali
Duxi ex Scyro poſt bellicoſos Achiuos:
Certè quãdo circa ciuitatem Troiã cõſultaremus cõſilia
Semper primus dicebat, & non errabat uerbis:
Neſtórque diuinus, & ego contendebamus ſoli.
At quãdo circum ciuitatem Troiã pugnaremus Achiui,
Nunquam in multitudine manebat uirorũ, neq; in cœtu,
Sed multùm procurrebat ſuo robore nulli cedens:
Multos autem uiros interfecit in moleſta pugna.
Omnes autem non ego dixerim, neque nominarim,
Quantum populum interfecit auxilians Arguis:
Sed qualem Telephidem interfecit ferro,
Heroa Eurypilum: multi autem circum ipſum ſocij
Myſij interfecti ſunt muliebrium gratiâ donorum.
Illum iam optimum uidi poſt Memnonem diuinum.
At quando in equũ deſcendimus, quẽ laborauit Epeus,
Arguorum optimi, mihi autem omnia demandata erant,
Et uerſare callidum dolum, & imponere:
Ibi alij Danaorum duces & gubernatores
Lachrymaſq; abſtergebãt, tremebantq; genua uniuſcuiuſq;:
Illum nunquam prorſus ego uidi oculis,
Neque palleſcentem colore pulchro, neque genis
Lachrymas abſtergentẽ: is aũt me ualde multũ rogabat
Ex equo exire: enſis autem quærebat manubrium,
Et lanceam ære grauem: mala aũt Troianis moliebatur.
Sed cùm iam Priami ciuitatem euertimus altam,
Sortem, & præmium bonum habens nauem conſcendit

Neoptolemus.

Eurypilus Telephi filius.

Soſpes,

Soſpes,neque percuſſus acuto ferro,
Neque per ſe uulneratus qualia multa
Fiunt in bello:confuſè autem furit Mars.
Sic dixi:anima autem pedibus uelocis Aeacidæ
Ibat magnis paßibus incedens per herboſum pratum
Lætitia,quòd ſuum filium putabat excellentem eſſe.
Verùm aliæ animæ mortuorum defunctorum
Stetere dolentes:dicebant autem dolores unaquæque.
Sola autem Aiacis anima Telamoniadæ

Aiacis anima.

Seorſum ſtabat irata,propter uictoriam,
Qua ipſum ego uiâ litigans apud naues
De armis Achillis:poſuit autem ueneranda mater.
Filij autem Troianorũ iudicauerunt,& Pallas Minerua.
Vtinam non contigiſſet mihi uincere tali in certamine:
Tale enim caput propter illa terra compreßit
Aiacem,qui ſupra q̃dem ſpecie ſupraq; opibus factus erat
Alios Danaos poſt ſtrenuum Pelidem:
Hunc quidem ego uerbis allocutus ſum mellitis:

Vlyſſes ad Aiacis umbram.

Aiax fili Telamonis ſtrenui,non debebas
Neque mortuus obliuiſci in me iræ propter arma
Pernicioſa:hæc aũt detrimentum Dei poſuerũt Achiuis.
Talis enim ipſis turris perijſti:te autem Achiui
Non minus Achillis capite Pelidæ
Dolebamus orbati prorſus:neque aliquis alius
Cauſa,ſed Iupiter Danaorum exercitum bellicoſorum.
Vehementer odit:in tuum autem interitum contulit.
Sed agè huc rex,ut uerbum & ſermonem audias
Noſtrum:doma autem feritatem,& ſuperbum animum.
Sic dixi:hic autem mihi nihil reſpõdit:iuit aũt ad alias
Animas in Erebum mortuorum defunctorum.

Tunc

Ayuntamiento de Madrid

Tunc tamen allocutus eſt iratus, certè ego hunc:
Sed meus uoluit animus in pectore charo
Aliorum animas uidere defunctorum:
Ibi certè Minoën uidi Iouis illuſtrem filium, Minos.
Aureum ſceptrum tenentem, iura dantem mortuis
Sedentem: illi uerò ipſum circũ iura poſtulabant Regem,
Sedentes ſtatuti in latarum portarum inferni domo.
Poſt hunc autem Orionem magnum animaduerti, Orion.
Feras ſimul uertentem per herboſum pratum,
Quas ipſe interfecit in ſolitarijs montibus,
Manibus tenens fuſtem totum ferreum ſemper infractum.
Et Tytium uidi terræ pergloriosæ filium Tytius.
Iacentem in ſolo: hic autem in nouem iacebat iugera:
Vultures autem ipſum utrinq; aßidentes iecur tondebãt
Viſcera dolore afficiẽtes: hic aũt non tuebatur manibus.
Latonam enim læſit Iouis uenerandam concubinam
Ad Pytho uenientem per amœnum Panopea.
Et quidem Tantalum uidi duros dolores ferentem, Tantalus.
Statutum in palude: hæc autem appropinquauit mento:
Stabat autem ſitiens, potum autem non habebat capere.
Quoties enim inclinabatur ſenex bibere uolens,
Toties aqua peribat abſorpta: circa autem pedes
Terra nigra apparebat: ſiccabat autem Deus.
Arbores autem excelſæ de uirtice effundebant fructum,
Piri, & malipunicæ, & pomi ſplendidorum fructuum:
Ficúſque dulces, & oliuæ uireſcentes.
Has quando pergebat ſenex in manibus ut caperet,
Has uentus iactabat ad nebulas umbroſas.
Et quidem Siſyphum uidi duros dolores ferentem, Siſyphus.
Lapidem ferentem maximum utriſque manibus.

Certè

Certè hic quidem innitens manibúſque pedibúſque
Lapidē ſurſum impellebat ad cacumen:ſed cū iam propè
Verticem ſuperaret,tunc auertebatur ualida uis,
Rurſus poſteà ad campum uoluebatur lapis immenſus:
Hercules. At hic iterum impellebat extenſus,ſudor autem
Hebe. Fluebat è membris,puluis de capite cadebat.
Poſt hunc autem animaduerti uim Herculeam,
Simulachrum:ipſe autem cum immortalibus Deis
Delectatur in conuiuio:& habet pulchrorū talorū Hebē
Filiam Iouis magni,& Iunonis aureicalciamenti.
Circa autem ipſum uox mortuorum erat auium tanquā
Vndique citatorum:hic autem tenebroſæ nocti ſimilis
Nudum arcum tenens,& in neruo ſagittam,
Acriter intuens ſemper iacienti ſimilis:
Maximus autem illi circum ad pectus balteus,
Aureum erat lorum,ubi diuina opera laborata erant,
Vrſiq;,ſyluestréſque porci,horribiléſque leones,
Pugnæq;,præliáque,cædéſque,uirorúmque uulnera.
Non opifex,neque aliud quid fabricatus eſſet,
Qui illud ſcutum ſua fabricatus eſt arte.
Cognouit autem ſtatim ille poſtquàm uidit oculis,
Et mihi lugens uerba uelocia locutus eſt:
Hercules Vlyßi. Iouenate Laërtiade prudens Vlyſſes,
Heu miſer,certè aliquam & tu malam mortem agis,
Quam ego tuli ſub radijs ſolis:
Iouis quidem filius fui Saturnij,at ærumnam
Tuli magnam.ualde enim multum peiori uiro
Domitus ſum:hic autem mihi difficilia īpoſuit certamina
Et quondā me huc miſit canem abducturū:nō .n. amplius
Cogitauit hoc mihi difficilius eſſe certamen: (aliud
Hunc

Ayuntamiento de Madrid

Hunc quidem ego tuli,& duxi ex inferno.
Mercurius autem me miſit & cæſiorũoculorũ Minerua.
Sic dicens,ipſe quidem rurſus iuit domum inferni intra:
At ego illic manſi firmiter,ſiquis adhuc ueniret
Virorum heroum,qui iam antea perierant:
Et adhuc ſuperiores uidi uiros quos uolebam,
Theſeum,Pirithoúmque deorum pergloriosos filios. Theſei umbra
Sed antè greges congregati fuerunt infiniti mortuorum
Clamore magno:me autem nouus timor cepit:
Ne mihi Gorgoneum caput grauis monſtri
Ex inferno mitteret illuſtris Proſerpina.
Statim inde ad nauem iens iuſsi ſocios
Ipſóſque conſcendere,funéſque reſoluere.
Hi autem ſtatim ingreſsi ſunt,& in ſedibus ſederunt.
Hanc autem in Oceanum fluuium tulit unda fluxus,
Primùm quidem remigatio,poſteà autem optimus uentus.

## ARGVMENTVM.M. HOMERI COMPOSITIONIS.

NArrat ex inferno factum ipſi reditum ad Circem,et quomodò præter Sirenas nauigauit, & errantes petras Scyllámque & Charybdin: & ipſius nauis & ſociorum iacturam interficientium quoſdam ex Solis bobus: & quomodò ſolus ſuper ligno à Calypſo euaſit.



Ayuntamiento de Madrid

## ARGVMENTVM .M. HOMERI COMPOSITIONIS.

*My Sirenas tenet, & errantes, & boues Solis.*

AT poſtquàm fluminis liquit fluctum Oceani
Nauis, peruenitq́; unda maris lati
Inſulam in Aeæan, ubi Auroræ uernenæ
Domus & ædes ſunt, & ortus Solis.

Reditus ab inferis ad Circem.

Nauem quidem illuc perueniẽtes applicuimus in arenis:
Verùm & ipſi exiuimus in littore maris:
Illic autem dormientes expectauimus Auroram diuinã.
Quãdo ãt matutina apparuit roſeos digitos habẽs aurora
Iam tunc ego ſocios præmiſi in domos Circes,

Elpenor tumulatur.

Portatum cadauer, Elpenorem mortuum.
Ramos autem ſtatim incidẽtes, ubi extremũ prominet lit
Sepelimus dolentes ſalſas lachrymas effundentes. (tus,
Sed poſtquàm cadauer combuſtum eſt, & arma mortui,
Tumulum fundentes, & columnam erigentes,
Fiximus in ſupremo tumulo aptum remum.
Nos quidem ſingula gubernauimus, neq; uerò Circem
Ex inferno redeuntes latuimus: ſed ualde citò

Circe præſagit futura pericula.

Venit parata. ſimul autem famulæ ferebant cum ipſa
Panem, & carnes multas, & calidum uinum rubrum.
Illa uerò in medio ſtans locuta eſt diua Dearum:
Miſeri, qui uiuentes ſubiuiſtis domum inferni,
Bis mortui, cùm alij ſemel moriantur homines.

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed agitè,comedite cibum,& bibite uinum:
Rurſus per diem unà cum Aurora apparente
Nauigabitis:at ego oſtendam uiam,& ſingula
Significabo,ut non malo conſilio triſti,
Vel mari,uel in terra doleatis læſionem patientes.
Sic dixit:nobis ãt contrà pſuaſus eſt animus ſtrenuus.
Sic tunc quidem per totum diem in Solem occidentem
Sedebamus epulantes carnesq; multas,& uinum dulce.
Cùm uerò Sol òccidit,& nox ſuperuenit,
Illi quidem accubuerunt apud funes nauis.
Ipſa aũt me manu cõprehendens dilectis ſeorſum à ſocijs
Collocauit,& affata eſt,& requiſiuit ſingula.
At ego huic omnia per ordinem narraui:
Et tunc iam me uerbis allocuta eſt ueneranda Circe.
Hæc quidem ſic omnia tranſacta ſunt:tu autem audi,
Vt tibi ego dico:admonebit autem te & Deus ipſe:
Sirenas quidem primùm adibis,quæ omnes
Homines leniunt quicunque ipſas adit:
Quicunq; imprudentiâ appulerit,& uocem audierit
Sirenum,huic nihil uxor,& fatui pueri
Domum redeunti aſtant,neque lætantur:
Sed Sirenes ſtridulo leniunt cantu
Sedentes in prato:multus circùm ex oſsibus cumulus
Virorum marceſcentium,circùm aũt pelles diminuũtur.
Sed ultrà age,aures etiam obtura ſociorum,
Ceram molliens mellitam,nequis audiat
Aliorum:at ipſe audire ſi uolueris,
Ligent tibi in naui ueloci manúſque pedéſque
Rectum ad malum:ex autem ipſo funes deligentur:
Vt delectatus uocem audias Sirenum.

Si autem

Ayuntamiento de Madrid

Si autem obſecrabis ſocios,ſoluerêque iubebis:
Ipſi uerò pluribus tunc uinculis illigent.
At poſtquàm has pertranſierint ſocij:
Tunc tibi non amplius prætereà longius dicam,
*Cyanea ſaxa.*
Vtra iam tibi uia erit:ſed & ipſe
Animo cogita,dicam autem tibi utrinque:
Hinc quidem enim petræ altæ:apud autem ipſas
Vnda magna reſonat cærulei maris:
Erratiles has iam Dei beati uocant.
Illac quidem,neque uolucres prætereunt,neque columbæ
Timidæ,quæ ambroſiam Ioui patri ferunt:
Sed & has ſemper aufert leuis petra:
Sed aliam addit Iupiter numeratam eſſe,
Illac aũt nũquam aliqua nauis fugit uirorũ quæ accedat:
Sed ſimul tabulasq́; nauium,& corpora uirorum
Vndæ maris portant,igniſque pernitioſi procellæ:
Sola illa præternauigauit per mareiens nauis
Argo omnibus curæ ab Aeeta nauigans.
*Deſcribitur Scylla à Circe.*
Et hanc huc citò iecit magnas ad petras:
Sed Iuno prætermiſit,quoniam amicus erat Iaſon.
Hi aũt duo ſcopuli:hic quidẽ in cœlum latum peruenit
Acuto uertice,nebula autem ipſum circuit
Cæca:hæc quidẽ nunquã recedit,neque unquã ſerenitas
Illius tenet uerticem,neque in æſtate,neque in autumno,
Neque conſcendat mortalis uir,non deſcendat,
Neque ſi illi manus uiginti,& pedes eſſent.
Petra enim leuis eſt deraſæ ſimilis:
Medio autem in ſcopulo eſt ſpelunca obſcura
Ad caliginem in Erebum uerſa,quo uos
Nauem concauam dirigite,illuſtris Vlyſſes:

Neque

Ayuntamiento de Madrid

Neq; ex naue concaua iuuenis uir
Arcu iaculans concauam ſpeluncam intret:
Illic autem intus Scylla habitat grauiter clamans:
Cuius enim uox quidem quanta catulæ nouellæ
Fit:ipſa autem monſtrum malum,neq; aliquis ipſam
Lætaretur uidens,neq; ſi Deus congrederetur.
Huius enim pedes ſunt duodecim omnes deformes:
Sex autem ei colla prælonga:in autem unoquoq;
Terribile caput:in eo autem triumordinum dentes
Denſi,& frequentes,pleni nigræ mortis:
Media quidem in ſpelunca caua merſa eſt:
Foràs autem extollit caput grauis baratri:
Illic autem piſcatur ſcopulum circum prompta
Delphinesq;,caneſq;,& ſicubi maius caperet
Cetus,quæ infinita alit ſonorum mare:
Illic autem nondum unquam nautæ illæſi gloriantur
Fugiſſe cum naui:portat autem in capite ſingulo
Virum eripiens naui nigra prora.
Alium autem ſcopulum humiliorem uidebis Vlyſſes
Propè inter ſe,& periaculare rere: Charybdis.
Hic autem ficus ineſt magna folijs pullulans:
Hac autem ſub diuina Charybdis reſorbet nigrā aquam.
Ter quidem enim emittit in die,ter autem reſorbet
Arduè,non tu ibi aduenias quando abſorbet.
Non enim liberarit te à malo neq; Neptunus,
Sed ualde Scyllæ ſcopulo applicans cito
Nauem expelle,quoniam multo melius eſt
Sex ſocios in naui deſyderare,quàm ſimul omnes.
Sic dixit: at ego illi reſpondens,locutus ſum:
Eia agè,iam mihi hoc Dea uerum dic:



Ayuntamiento de Madrid

Si quomodò pernitioſam fugiam Charybdin,
Huic etiam repugnem,quando mihi lædat ſocios.
  Sic dixi:hæc autem ſtatim reſpondit diua Dearum:
O miſer,& rurſus bellicoſa opera ſunt curæ
Et labor?neq; Deis concedes immortalibus?
Hæc autem non mortalis,ſed immortale malum eſt,
Durumq;,difficileq;, & agreſte,neq; repugnabile:
Neq; aliqua eſt poteſtas fugere potiſsimum ab ipſa.
Si enim contaberis armatus aduerſus petram,
Timeo ne te rurſus adorta,conſequatur,
Tot capitibus tot & uiros capiat:
Sed ualde uehementer expellet:clama atem Cratæin
Matrem Scyllæ,quæ ipſam peperit nocumentũ hominibus,
Quæ ipſam poſteà prohibebit rurſus adoriri.
Thrinacria  Trinacriam autem in inſulã peruenies:illic aũt multæ
Paſcuntur Solis boues,& pingues oues,
Septem boum armenta,tot aũt ouium greges pulchri:
Quinquaginta autem ſinguli,ortus autem non fit ipſarũ,
Phaetuſa. Neq; unquã corrumpuntur: Deæ autem paſtores adſunt
Lampetia. Nymphæ pulchricomæ Phaëtuſáq; Lampetiáq;,
Quas peperit Soli ſupereunti diuina Neæra:
Has quidem igitur quæ aluit,peperitq; uenerabilis mater,
Thrinacriam in inſulam miſit procul habitare,
Pecora obſeruare paterna,& curuas boues:
Has ſi quidem illæſas ſines,reditúmq; curabis,
Certe etiam in Ithacam malis quamuis affecti ibitis:
Si autem lædas,tunc tibi ſignifico mortem
Nauiq; & ſocijs:tu uerò ſi fortè euades
Tarde male,naues cùm amiſeris,omnes ſocios.
  Sic dixit:ſtatim autem auriſeda uenit Aurora,
Hæc quidem poſteà ad inſulam receſsit diuina Dearum:

Ayuntamiento de Madrid

At ego ad nauem iens hortatus ſum ſocios
Ipſosq́; aſcendere, funesq́; reſoluere:
Hi autem ſtatim ingreßi ſunt, & in tranſtris ſederunt:
Ex ordine aũt ſedentes canũ mare uerberabant remis:
Nobis autem rurſus pone nauem nigræ proræ
Actorem uentum mittebat implentem uelũ bonũ comitem
Circe benecrinita, grauis Dea canora:
Statim autem arma ſingula defatigati per nauem
Ponebamus: hanc ãt uentusq́; gubernatorq́; dirigebant:
Tunc uerò ego ſocijs locutus ſum triſtis animo:
O ſocij, non enim oportet unum ſcire, neq; duos ſolos
Vaticinia, quæ mihi Circe dixit diuina dearum: Vlyſſes ſociis.
Sed dicam quidem ego, ut ſcientes aut moriamur,
Aut elabentes, mortem & parcam fugiamus:
Sirenarum quidem primùm iubebat diuinarum
Vocem uitare, & pratum floridum,
Solum me iubebat uocem audire: ſed me uinculo
Ligate in duro, ut firmè illic maneam
Rectum in malo, ſed ex ipſo capita uinciantur:
Si autem precer uos, ſoluereq́; iubeam,
Vos uerò pluribus tunc in uinculis premite.
Certe hæc ſingula dicens ſocijs expoſui:
Tum uerò ſtatim exiuit nauis benefabricata
In inſulam Sirenarum: impellebat enim uentus innocuus:
Statim & uentus quidem ceſſauit, & tranquillitas
Fuit ſineuento, ſopiuit autem fluctus Deus.
Surgentes autẽ ſocij nauis uela plicauerunt,
Et hæc qdem in naui cõcaua poſuerũt: ipſi ãt ad remigia
Incumbentes dealbabant aquam politis remis.
At ego ceræ magnam rotam acuto gladio
Aliquãtulũ diſſecãs, manibus ualidis premebã.

Vlyſſes ad Sirenarum inſulã appulit.



Ayuntamiento de Madrid

Statim autem molleſcæbat cæra cum iuberet magna uis
Solis ſplendor ſupereuntis regis:
Deinceps autem ſocijs in aures omnibus unxi:
Hi autem in naui me ligauerunt manibusq́; pedibusq́;
Rectum in malo, ſed ex ipſo capita uinciuerunt:
Ipſi autem ſedentes album mare uerberabant remis.
Sed quãdo tantùm aberamus, quãtũ exauditus eſt clamãs, *Cantus Sirenarum.*
Celeriter impellentes has non latuit uelox mari nauis
Propè admota, acutum autem parauerunt cantum:
Huc agè ueniens perlaudabilis Vlyſſes, magna gloria
Nauem ſuſtine, ut noſtrã uocẽ audias. (Achiuorũ,
Non enim aliquis has præteruexit naue nigra,
Anteq̃ noſtram dulcem ab oribus uocem audiſſet.
Sed is delectatus recedit plura ſciens.
Scimus enim omnia quæcunq; in Troia lata
Argiui Troianiq́; deorum uoluntate tulere:
Scimus etiã quæcũq; facta ſunt in terra multapaſcenti.
Sic dixerũt mittẽtes uocẽ pulcherrimã: at meus animus
Volebat audire, ſoluereq́; iubebam ſocios
Supercilijs annuens, hi autem incumbentes remigabant,
Statim ſurgens Perimedes, Eurylochusq́;,
Pluribus me in uinculis ligabant, magisq́; premebant.
At poſtquàm has præterueximus, neq; amplius poſteà
Vocem Sirenarum audiebamus, neq; cantum,
Statim cæram abſtulerunt mei inſtructi ſocij,
Quã ipſis in auribus unxi: me aũt ex uinculis ſolue runt.
Sed cùm iam hanc inſulam linquebamus, ſtatim poſteà
Fumum, & magnum fluctum uidi, & ſonitum audiui:
Horum autem timentium de manibus exciderunt remi.
Sonuerunt autem omnes in fluxu, tenebatur autem illic

Nauis

Ayuntamiento de Madrid

Nauis,quoniã nõ amplius remos longos manibus impellebant.
At ego per nauem iens hortabar ſocios
Dulcibus uerbis aßiſtens uiro unicuiq;:
O ſocij,non enim ante malorum ignari ſumus:
Non quidem hoc maius adeſt malum,quàm cum Cyclops
Ceperat ſpelunca concaua forti ui:
Sed & illinc mea uirtute conſilioq́; menteq́;
Effugimus;& horum meminiſſe arbitror.
Nunc autem agitè,ſicut ego dicam pareamus omnes,
Vos quidem remis maris æquor profundum
Verberate tranſtris inſidentes,ſicubi Iupiter
Det hanc pernitiem ſubterfugere,& euitare:
Tibi autem gubernator ſic iubeo,ſed in animum
Induc:quoniam nauis concauæ clauum regis,
Hunc quidem fumum & undam præter coge
Nauem:tu autem ſcopulum inquire,ne te lateat
Illuc irruens,& in malum nos conijcias.
Sic dixi:hi autem ſtatim meis uerbis paruerunt:
Scyllam autem nondum dixi ignaua triſtitia,
Ne mihi timentes deſinerent ſocij
Remigationem,intus autem abderent ſe ipſos:
Et tunc iam Circæ quidem præcepti grauis
Oblitus eram,quoniam non me iußit armari:
At ego indutus inclyta arma,& duas lanceas
Longas manibus capiens,in tabulata nauis aſcendi
Proræ:illinc enim ipſam expectabam primum apparere
Scyllam petræam,quæ mihi ferebat nocumentum ſocijs.
Neq; uidere poteram:laborabant autem mihi oculi
Vndiq; aſpicienti ad obſcuram petram.
Nos quidem ſinum nauigabamus lugentes:

Exhortatio Vlyßis ad ſocios.

Appropinquãt Scyllæ & Charybdi.



Ayuntamiento de Madrid

Hinc quidem Scylla, illinc autem diua Charybdis
Grauiter reiecit maris ſalſam aquam,
Vt cùm euomuit lebes tanquàm in igne multo,
Omnis exſerueſcebat uolutata: altè autem ſpuma
Extremis ſcopulis in ambobus incidebat.
Sed quando abſorbebat maris ſalſam aquam,
Omnis intus apparebat uolutata: circùm autem petra
Grauiter reſonabat: ſubter autem terra apparebat
Arena in nigra: hos autem uiridis timor cepit.
Nos quidem ad hanc aſpiciebamus timentes mortem:
Sex ſocij a Scylla deuorati.
Tum uerò mihi Scylla concaua ex naue ſocios
Sex arripuit, qui manibusq; uiq; fortiſsimi erant:
Intuens autem in nauem uelocem ſimul & unà ſocios,
Iam eorum animaduerti pedes, & manus deſuper
Altè eleuatorum: me autem alloquebantur uocantes
Nominatim, tunc poſtremum dolentes corde:
Sicut autē quando in ſcopulo piſcator perlonga uirga
Cōparatio.
Piſcibus paruis, dolum eſcam inijcēns,
In pontum proijcit bouis cornu agreſtis:
Motantem autem poſteà uenatus proiecit forás:
Sic hi motantes attollebantur à petra:
Illic autem in ianuis comedebat clamantes,
Manus mihi tendentes in graui certamine:
Miſerrimum iam illud meis uidi oculis
Omnium, quæcunq; tuli, uias maris ueſtigans.
Thrinacria inſula Solis
Sed poſtquàm petras fugimus, grauemq; Charybdin,
Scyllamq;, ſtatim poſteà dei in illuſtrem inſulam
Venimus: hic autem erant pulchræ boues latarū frontiū,
Multæq; pingues oues ſublimis Solis:
Iam tunc ego adhuc in ponto exiſtens in naui nigra

Mugitumq;

Ayuntamiento de Madrid

Magitumq́; audiui boum ſtabulantium,
Ouiumq́; balatum,& mihi ſermo incidit animo
Vatis cæci Thebani Tireſiæ,
Circæſq́; Aeææ,quæ mihi ualde multa mandauit
Inſulam fugere delectantis homines Solis:
Iam tunc ego ſocijs locutus ſum triſtis animo:
Audite mea uerba,mala quamuis ferentes ſocij,
Vt uobis dicam uaticinia Tireſiæ,
Circæſq́; Aeææ,quæ mihi ualde multa mandauit,
Inſulam fugere lucentis hominibus Solis.
Illic enim grauiſſimum malum eſſe nobis dixerat:
Quare præter inſulam impellite nauem nigram.
Sic dixi:his autem fractus eſt dilectus animus:
Statim aũt Eurylochus moleſto mihi reſpondit uerbo: Eurylochꝰ
Patiens es Vlyſſes,extat tibi animus,neq; quid membris Vlyßi.
Fatigaris,certe tibi ferrea omnia facta ſunt,
Qui ſocios labore plenos,atq; etiam ſomno,
Non ſinis in terram ire,ubi rurſus
Inſula in circumflua dulcem præparemus cœnam:
Sed ſic per noctem celerem errare iubes,
Ab inſula aberrantes in obſcuro ponto:
Ex noctibus autem uenti diri nocumentum nauium
Sunt,qui quis fugiet ſummam mortem?
Si fortè ex improuiſo uenit uenti turbo,
Vel Noti,uel Zephyri grauiter ſpirantis quiq; maxime
Nauem diripiunt Dijs inuitis regibus.
Sed certè nunc quidem pareamus nocti nigræ,
Cœnamq́; paremus uelocem apud nauem manentes:
Mane autem conſcendentes tradamus lato ponto.
Sic dixit Eurylochus, collaudauerunt autem alij ſocij:



Ayuntamiento de Madrid

Et tunc iam cognoui ꝙ mala ſtatuebat numen,
Et ipſum appellans uerbis uelocibus allocutus ſum:

Vlyſſes Eurylocho.

Euryloche, certe ualde iã me cogitis ſolum exiſtentem:
Sed agè nunc mihi omnes iurate firmum iuſiurandum,
Si quod uel boum armentum, uel gregem magnum ouium
Inueniamus, ne quis inſanijs malis
Aut bouem, aut etiam ouem interficiat: ſed quieti
Comedatis cibum quem immortalis præbuit Circe.
Sic dixi: hi autem ſtatim iurauerunt, ſicut iuſsi:
At poſtquàm iurauerunt, confeceruntq; iuſiurandum,
Statuimus in portu cauato fabrefactam nauem,
Propter aquam dulcem, & egreſsi ſunt ſocij
Naue: poſteà autem cœnam ſcienter parauerunt.
At poſtquàm potus, & cibi cupiditatem expulerunt,
Recordati uerò poſteà dilectos lugebant ſocios,
Quos comedit Scylla cauata ex naui capiens:
Flentes autem illos adortus eſt dulcis ſomnus:
Cùm autem tertium noctis eſſet, trans aũt ſtellæ ierant,
Mouit uehementem uentum nubiumcoactor Iupiter,
Turbine mirabili, unà autem nebulis texit
Terram ſimul & pontum, orta eſt autem cœlitùs nox.
Cùm autem matutina apparuit roſea Aurora,
Nauem quidem appulimus in cõcauã ſpeluncã in ducem:
Ibi autẽ erant Nympharũ pulchræ ſedes, & ſtationes,
Et tunc ego concionem ſtatuens inter eos ſermonem dixi:

Vlyſſes monet ut gregibus Solis abſtineant.

O amici, in naui enim ueloci cibusq; potusq;
Eſt: his autem bobus abſtineamuus, ne quid patiamur.
Grauis enim Dei hæ boues, & pingues oues
Solis, qui omnia inſpicit, & omnia exaudit,
Sic dixi: his autem perſuaſus eſt animus generoſus:

Menſem

Ayuntamiento de Madrid

Menſem aũt totum perpetuus ſpirabat Notus,neq; alius
Erat præterea uentorum,niſi Eurúſque Notúſque:
Hi aũt quandiu quidẽ uiaticũ habuerunt,et uinũ rubrũ,
Tandiu bobus abſtinuerunt cupientes ſalutem:
Sed cùm iam nauis conſumpta ſunt uiatica omnia,
Et iam prædam ſectabantur palantes neceßitate
Piſces,auéſque gratas quodcunque in manus ueniſſet
Curuis hamis:affligebat autem uentrem fames,
Iam tunc ego in inſulam conceßi,ut Deos
Precarer,ſiquis mihi deorum uiam oſtenderet reditus.
Sed quando iam per inſulam iens uitaui ſocios
Manus lauans,ubi tectum erat à uento,
Precatus ſum omnes Deos,qui Olympum habitant:
Hi autem mihi dulcem ſomnum in palpebras infuderũt:
Eurylochus autem apud ſocios malum incepit conſilium:
Audite meos ſermones mala ferentes ſocij:
Omnes quidem lugubres mortes miſeris mortalibus.
Fame autem miſerrimum mori,& mortem capere.
Sed agitè Solis boues agentes optimas
Mactemus immortalibus,qui cœlum latum habitant:

Violatur præceptum ſuaſu Eury lochi.

Si autem in Ithacam ueniamus patriam terram,
Statim uerò Soli excelſo diues templum
Faciemus,ubi ponamus ſtatuas multas,& bonas.
Si autem iratus boum directè cornutorum cauſâ
Nauem uelit perdere,obſequantúrque Dij alij:
Volo ſemel ad undam hians animum perdere,
Quàm diu affligi manens in inſula deſerta.
Sic dixit Eurylochus:collaudauerunt autem ſocij:
Statim autem Solis boum agentes optimas
Ex propinquo(non enim procul à naui nigræproræ

Solis grex ab Vlyſſis ſocijs uiola tur.

Paſcebantur

Paſcebantur curuæ pulchræ boues latarum frontium.)
Has autem circum ſteterunt, & ſupplicauerunt Deis:
Folia autem ſtringentes tenera quercus altæ.
Nō enim habebant hordeum album benetabulata in naui.
At poſtquàm & iugulauerunt, & tergora diripuere,
Cruraq; inciderunt, adipéq; cooperuerunt,
Duplicata facientes, ſuper ipſa etiam cruda poſuerunt.
Neq; habebant uinū fundere in ardentibus ſacrificijs,
Sed aqua libantes aſſauerunt uiſcera omnia.
At poſtquā crura cōbuſta ſunt, & uiſcera comederunt,
Conciderunt etiam alia, & in uerubus fixerunt,
Et tunc mihi ex palpebris excuſſus eſt dulcis ſomnus:
Cœpi autem ire ad nauem celerem, & littus maris.
Sed cùm iam propè affui iens nauem utrinq; actam,
Et tunc me nidoris circumuenit ſuauis odor:
Lugens autem ad Deos immortales clamaui:
Iupiter pater, & cæteri beati Dei ſempiterni,
Certe me ualde in damnum ſopiuiſtis duro ſomno:
Socij autem magnum opus egerunt manentes:
Veloci autem Soli excelſo nuncius
Lampetia lati claui, q̄ eius boues interfecerunt ſocij:
Statim autem immortales allocutus eſt iratus animo:
Iupiter pater, & cæteri beati Dei ſempiterni,
Puni iam ſocios Laërtiadæ Vlyßis,
Qui meas boues interfecerunt ſuperbè, quibus ego
Delectabar quidem iens in cœlum ſtelliferum,
Et quando rurſus in terram à cœlo reuertebar:
Si autem mihi nō luent boum congruā remunerationem,
Subibo in infernum, & in mortuis illuſtrabo.
Hūc āt reſpondens allocutus eſt nubiūcoactor Iupiter:

Sol iniuriā Ioui cōqueſtus.

Sol

*Sol,tu uerò in immortalibus illuſtra,*
*Et mortalibus hominibus ſupra fertilem terram:*
*Horum autē ego cito nauem ueloœm œndenti fulmine*
*Statim iaciens, comburerem medio in nigro ponto:*
*Hæc autem ego audiui de Colypſone pulchricoma:*
*Illa aūt dixit de Mercurio internuncio ipſa audiuiſſe.*
*At poſtquàm in nauem redij & mare,*
*Obiurgaui ſeorſum alium coràm,neq; aliquod conſilium*
*Inuenire poteramus: boues autem occiderunt iam:*
*His autem ſtatim poſteà Dei monſtra portenderunt,*
*Serpebant quidē tergora:œrnes āt in uerubus mugiebāt,* Portenta.
*Aſſatæq; & crudæ:boum autem quaſi fiebat uox:*
*Sex diebus quidem poſteà mei idonei ſocij*
*Epulabantur boum œpientes optimas.*
*Sed quādo aūt ſeptimam diem Iupiter adiecit Saturnius,*
*Et tum pòſt uentus quidem œſſauit turbine furens:*
*Nos autem ſtatim conſœndentes tradidimus lato ponto*
*Malum erigentes,uelaq; alba extendentes.*
*Sed quando iam inſulam reliquimus,neq; aliqua alia*
*Apparebat terrarum,ſed cœlum & mare,*
*Iam tum atram nubem ſtatuit Saturnius*
*Nauem ſuper conœuam:œligauit aūt pontus ſub ipſa,*
*Et ruebat non multum poſt tempus.ſtatim enim uenit*
*Reſonans Zephyrus magno cum turbine furens:*
*Mali autem rudentes fregit uenti proœlla*
*Vtroſq;:malus autem ponè œcidit, armaq; cuncta* Tempeſtas ob Solis gregem uiolatum.
*In ſentinam defuſa ſunt:ille autē igitur puppi in naui*
*Perœßit gubernatoris œput: ſimul autē oßa cōminuit*
*Omnia ſimul œpitis:hic autem procumbenti ſimilis*
*Decidit à tabulatis:liquit autē óßa animus generoſus.*

Iupiter

Iupiter tum tonuit,& coniecit in nauem fulmen,
Et contorta eſt tota Iouis percuſſa fulmine:
Intus aūt ſulfure impleta eſt:ceciderunt aūt de naui ſocij.
Hi autem cornicibus ſimiles circum nauem nigram
Fluctibus impellebantur:Deus aūt abſtulit incolumitatē.
At ego per nauem incedebam donec rates
Reſoluit tēpeſtas à carina:hanc aūt nudā ferebat unda.
Verùm eius malum effregit ad carinam:at in ipſo
Funis adiectus erat bouis pelle factus,
Quo ambo continui ſimul carinam atq; etiam malum:
Sedens autem in his impellebar pernitioſis uentis:
Ibi certe Zephyrus quidem ceſſauit turbine furens:
Venit āt inſuper Notus celeriter ferens meo dolores aīo,
Vt adhuc pernitioſam remetirer Charybdin,
Pernox ferebar, ſimul & Sole aſcendente
Veni ad Scyllæ ſcopulum,grauémq; Charybdim:
Hæc quidem reſorbuit maris ſalſam aquam.
At ego ad magnam ficum altè eleuatus
Huic īhærens tenebar,ſicut ueſpertilio:neq; alicubi poterā
Neq; ſiſtere pedibus firmiter,neq; aſcendere.
Radices enim longè erant,producti autē erant rami
Longíq; magniq;,obumbrabant Charybdin.
Perpetuò autem hærebam,donec euomuit contra
Malum,& carinam iterum:cupienti autem mihi uenit
Serò:quandiu autem ad cœnam uir à foro ſe tollit
Iudicans controuerſias multas litigantium uirorum,
Tanto interuallo iam ligna ex Charybdi apparuerunt.
Dimiſi autem eò ſuperne pedes, & manus ad ferendum:
In media autem ſonui cadendo per prælongas rates:
Sedens autem in his remigaui manibus meis.

Vlyßes denuo in Charybdē miſerè ĭpellitur.

Scyllam

Scyllam autem non ultra ſinit pater uirorũq́; deorumq́;
Aſpicere, non enim ſubterfugiſſem grauem mortem,
Hinc autem nouemdiebus ferebar: decima aũt me nocte
Inſulam in Ogygiam admouerunt Dei, ubi Calypſo
Habitabat pulchricoma potens Dea glorioſa, Vlyſſes ad Calypſô defertur.
Quæ me dilexitq́; coluitq́;. cur tibi hæc narro?
Iam enim heſternus dixi in domo
Tibiq́;, & potenti uxori: odioſum autem mihi eſt
Iterum apertè dicta narrare.

## ARGVMENTVM. N. HOMERI COMPOSITIONIS.

Dormientem Vlyſſem cum donis expoſuerunt Phæaces in terram Ithacenſium: & nauem quidem ipſorum redeuntem lapidem fecit Neptunus: Minerua autem in littore Vlyſſi conſultat de procorum cæde: & res in quadam ſpelunca occultat, & in ſenem trãſformat Vlyſſẽ.



LIBROS DEL DR. J. MARCO
Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE .N. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Ny Ithacam ingreſſus eſt Phæacum ductu Vlyſſes.*

SIC *dixit: hi autem igitur omnes tacitè*
*facti ſunt ſilentio:*
*Oblectatione autem tenebantur per domos umbroſas:*
*Huic autem uiaſsim Alcinous reſpondit appellauitq́;:*
*O Vlyſſes, quoniam ueniſti meam ad æratam domum*
*Altam, ideo te non rurſus uagatum puto*
*Rurſus redire, etſi ualde multa tuliſti:*
*Veſtrûm autem uiro uniauiq; iubens hæc dico,*
*Quicunq; in atrijs honoratum calidum uinum*
*Semper bibitis, auditis autem cantorem:*
*Veſtes quidem hoſpiti pulchra in arca*
*Iacent, & aurum multifarium, aliaq́; omnia*
*Dona, quæcunq; Phæacum ſenatores huc attulerunt.*
*Sed agè ei demus tripodem magnam, & lebetem*
*Viritim: nos autem rurſus congregati in populo*
*Remunerabimur: difficile enim unũ largitionẽ præbere.*
*Sic dixit Alcinous: his autem placuit ſermo.*
*Illi quidem dormiturientes iuerunt domum unusquiſq;:*
*Quando autem matutina apparuit roſea Aurora,*
*Ad nauem properabant, ferebantq́; honeſtum æs,*
*Et hæc quidem bene depoſuit ſacra poteſtas Alcinoi:*
*Ipſe iens per nauem ſub tranſtris, ne aliquem ſociorum*
*Læderet mouentium, quando incumberent remis:*

*Alcinous Vlyßi & Phæacibus.*



Ayuntamiento de Madrid

Hi autem ad Alcĩoum iuerunt, & cõuiuium curauerunt.
His autem bouem mactauit ſacra poteſtas Alcinoi
Ioui nymboſo Saturnio, qui omnibus imperat:
Crura aũt aſſantes, epulabantur glorioſum conuiuium
Oblectantes: inter ipſos autem canebat diuinus cantor
Demodocus populis honoratus: at Vlyſſes — Demodocus
Multum ad Solem caput uertebat omnia illuſtrantem, — cantor.
Ire properans: iam enim cupiebat reuerti.
Sicut autem cùm uir cœnam concupiſcit, cui perdiu
Nouale uerterunt boues nigri fixum aratrum:
Expectatè autem huic occidit lumen Solis
Cœnam ad ineundum, affliguntur autem genua eunti:
Sic Vlyßi amicum occidit lumen Solis:
Statim autem Phæacibus ſtudioſis remorum locutus eſt:
Alcinoo autem maximè, appellans, dixit ſermonem:
Alcinoë Rex, omnium princeps populorum, — Digreſſus
Mittite me ſacrificantes lætum: gaudete autem ipſi. — Vlyſſis ab
Iam enim perfecta ſunt, quæ mihi charus uolebat animus: — Alcinoo.
Comitatus & chara dona, quæ mihi Dei cœleſtes
Fortunata faciant: integram autem domi uxorem
Rediens inueniam cum incolumibus amicis.
Vos autem hic manentes oblectetis uxores,
Puellas, & filios: Dei autem uirtutem dent
Omnem, & nequid malum publicum ſit.
Sic dixit: illi autem omnes collaudabant, & iubebant
Mitti hoſpitem, quoniam ſecundum æquum dixit:
Et tunc præconem allocuta eſt uirtus Alcinoi:
Pontonoë, crateram implens, merum diſtribue
Omnibus in domo, ut ſupplicantes Ioui patri,
Hunc hoſpitem mittamus ſuam in patriam terram.

Sic

Ayuntamiento de Madrid

Sic dixit:Pontonous autem mellitum uinum miſcuit,
Diſtribuit autem omnibus ſcienter:hi autem Deis
Libauerunt beatis,qui cœlum latum habitant.
Illinc ex ſedibus ſurrexit autem diuinus Vlyſſes:
Aretæ autem in manibus poſuit poculum rotundum,
Et ipſam appellans uerba uelocia dicebat:
Gaude mihi ô Regina ſemper,donec ſenectus
Veniat & mors,quæq; hominibus accidunt.
At ego proficiſcor:tu autem delectare hac in domo
Filijsq; & populis,& Alcinoo rege.
Sic dicens per uiam iuit diuinus Vlyſſes:
Huic autem ſimul præconem præmiſit uirtus Alcinoi
Præcedere ad nauem uelocem,& littus maris:
Arete autem illi famulas ſimul miſit mulieres:
Hanc quidem chlamydem habentem puram & tunicam:
Alteram autem arcam pictam ſimul dedit portare:
Altera autem panemq; ferebat,& uinum rubrum.
At poſtquàm ad nauem peruenerunt & mare,
Statim hæc in naui concaua comites læti
Accipientes,depoſuerunt potum & cibum omnem.
Sed Vlyßi conſtrauerunt culcitramq; linteumq;
Nauis in ſubſellijs concauæ,ut molliter cubaret
Puppis:ingreſſus autem & ipſe eſt:& recubuit
Silentio:illi autem ſederunt in tranſtris ſinguli
Ordine:funem autem ſoluerunt à pertuſo lapide,

*Vlyſſes dormiens reducitur à Phæacenſibus.*

Vnaq; hi incumbentes iactabant mare tonſa,
Et huic ſuauis ſomnus in palpebris incidit
Inexcitabilis,iucundißimus,morti proximè ſimilis.
Illa autem ſicut in campo quadrijuges maſculi equi
Omnes ſimul incitati à uerberibus ſcuticæ,

Altè

Ayuntamiento de Madrid

Altè eleuati celeriter emetiuntur uiam.
Sic quidem huius puppis tollebatur:unda autem ponè Cõparatio
Nigra magna ruebat perſonantis maris,
Et ualde tutè currebat firmiter,neque accipiter
Circus ſecutus fuiſſet citiſsimus uolucrum. Circus acci-pitris genus
Sic illa celeriter currens maris undas incidebat,
Virum ferens Deis æquas curas habentem:
Qui anteà quidē multos paſſus eſt dolores ſuo in animo,
Virorúmque bella,moleſtaſq; undas tranſiens.
Iam tunc ſecurè dormiebat oblitus quæ paſſus fuerat.
Quando ſtella extulit lucidiſsima,quæ maximè
Venit nuncians lumen Auroræ uernæ,
Tum iam inſulæ appropinquabat permareiens nauis.
Phorcynis autem quidam eſt portus marini ſenis
In agro Ithacæ:duo autem proiecta in ipſo Phorcynis portus de-ſcriptio.
Latera abrupta in portum uergentia.
Hæc autem uentorū defendūt ſtridentiū magnum fluctum
Extra:intus autem ſine uinculo manent
Naues benetabulatæ,cùm portus ſpatium intrauerint.
At in uertice portus patula oliua:
Prope autem ipſam antrum amabile,obſcurum,
Sacrarum nympharum,quæ Naides uocantur.
Intus autem crateræq;,& amphoræ erant
Lapideæ:ibi uerò præterea ſuſurrant apes.
Intus telæ lapideæ prælongæ:illicq; Nymphæ
Lintea texunt cærulea,mirabile uiſu.
Intus autem aquæ perpetuæ:duæ autem ei ianuæ ſunt,
Hæ quidem ad Boream permeabiles hominibus:
Illæ autem rurſus ad Notum ſunt ſacriores,neque illàc
Viri intrant,ſed immortalium uia eſt.



Ayuntamiento de Madrid

Huc illi contẽdebãt cũ primũ uiderunt: hæc quidẽ poſteà
In terram eiecta, quantum eſt medium totius,
Concitata: talium enim impellebatur manibus remigum.
Hi autem ex naue euntes bonæ ſedis in terram
Primùm Vlyſſem concaua ex naue ſuſtulerunt

Vlyſſes uehitur in Ithacam ſoporatus.

Ipſo cúmque linteo, & aulætra ſplendida:
Atque in arena depoſuerunt captumq; ſomno.
Res autem extulerunt, quas Phæaces illuſtres
Dederant domum eũti propter magnanimam Mineruã:
Et has quidem igitur apud radicem oliuæ cumulata poſuerunt
Extra uiam: ne aliquis uiatorum hominum
Antequã Vlyßes expergiſceretur, offendens corrumperet:
Ipſi autem rurſus domum retrò iuerunt; neq; Neptunus
Oblitus eſt minarum, quas diuino Vlyßi

Neptunus indignatur Vlyßem reſtitutũ eſſe patriæ.

Priùs promiſerat: Iouis autem rogauit ſententiam:
Iupiter pater, non ampliùs in immortalibus Deis
Honoratus ero, cùm me homines non honorant
Phæaces, qui tamen meo orti ſunt genere.
Etenim nunc Vlyſſem dicebam mala multa paſſum
Domum iturum: reditum autem illi nunquam eripui
Omnino: quoniam tu primùm promiſiſti, & annuiſti.
Hi autem dormientẽ in naui ueloci in pontum ducentes
Depoſuerunt in Ithaca: dederunt autem ei ingentia dona,
Aéſque, aurúmque multum, ueſtémque textam,
Multa, quot nunquam Troiâ extuliſſet Vlyſſes,
Si incolumis ueniſſet, nactus de præda portionem.
Huic autem reſpondens, affatus eſt imbrifer Iupiter:
O dij, Neptune ample quale dixiſti?
Non te deſpiciunt Dij: difficile autem eſſet
Antiquiſsimum & optimum ignominijs proſequi.

Virorum

Ayuntamiento de Madrid

*Virorum autem ſiquis te ui & robore cedens*
*Non colit, tibi autem eſt & poſthàc ultio ſemper:*
*Fac ut uis, & tibi iucundum eſt animo.*
*Huic autem reſpondit poſtè Neptunus quaſſatorterræ:*
*Statim & ego faciam nubilum ſicut dicis:*
*Sed tuum ſemper animum obſeruo, & uereor.*
*Nunc autem Phæacum uolo perpulchram nauem*
*Ex comitatu redeuntem in nigro ponto*
*Perdere: ut iam abſtineant, deſiſtántque à comitatu*
*Hominum: magnum autem ipſis montem urbi imponere.*
*Huic autem reſpondens, affatus eſt imbrifer Iuppiter:*
*O Dij, ſic quidem meo animo uidetur eſſe optimè,*
*Cùm iam omnis incitatam intuetur*
*Multitudo ab urbe facere lapidem prope terram*
*Naui ueloci ſimilem, ut admirentur omnes*
*Homines: magnum autem ipſis montem urbi imponere.*
*At poſtquàm hoc audiuit Neptunus quaſſatorterræ,*
*Ingreſſus eſt iter in Scheriam, ubi Phæaces orti ſunt,*
*Illic ut eſſet, & ualde propè uenit nauigatrix nauis*
*Celeriter impulſa: hanc autem prope uenit Neptunus,*
*Qui ipſam lapidem fecit, & radicauit infernè,* *Phæacum nauis in ſaxum conuertitur.*
*Manu prona impellens: hic autem receßit.*
*Hi autem inter ſe uerba ueloci loquebantur*
*Phæaces longorum remorum nauibus inclyti uiri:*
*Sic autem quis dixit intuens in propinquum alium:*
*Heu, quis iam nauem uelocem ligauit in ponto*
*Domum incitatam? & iam extabat tota.*
*Sic igitur quis dixit: hæc aũt non intelligebãt, quõ facta ſũt.*
*His Alcinous concionatus eſt, & affatus:*
*O amici, certè ualde me antiqua uaticinia aſſequuntur*



Ayuntamiento de Madrid

Patris mei,qui dixit Neptunum iratum ſore
Nobis,quoniam comites innocui ſumus omnium.
Dixit aliquando Phæacum uirorum perpulchrã nauem
Ex comitatu redeuntem in nigro ponto
Perditurum:magnum autem montem urbi imponere.
  Sic dixit ſenex:hæc autem iam nunc omnia finiuntur.
Sed agè,ſicut ego dicam,parete omnes:
Comitatum quidẽ relinquite hominũ,cũ aliquis ueniat
Noſtram ad ciuitatem:Neptuno autem tauros
Duodecim electos ſacrificemus,ſi miſereatur,
Neque nobis ingentem montem urbi impoſuerit.
  Sic dixit:hi autem metuerunt:parauerunt aũt tauros.
Sic hi quidem ſupplicabant Neptuno Regi
Populi Phæacum duces & curatores
Stantes circum altare:excitatus aũt eſt diuinus Vlyſſes,
Recubans in terra patria:neque ipſam cognouit
Iam diu remotus:circum enim Dea nubem fudit
Pallas Minerua filia Iouis,ut illum ipſum
Ne notum faceret,ſingulaq́; proferrentur:

Vlyſſes non cognoſcat ſe in patriam ueniſſe,nec à ſuis cognoſcatur.

Vt non ipſum uxor antè cognoſceret,ciuéſque,amiciq́;,
Quàm omnem procis intemperantiam puniret.
Proptereà uariata uidebantur omnia Regi:
Viæq́; perpetuæ,portúſque contecti,
Petræq́; altæ,& arbores uireſcentes.
Stetit autem igitur ſurgens,& inſpexit patriam terram,
Fleuitq́; poſteà,& ſua percuſſit fœmora,
Manibus deiectis:lugens autem locutus eſt:
  O ego,quorum rurſus hominum in terram uenio?
Nunquid iniurioſiq́; & crudeles,neque iuſti?
An hoſpitales,& ipſis mens eſt ſancta?

Quò

Ayuntamiento de Madrid

Quò iam res multas porto has?quò autem & ipſe
Erro?utinam manſiſſent apud Phæaces
Illic:ego autem ad alium magnanimorum Regum
Peruenißē, qui me dilexiſſet,& comites dediſſet ad re-
Nūc aūt nuſquā ponere ſcio,neq; quidē illic (uertendū.
Relinquam,ne quando mihi præda alijs fiat:
O dij,non enim omnia intelligentes,neque iuſti
Erant Phæacum duces,& curatores,
Qui me in aliam terram abduxerūt:namque me dicebāt
Ductum ire in Ithacam amœnam,neque perfecerunt.
Iupiter ipſos ulciſcatur deprecabilis,qui & alios
Homines inſpicit,& plectit quicunque peccat.
Sed agè iam res numerem,& uideam
Nequid mihi diſceſſerint concaua in naui ferentes:
Sic dicens,tripodas perpulchros,& lebetes
Numerabat,& aurum,textáſque ueſtes pulchras.
Horū quidem nihil deſyderabat:hic aūt lugebat patriā
Iens ad littus perſonantis maris (terram
Multum lamentans:prope autem eum uenit Minerua
Viro corpore ſimilis iuueni paſtorum ouium
Permolli,qualéſque Regum filij ſunt:
Duplicem circa humerum habens pulchram ueſtem:
Pedibus āt ſub teneris calceos habebat,manu āt iaculū.
Hanc autem Vlyſſes lætatus eſt uidens,& obuius uenit:
Et ipſam appellans,uerba uelocia locutus eſt:
O amice,poſtquàm te primum inuenio hoc in loco
Salue,& non mihi malo animo occurreris.
Sed ſerua tum hæc,ſerua etiam me:tibi enim ego
Supplico tanquàm Deo,& ad tua chara genua accedo:
Et mihi hoc dic uerum,ut certò ſciam

Minerua Vlyßi apparet.



Ayuntamiento de Madrid

Quæ terra? quis populus? qui uiri ſunt?
Num qua inſularum amœna? an aliquod littus
Iacet ad mare uergens fertilis terræ?
Hunc aũt contra affata eſt Dea cæſiaoculis Minerua:
Stultus es ô hoſpes, an longè ueniſti,
Quoniam hanc terram interrogas? neque enim ualde
Sic ignobilis eſt: norunt autem ualde multi,
Et quidem quicunque habitant ad Auroram, Solémque,
Et quicunque ponè ad noctem obſcuram,
Certè quidem aſpera, & non equitabilis eſt,
Neque ualde ſterilis: at neque lata facta eſt.
Bene quidem enim triticum multum, bene aũtq; uinum
Fit: ſemper autem pluuia habet, uireſcénſque ros:
Caprifera autem bona, & apta bobus: eſt quidem ſylua
Omnigena: bene autem rigui perpetui adſunt.
Itaque hoſpes, Ithacæ & in Troiam nomem peruenerit,
Quam longè dicunt Achaide eſſe terra.
Sic dixit: lætatus eſt autem patiens diuinus Vlyſſes,
Gaudens ſua terra patria, ſicut ei dixit
Pallas Minerua, filia Iouis ægiochi:
Et ipſam appellans uelocia uerba dixit:
Neque hic uera dixit. iterum autem cœpit ſermonem,
Semper in præcordijs mentem per aſtutam mouens:
Audiebam de Ithaca & in Creta lata
Longè ſuper pontum: nunc autem ueni & ipſe
Rebus cum his, linquens autem etiam filijs totidem
Fugio: quoniam dilectum filium interfeci Idomenei
Orſilochum, pedibus uelocem, qui in Creta lata
Viros inuentores uincebat uelocibus pedibus:
Quoniam me priuare præda uolebat omni

De Ithacenſis terræ natura.

Diſsimulãs ſe eſſe Vlyſſem, fingit cauſam aduentus.

Troiana

Troiana,cuius gratiâ ego paſſus ſum dolores animo,
Virorúmque bella,triſtéſque undas tranſiens:
Quoniam non ſuo patri gratificatus ſeruiebam
Agro in Troianorum:ſed alijs imperabam ſocijs.
Hunc quidem ego diſcedentem percußi ærea lancea,
Rure prope uiam inſidians cum ſocio:
Nox autem ualde obſcura occupauerat cœlum,neq; aliqs
Hoĩum aĩaduertit:fefelli aũt ipſi animũ auferẽs. (nos
At poſtquàm hunc interfeci acuto ære,
Statim ego in nauem iens,Phæaces illuſtres
Oraui:& ipſis ſatisfacientem prædam dedi.
Hos me iußi Pylum deferre & collocare,
Vel in Elida diuinam,ubi dominantur Epij.
Sed certè ipſos illinc repulit uis uenti
Multum nolentes,neque uolebant fallere:
Illinc autem errantes uenimus huc nocte.
Contentione aũt in portũ appulimus,neq; aliqua nobis
Cœnæ mentio erat,ualde licet indigentibus ſumere.
Sed ſic egreßi iacebamus naue omnes.
Hîc me quidem dulcis ſomnus inuaſit defeſſum:
Hi autem fortunas meas concaua ex naui tollentes
Depoſuerunt,ubi ipſe in arenis iacebam:
Hi autem in Sidoniam pulchram conſcendentes
Iuerunt,at ego relictus ſum triſtis animo.
Sic dixit:riſit aũt Dea glaucos oculos habens Minerua:
Manuq́; ipſum demulſit,corpus aũt aßimilata eſt mulieri
Pulchræq́; magnæq́;,& illuſtria opera ſcienti:
Et ipſum appellans,uerba uelocia allocuta eſt: Minerua Vlyßem increpat dißimulationis.
Doloſus eſſet,& fallax,qui te ſuperaret
In omnibus dolis,& ſi Deus opponeret,

Male,uerſute,doloſe non uoluiſti,
Neque in tua exiſtens terra deſinere fallacias,
Verbáque falſa,quæ tibi ab ortu amica ſunt.
Sed age,ne hæc dicamus,ſcientes ambo
Dolos:quoniam tu quidē es hoīum quāoptimus omnium
Conſilio & uerbis:ego autem in omnibus Deis
Conſilióque glorior & dolis.neque tu cognoſcebas
Pallada Mineruam filiam Iouis,quæ tibi ſemper
In omnibus laboribus aſto,& ſeruo:
Atque te Phæacibus gratum omnibus reddidi:
Nunc rurſus huc ueni,ut tibi conſilium contexam:
Fortunáſque abſcondam,quaſcūq; tibi Phæaces illuſtres
Dederunt domum eunti meo conſilióque,mentéque.
Dicámque,quos tibi fatale eſt in ædificijs
Dolores tolerare:tu autem tolera & neceßitate:
Neque alicui eloquere neque uirorum,neque mulierum
Omnium,cur ueniſti errans:ſed tacendo
Patere dolores multos,iniurias ſuſtinens uirorum.

*Vlyſſes Mineruæ.*

Huic autem reſpondens,locutus eſt prudens Vlyſſes:
Difficile te Dea cognoſcere homini occurrenti,
Et ualde ſcienti:te enim ipſam unicuiq; aßimilas.
Hoc autem ego certò ſcio,quòd mihi anteà benigna eras
Quouſque in Troia pugnamus filij Achiuorum.
At poſtquàm Priami ciuitatem diripuimus altam,
Iuimus autem in nauibus,Deus autē dißipauit Achiuos,
Non te poſteà uidi filia Iouis,neque animaduerti
Nauem meam aſcendentem,ut mihi dolorem amoueres:
Sed ſemper mentibus proprijs habens confectum cor
Erraui,quouſque me Dei malo ſoluerunt,
Priùs quàm cum Phæacum uirorum in ubere ciuitate
Confirmaſti

Ayuntamiento de Madrid

*Confirmaſti uerbis, & in ciuitatem duxiſti ipſa.*
*Nunc autem te per patrem quæſo (non enim puto*
*Veniſſe in Ithacam amœnam: ſed aliquam aliam*
*Terram repetij: te autem illudentem puto*
*Hæc dicere, ut meas mentes deciperes.)*
*Dic mihi, ſi uerè dilectam in patriam ueni.*
*Huic reſpondit poſtà Dea cæſia oculis Minerua:*
*Semper tibi talis in præcordijs cogitatio:*
*Propterea & te non poſſum permittere infelicem eſſe,*
*Quoniam facundus es, & ingenioſus, & prudens.*
*Cupidè enim alius uir errans rediens*
*Cuperet in ædibus uidere filióſque, uxorémque.*
*Tibi autem non gratum eſt ſcire, neque quærere,*
*Antequàm tuæ uxoris periculum feceris, quæ tibi ſic*
*Sedet in ædibus: luctuoſæ autem ei ſemper*
*Pereunt noctes, & dies lachrymanti.*
*At ego hoc quidem nunquam non credidi: ſed in animo*
*Sciebam, quòd redibis perdens omnes ſocios.*
*Sed non uolui Neptuno obſiſtere*
*Patruo, qui iram induxit in animum*
*Iratus, quòd ei filium dilectum excæcaſti.*
*Sed agè tibi oſtendam Ithacæ pauimentum ut credas:*
*Phorcynis quidem hic eſt portus marini ſenis:*
*Hæc autem in uertice portus patula oliua:*
*Prope autem ipſam antrum altum, obſcurum,*
*Sacrarum nympharum, quæ Naiades uocantur.*
*Hæc autem ſpelunca lata, contecta, ubi tu multas*
*Sacrificabas Nymphis perfectas hecatombas.*
*Hic autem magnus eſt mons indutus ſylua.* Neritus
*Sic fata Dea diſsipauit nebulam: apparuit autē terra:* mons.

Lætatuſq;

Lætatúſque eſt poſteà patiens diuinus Vlyſſes
Gaudens ſua terra: oſculatus eſt autem almam tellurem.
Statim autem Nymphis ſupplicauit manus tollens:
Nymphæ Naiades filiæ Iouis, nunquam ego
Videre uos dicebam: nunc uocibus lætis
Saluete: at & dona dabimus, ſicuti anteà,
Si ſinet prompta Iouis filia prædatrix
Ipſúmque uiuere, & mihi charum filium augebit.
Hunc autem rurſus affata eſt cæſia oculis Minerua:
Confide, ne te hæc in præcordijs tuis ſolicitent:
Sed fortunas quidem in intimo antro mirifico
Ponamus ſtatim nunc, ubi hæc tibi ſalua maneant.
Ipſi autem conſultemus, ut citò optime fiant.
Sic dicens Dea intrauit ſpelunca obſcuram,
Quærens latibulum per ſpeluncam: at Vlyſſes
Citò omnia portauit, aurum, & magnum æs,
Veſtéſque fabrefactas, quas ei Phæaces dederunt.
Et hæc quidem diſpoſuit: lapidem aūt impoſuit foribus
Pallas Minerua, filia Iouis ægiochi.
Hi autem ſedentes ſacræ apud radicem oliuæ
Deliberabant procis inſolentibus mortem.
Tum autem uerba incepit cæſia oculis Minerua:
Generoſe Laërtiade, prudens Vlyſſes,
Minerua Vlyſſem docet quid facto opus ſit. Conſydera quomodò procis impudētibus manus inferas,
Qui iam tibi triennium domum regunt,
Ambientes diuinam uxorem, & dona dantes.
Illa autem tuum ſemper reditum lugens in animo
Omnibus quidem ſpem dat, & pollicetur uiro unicuique
Nuncios antemittens: mens autem ei alia uerſat.
Huic autem reſpondens, locutus eſt prudens Vlyſſes:

O dij,

Ayuntamiento de Madrid

O Dij,iam uerò Agamemnonis Atridæ
Corrumpi mala morte in ædibus debui,
Niſi mihi tu quæq; Dea in tempore dixiſſes.
Sed agè conſilium texe,quomodò puniemus ipſos:
Apud me autem ipſa aſta,animũ peraudacẽ immittens:
Qualem quando Troiæ ſoluimus magna mœnia.
Si mihi ſic animoſa aſtabis Minerua,
Et cum trecentis ego uiris pugnarem,
Tecum uenerabilis dea,quãdo me prõpta adiuuares.
Huic autem reſpondit poſteà Dea glaucopis Minerua:
Et ualde tibi ego adero,neque me falles:
Cùm hæc iam ſtruxerimus,& alicuius ſpero,
Sanguineq; cerebroq; perfundere magnum pauimentũ,
Virorum procorum,qui tibi fortunas edunt.
Sed agè te incognitum faciam omnibus hominibus.
Areſaciam quidem cutem pulchrã in flexibilibus mẽbris:
Flauos autem ex capite delebo crines:arcũ aũt pallium
Induam,quod aduerſetur uidens homo habentem:
Deformabo autem tibi oculos anteà perpulchros.
Sic turpis omnibus procis apparebis,
Tuæ uxori,& filio,quem in ædibus reliquiſti.
Ipſe autem primùm ſubulcum pete:
Qui tibi ſuum cuſtos,ſimul autem tibi bene uult,
Filiúmque tuum diligit,& prudentem Penelopem.
Inuenies hunc ſuibus aſsidentem:hæ autem paſcunt
Apud Coracis petram ad fontem Arethuſam,
Comedentes glandem gratam,& nigram aquam
Bibentes,quæ ſuibus nutriunt florentem pinguedinem.
Illic mane,& omnia aſsidens interroga:
Quouſque ego eam Spartam in ornatam mulieribus,

Telemachum

Telemachum uocatura tuum dilectum filium Vlyſſes,
Qui in magnam Lacedæmonem ad Menelaum
Iuit, perſequens tuam famam ſicubi adhuc eſſes.
Huic autem reſpondens, locutus eſt prudens Vlyſſes:
Cur non ei dixiſti in præcordijs omnia ſciens?
An ut & ille errans dolores patiatur
Pontum in impacatum, fortunas autem ei edant?
Huic reſpõdit poſteà Dea glaucosoculoshabẽs Miner
Non iam tibi ille ualde curæ ſit: (ua:
Ipſa ipſum miſi, ut famam bonam adipiſcatur
Illuc iens: at non habet aliquem dolorem, ſed quietus
Sedet in Atridæ ædibus: multa autem adſunt:
Certè quidem illum inſidientur iuuenes cum naue nigra
Cupientes interficere, antequàm patriã terram ueniat.
Sed hæc non puto, potiùs & aliquem terra premet
Virorum procorum, qui tibi fortunas deuorant.

Mutatur Vlyßis habitus.

Sic igitur ipſum alloquens uirga tetigit Minerua,
Siccauit quidem ei autem pulchrã in flexibilibus mẽbris:
Flauo autem ex capite deleuit crines: circùm aũt pellem
Omnibus membris antiqui poſuit ſenis:
Deformauit autem ei oculos anteà perpulchros.
Circũ autem ipſum ueſtẽ aliã malã iniecit, & interulã,
Fractam, ſordidam, malo tinctam fumo:
Circum autem ipſum magnã pellem uelocis induit cerui

Minerua ad Telemachũ proficiſcatur.

Nudam: dedit autem ei uirgam, & deformem ſacculum,
Denſè rimoſum: inerat autem tortum lorum.
Hi ſic conſultantes diuiſi ſunt: hæc quidem poſteà
In Lacedæmonem diuinam iuit ad filium Vlyßis.

ARGV-

Ayuntamiento de Madrid

## ARGVMENTVM. Ξ. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Hoſpitium Vlyßis fit in agro apud Eumæum, & uarius quidem cõgreſſus Vlyßis præſentia apud Eumæum: & ſermones fiunt immutantis ſeipſum, & facta quædam exponentis.*

## ODYSSEAE Ξ. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Ξ i ãt, Vlyſſem hoſpita tus eſt Eumæus in agro ſubulcus.*

*At hic ex portu ingreſſus eſt aſperum iter,*
*Locum per ſyluoſum, per iuga, ubi ei Minerua*
*Dixerat diuinum ſubulcum: hic ei fortunas maximé*
*Curabat familiarium quos habuerat diuinus Vlyſſes.*
*Hunc autem in ueſtibulo inuenit ſedentem, ubi ei porticus*
*Alta ædificata erat circunſpicuo in loco,*
*Pulchráque, magnáque, circuibilis, quam ſubulcus*
*Ipſe ædificauerat ſuibus, abſente Rege,*
*Sine domina, & Laërte ſene,*
*Aduectis lapidibus, & cinxerat ſepe ſpinoſa:*
*Palos autem extrà adegit prorſus hinc & hinc*
*Denſos & crebros, nigrum quercus ſcindes.*
*Intra autem aream, ſuilia duodecim fecerat*

*Eumæi domus, ad quē diuertit Vlyßes, deſcriptio.*

Prope

Propè inter ſe,lectos ſuibus:in ſingulo autem
Quinquagnta ſues iacentes continebantur
Fœminæ factæ:mares autem foris dormiebant,
Multo pauciores:hos enim minuebant comedentes
Diuini proci:quoniam mittebat ſubulcus
Semper ſaginatorum pinguium optimum omnium.
Hi autem trecentiq́; & ſexaginta erant.
Apud autem canes feris ſimiles ſemper dormiebant
Quatuor,quos nutriuerat ſubulcus princeps uirorum.
Ipſe autem circa pedes ſuos aptabat calciamenta,
Incîdens pellem bouinam coloratam:alij autem
Iuerant, aliò alius cum ſtabulantibus ſuibus
Tres:quartum autem miſerat ad urbem,
Suem ducere procis ſuperbis neceßitate,
Vt mactantes,carnibus ſaturarentur animo.
Repentè autem Vlyſſem uiderunt canes latratores,
Qui quidem clamantes accurrerunt:at Vlyßes
Sedit aſtutiâ:uirga autem ei excidit manu,
Tunc proprium ad ſtabulum indignum tulit dolorem:
Sed ſubulcus celeriter pedibus uelocibus ſubſequens,
Cucurrit ad ueſtibulum:corium autē ei excidit manibus,
Hos quidem uocans canes,pepulit aliò alium
Crebris lapidationibus:hic autem affatus eſt regem:
O ſenex,certè propè te canes dißipauerunt
Repentè,& mihi crimen impoſuiſſes.
Atque mihi alios Dei dederunt dolores,ſingultúſque:
Diuinum enim Regem lugens,& dolens
Iaceo:alijs autem ſues pingues nutrio
Ad comedendum:at ille egens fortè cibi
Errat in diuerſorum uirorum populúmque,ciuitatemq́;,

Sicubi

Ayuntamiento de Madrid

Sicubi adhuc uiuit,& uidet lumen Solis.
Sed ſequere,ad ſtabulum eamus ſenex,ut & ipſe
Cibo & uino ſaturatus ex animo,
Dicas,unde ſis,& quot dolores toleraueris.
Sic dicens ad ſtabulum præceßit diuinus ſubulcus:
Collocauit ãt introducens,uirgulta aũt ſubſtrauit dẽſa.
Strauit autem in pellem uilloſæ ſylueſtris capræ
Suum ſtratũ magnũ & denſum:gauiſus eſt aũt Vlyſſes,
Quòd ipſũ ſic ſuſcepat,uerbũq; dixit,& appellauit:
Iupiter tibi det hoſpes,& immortales Dei alij
Quodcunque maximè uis:quia me benignus ſuſcepiſti.
Huic reſpondens,locutus eſt Eumæus ſubulcus:
Hoſpes,non mihi fas eſt,neque ſi peior te ueniat,
Hoſpitem contemnere:ab enim Ioue ſunt omnes
Hoſpitesq;,pauperesq;:munus ãt exiguumq; charúmq;
Eſt noſtrum:hæc enim ſeruorum cauſa eſt
Semper timentium,cùm dominantur Reges
Iuuenes:certè enim cuiuſdam reditum morati ſunt,
Qui me accuratè diligebat,& poſſeßionem præbuit:
Tanquámque ſuo familiari Rex benignus dedit,
Domumq;,portionémque,optatißimámque uxorem,
Qui ſibi multa laborauerit,Deus aũt negotiũ auxerit.
Sic & mihi hoc negocium augetur quo detineor,
Ideò me multum iuuißet Rex,ſi hîc ſenuißet:
Sed perijt:utinam debuißet Helenæ genus perijße
Funditùs:quoniam multorum uirorum genua labefecit.
Etenim ille iuit Agamemnonis gratiã honoris
In Ilium bonorum equorum,ut Troianos oppugnaret.
Sic dicens cingulo celeriter coërcuit tunicam,
Perrexit ãt ire ad ſuilia,ubi grex cõtinebatur porcorũ

Eumæus Vlyßẽ hoſpitem humaniter excipit.

Eumæus Vlyßẽ non cognoſcens eũ perijſſe conqritur.

Illinc

Illinc capiens duos attulit,& ambos mactauit:
Ignémque accendit,concîditque,& uerubus infixit.
Aſſata autem omnia ferens appoſuit Vlyßi
Calida ipſis uerubus:hic autem panes albos miſcuit:
In poculo autem miſcebat dulce uinum.
Ipſe autem contrà ſedit, cohortans autem allocutus eſt:
Comede nunc ô hoſpes,quæ ſeruiſque adſunt
Porcina:at pingues porcos proci comedunt,
Non uerecundiã habẽtes in mẽtibus,neq; miſericordiam.
Non quidem impia opera Dei beati amant:
Sed ius colunt,& pia opera hominum:
Et quidem hoſtes,& iniqui,qui in terra
Aliena ueſcantur,& ipſis Iupiter prædam dederit:
Implentes uerò naues iuerunt domum quiſque.
Et quidem his curæ potens timor in animos cadit.
Hi autem ſciunt (Dei autem aliquam audiuerũt uocem)
Illius pernitioſam mortem:quia nolunt iuſtè
Ambire,neque ire ad ſua:ſed ſilentio
Bona dilapidant immoderatè,neque eſt parſimonia.
Quotquot enim noctesq; & dies abs Ioue oriuntur,
Nunquam unam ſacrificant uictimam,neque duas ſolas:
Vinum autem conſumunt immoderatè haurientes.
Certè enim ei facultates erant magnæ,nulli tantæ
Virorum heroum,neque Epiri nigræ,
Neque ipſius Ithacæ,neque uiginti uirorum
Sunt diuitiæ tantæ:ego autem tibi connumerabo:

Vlyßis diuitiæ & poſſeßiões.

Duodecim in Epiro armenta,tot greges ouium,
Tot ſuum paſcua,tot ſtabula lata caprarum
Paſcunt amicique,& ipſius paſtores uiri.
Illic autem ſtabula lata caprarum undecim omnia

In extremi-

Ayuntamiento de Madrid

In extremitate agri paſcũtur: inſuper uiri boni obſeruant,
Quorum ſemper ipſis unusquiſq; in die pecudem fert,
Saginatarum caprarum quæcunq; appareat optima.
At ego ſues has ſeruoq;, tueorq;,
Et ipſis ſuum optimum eligens mitto.
Sic dixit: ille ãt attentè carnes comedebat, bibebatq; uinũ
Animoſè dolens: mala autem procis ordiebatur.
At poſtquàm cœnauit, & expleuit animum cibo,
Et ei implens dedit poculum quo bibebat
Vino plenum: hic autem ſuſcepit, gauiſusq; eſt animo.
Et ipſum appellans uerba ueloca allocutus eſt:
O amice, quis nam te emit rebus ſuis,
Sic ualde diues, & fortis ſicut dicis?
Dicis autem ipſum periiſſe Agamẽnonis gratiâ honoris:
Dic mihi ſi fortè cognoſco talem eſſe.
Iupiter enim hoc ſcit, & immortales Dei alij,
Si fortè ipſum nunciem uidiſſe, multum autem errraui.
Huic autem reſpondit poſteà ſubulcus princeps uirorũ:
O ſenex, nullus illum uir peregrinus ueniens
Nuncians perſuaſerit uxoriq; & dilecto filio:
Sed aliter exportationis indigentes uiri peregrini
Mentiuntur, neq; uolunt uera loqui:
Quicunq; autem peregrinus Ithacæ in agrum uenit,
Veniens ad dominam meam fallacia loquitur:
Hæc aũt benignè ſuſcipiens diligit, & ſingula inquirit,
Et ei lugenti palpebris lachrymæ decidunt:
Munus eſt mulieris, cum maritus alibi periit.
Statim & tu ſenex uerbum fabrica,
Siquis tibi penulamq; tunicamq; ueſtimenta det:
Illius autem iam debent canes uelocesq; uultures



Ayuntamiento de Madrid

Cutem ab oſsibus trahere:anima autem deſtituit,
Vel illum in ponto comederunt piſces:oſſa autem ipſius
Iacent in terra arena merſa multa.
Sic ille quidem illic perijt:amicis autem dolores pòſt
Omnibus,mihi aũt maximè facti ſunt:nõ .n. amplius alium
Humanum ſic regem inueniam,quocunque ibo:
Neque ſi ad patris & matris iterum irem
Domum,ubi primùm ortus ſum,& me educauerunt ipſi,
Neque nunc his etiam tantùm lugeo mœſtus
Oculis,ut uideam exiſtens in patria terra:
Sed me Vlyſsis deſyderium capit abſentis:
Hunc quidem ego ô hoſpes,& non præſentem nominando
Reuereor (ualde enim me diligebat,& habebat in animo)
Sed ipſum fratrem maiorem uoco,uel longè abſentem.

Vlyſſes diſſimulans nititur Eumæo,Vlyſſẽ rediturum perſuadere

Hunc aũt rurſus allocutus eſt patiens diuinus Vlyſſes:
O amice,poſtquàm omnino negas,neq; dicis
Illum uenturum eſſe,animus aũt tibi ſemper incredulus,
Sed ego non temere loquar,ſed cum iuramento,
Quod redit Vlyſſes:munus autem mihi ſit
Statim poſtquàm ille ueniens ſuas domos peruenerit:
Antè autem uel ualde indigens nihil accipiam:
Indue mihi penulam,& tunicam,ueſtimenta pulchra.

Mẽdax ab hoſte non differt.

Inimicus enim mihi ille non minus in Ditis ianuis
Eſt,qui egeſtate coactus fallacia loquitur.
Sciat nunc Iupiter primùm deorum hoſpitalisq; menſa
Penatesq; Vlyſsis irreprehenſi quam adibo,
Certè quidem hæc omnia perficientur ſicut dico:
Hoc autem ipſo anno ueniet huc Vlyſſes,
Hoc quidem inclinato menſe:illo autem inſtante
Domum reuerſus,& puniet quicunq; illius
Hic uituperat uxorem,& illuſtrem filium.

Ayuntamiento de Madrid

Hunc autem reſpondens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
O ſenex, neq; profectò ego lætitiæ munus luam,
Neq; Vlyſſes etiam domum ueniet: ſed quietus
Bibe, & alia prætermittamus: neq; mihi hæc
Memora, certe enim animo in pectore meo
Triſtor, quando aliquis meminit glorioſi Regis.
Sed certè iuramentum quidem ſinamus: ſed Vlyſſes
Veniat, ut ipſum ego uolo, & Penelope,
Laërtesq; ſenex, & Temclachus diuinus.
Nunc rurſus nati caſum lugeo quem genuit Vlyſſes
Telemachi, quem poſt q̃ nutriuerũt Dei uirgæ æqualem,
Et ipſum dicebam fore in uiris non peiorem
Patre ſuo charo conſilijs, & ſpecie admirabili:
Huius aũt aliquis immortalium læſit mẽtẽ intus æquabilẽ,
Vel aliquis hominum: hic aũt iuit ad patris auditionem
In Pylum diuinam: hunc autem proci ſuperbi
Domum uenientem obſeruant, ut à generatione pereat
Sine nomine ex Ithaca Araſij diuini. Araſius.
Sed agè illum quidem ſinamus ſiue opreſſus ſit,
Siue fugerit, & eum protegat manu Saturnius:
Sed agè mihi tu ſenex tua ipſius incommoda prode,
Et mihi hoc dic uerum, ut benè intelligam:
Quis, unde es uirorum? ubi tibi ciuitas & parentes?
Qua autem tu in naue ueniſti? quomodò te nautæ
Duxerunt in Ithacam? qui eſſe profitebantur?
Non enim te peditem puto huc ueniſſe.
Hunc autem reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Tibi enim ego hæc ualde uerè dicam:
Si ſit quidem nunc uobis in annum, & cibus,
Et uinum dulce tecta intra manentibus,



Ayuntamiento de Madrid

Epulariq́; quietè:alij autem ad opus adeant,
Facile poſtà & in annum omnia
Non percurrerem dicens meos dolores animi,
Quoſcunq; iam omnes deorum uoluntate laboraui:
Ex Cretenſibus quidem genus prædico latis
Viri diuitis eſſe filius:multi autem & alij
Filij in ædibus & educati ſunt,& orti ſunt
Legitimi ex uxore:me autem empta peperit mater
Pellex:ſed me pariter cum proprijs charum habebat
Caſtor Hylaades:huius ego genus prædico eſſe,
Qui quondam in Cretenſibus ut Deus colebatur populo,
Fortuniſq́; diuitijſq́;,& filijs honeſtis.
Sed certè illum fata iuerunt mortis ferentia
Ad Oitis domos:cibaria autem diuiſerunt
Filij magnanimi,& ſortes iecerunt:
At mihi ualde pauca dederunt,& propria attribuerunt:
Duxi autem uxorem locupletiſſimorum hominum
Gratiâ meæ uirtutis :quoniam non contemnendus eram,
Neq; timidus:nunc autem iam omnia defecerunt.
Sed tamen ualde quidem te arbitror intuentem
Cognoſcere:certe enim me duritia tenet ualde multa,
Certe enim audaciam Marsq́; dederunt,& Minerua,
Et fortitudinem cùm legerem ad inſidias
Viros optimos,mala inimicis ordiens,
Nunquā mihi mortem ante oculos poſuit animus uirilis,
Sed multò primus adoriens lancea occidebam
Virorum inimicorum,cùm mihi concederet pedibus.
Talis eram in bello:opus autem mihi non gratum erat:
Neq; res familiaris,quæ nutrit claros filios.
Sed mihi ſemper naues remigabiles gratæ erant,

Vlyſſes pulchrè fingit hiſtoriā aduentus ſui.

Et bella

Et bella, & tela leuia, & ſagittæ,
Triſtia quæq; alijs horrenda ſunt,
At mihi grata erant, quæ Deus in animo poſuit.
Alius enim alijs uir delectatur operibus.
Antè enim q̃ in Troia pedem ponerent filij Achiuorum,
Nouies uiris imperator fui, & uelocibus nauibus,
Viros aduerſus externos, & mihi ualde aderant omnia,
Quæ optabam idonea: multa autem pòſt illa
Aſſequebar: ſtatim autem domus augebatur: & poſteà
Grauiſq; reuerenduſq; inter Cretenſes euaſi:
Sed cùm iam odioſum iter magnus Iupiter
Decreuit, quod multorum uirorum ſubtus genua ſoluit,
Iam tunc me iuſſerunt & inclytum Idomenea
Naues ducere in Ilium: neq; ulla ratio
Erat denegandi: malus autem habebat populi rumor:
Ibi quidem nouem annis belligeramus filij Achiuorum:
Decimo autem ciuitatem Priami populati, iuimus
Domum cum nauibus: Deus autem diſiecit Achiuos.
At mihi miſero mala ſtatuit conſiliarius Iupiter.
Menſem enim ſolùm manſi delectatus filijs
Nouaq; coniuge, & bonis: at poſteà
In Aegyptum me animus impulit nauigare
Naues beneparantem cum diuinis ſocijs.
Nouem naues paraui: cito autem coactæ ſunt copiæ.
Sex diebus quidem poſteà mihi dilcti ſocij
Conuiuati ſunt: at ego ſacra multa præbui
Deiſq; ſacrificando ipſiſq; epulas ſtruendo:
Septima conſcendentes à Creta lata
Nauigauimus Borea uento ſecundo, bono,
Facile ueluti ſecundo, neq; aliqua mihi

Nauium leſa eſt:ſed ſoſpites & incolumes
Sedebamus:has autem uentuſq́; nautæq́; gubernabant:
Quinto die autem Aegyptum pulchrè irrigatã iuimus:
Statui autem in Aegypti fluuio naues curuas:
Ibi quidem ego iuſsi charos ſocios
Illic apud naues manere,& naues ſubducere:
Speculatores autem per ſpeculas miſi ut irent:
Hi autem intemperantiâ impulſi,inſequentes robore ſuo
Statim ualde Aegyptiorũ uirorum perpulchros agros
Populantur:mulieres aũt abducebant & infantes natos,
Ipſosq́; interficiebant: ſtatim autem in urbe iuit rumor:
Illi autẽ uocem audientes,ſimul cum Aurora apparente
Venerũt:impletus eſt ãt totus cãpus peditũq́;,& equitũ
Aeriſq́; fulgore:Iupiter autem fulminator
Fugam meis ſocijs malam intulit,neq; aliquis ſuſtinuit
Manere contrà,circum enim mala undiq; ſteterant:
Ibi noſtrorum multos quidem interfecerunt acuto ære:
Alios autem duxerunt uiuos ſibi operari neceſsitate.
At mihi Iupiter ipſe in mente ita conſilium
Creauit:utinam debui mori,& mortem aſſequi
Illic in Aegypto:adhuc enim me moleſtia excepit:
Statim autem de capite galeam fabrefactam depoſui,
Et ſcutum humeris:lanceam autem proieci ex manu:
At ego Regem contra ueni equis, (miſertus eſt:
Et oſculatus ſum,genua cõplexus:hic autẽ ſeruauit & mei
In currum autẽ me ſtatuens duxit domum lachrymantem.
Certè me ualde multi adoriebantur fraxineis,
Cupientes interficere:namq; irati erant ualde:
Sed ille eripuit:Iouis autem ueritus eſt iram
Hoſpitalis, qui maximè ægrè fert mala opera.

Ibi

Ayuntamiento de Madrid

Ibi ſeptem annos manſi ibidem: multas autem coëgi
Pecunias inter Aegyptios uiros, dederant enim omnes.
Sed cùm iam octauus mihi rediens annus uenit,
Iam tunc Phœnix uenit uir fallacia ſciens
Veterator, qui iam multa mala hominibus fecerat, Phœnix
Qui me perſuadens proprijs cogitationibus, ut iremus
In Phœniciam, ubi huius domus, & bona erant:
Ibi apud ipſum manſi perfectum in annum.
Sed quando iam menſesq́; & dies perfecti ſunt,
Iterū circumuoluentis anni, & ſupuenerunt tempeſtates:
In Libyam me in naui miſit maritima,
Fallacia conſultans, ut ei onus ducerem:
Illic autem me ut uenderet, & magnū precium acciperet.
Hunc ſequebar in naue ſuſpicans neceſſitate:
Illa autem currebat Boreâ uento ſecundo bono
Per medium, dextra Cretæ: Iupiter aūt eis deliberabat
Sed quādo iā Cretā q̄dē liq̄mus, neq; aliqua alia (mortē.
Apparebat terrarum, ſed cœlum & mare,
Iam tum atram nubem ſtatuit Saturnius
Naue ſuper conuexa: obſcuratus eſt autem pontus ſub ipſa:
Iupiter autem crebro tonuit, & iniecit naui fulmen.
Hæc autem conuerſa eſt tota Iouis percuſſa fulmine.
Vapore autem impleta eſt: ceciderunt aūt ex naue omnes.
Hi autem cornicibus ſimiles circum nauem nigram
Fluctibus inferebantur: Deus autem abſtulit reditum.
At mihi Iupiter ipſe habenti licet dolores animo
Malum longum nauis nigræ proræ
In manibus poſuit, ut adhuc malum fugerem:
Hunc amplexus ferebar pernitioſis uentis,
Nouem diebus ferebar: decima autem me nocte nigra

Terræ Theſprotorum appliauit magna unda uerſans:
Tunc me Theſprotorum Rex accepit Phidon
Heros gratis:huius enim dilectus filius occurrens,
Frigore & labore afflictum duxit in domum
Manus ſubleuans,quoàd iret ad ædes patris:
Circum autem me penulam,tunicamq; uelamina induit.
Ibi de Vlyſſe ego audiui,ille enim dixit,
Hoſpitio ſuſcepiſſe, & dilexiſſe euntem in patriã terrã:
Et mihi res oſtendit quas coëgerat Vlyſſes,
Aesq́; aurumq;, laboratiſſimumq; ferrum.
Et in decimam progeniem alterum amplius alat,
Tot ei in domibus theſauri iacebant Regis:
Hunc autem in Dodonem dicebat ire, ut Dei
Ex quercu procera Iouis ſenſum audiret,
Quomodo rediret Ithacæ in fertilem agrum
Iamdiu abſens,an manifeſtè,an occultè:
Iurauit autem coram me ipſo libans in domo
Nauem deduxiſſe,& paratos eſſe ſocios,
Qui iam ipſum comitentur dilectam in patriam terram.
Sed me priùs miſit:contigit enim ueniens nauis
Virorum Theſprotorum in Dulichium frumentariam:
Tunc hic me iuſſit mittere Regi Acaſto
Accuratè:his autem malum mentibus placuit conſilium
De me,ut adhuc omnino caſus calamitatem ſubirem:
Sed quando prouecta eſt à terra multũ maritima nauis,
Statim doloſum diem mihi excogitabant,
Me quidem penula,tunicaq;,uelaminibus exuerunt:
Circum autem me rallã aliã malã eiecerunt,& tunicam
Pertuſam,quæ & ipſe in oculis uideas:
Occidentales aũt Ithacæ amœnæ ad agros peruenerunt:



Ayuntamiento de Madrid

Ibi me quidem ligauerunt armata in naui,
Fune bene torto arctè: ipſi autem abeuntes
Certatim ad littus maris cœnam ſumpſere.
At mihi uinculum quidam diſſoluerunt Dei ipſi
Facilè: capiti autem rallam inuoluens
Leui temone deſcendens, applicui mari
Pectus: poſteà autem manibus nauigaui ambabus
Natans: ualde autem cito excesſi longè ab illis.
Tunc aſcendens ubi quercetum erat lætisſimum ſyluæ,
Iacebam ſtratus: illi autem ualde ſuſpirantes
Ibant: ſed non enim ipſis uiſum eſt melius eſſe
Inquirere ulterius. hi quidem iterum rediuerunt
Naui in concaua: me autem abſconderunt Dei ipſi
Facilè, & me ſtabulo applicuerunt ducentes
Viri prudentis: adhuc enim mihi fatum uiuere.
Hunc autem reſpondens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
O miſer hoſpitum, certè ualde animum commouiſti
Hæc ſingula dicens, quæ iam tuliſti & quæ uagatus es:
Sed hæc non aptè puto, neq; mihi perſuadebis
Dicens ſuper Vlyſſem: quid te oportet talem hominem
Temere mentiri? ego autem certe ſcio & ipſe
Reditum mei regis, quòd infeſtus eſt omnibus Deis
Funditus ualde, quãdo ipſum nõ in Troianis domuerunt
Vel amicorum in manibus, quoniam bellum benetractauit:
Quare ei ſepulchrum quidem feciſſent omnes Achiui,
Ac etiam ſuo filio magna gloria creuiſſet in poſterum:
Nunc autem ipſum ſine gloria harpiæ dilaniarunt:
At ego apud ſues ſeparatus, neq; ad ciuitatem
Eo, niſi prudens Penelope
Ire iubeat, quando nuncium aliunde ueniat:

Eumæo reditus Vlyſsis non perſuadetur.



Ayuntamiento de Madrid

Sed hi quidem ſingula aßidentes interrogant:
Et alij triſtantur diu abſente Rege,
Atq; alij lætantur, uictum impunè edentes,
Sed mihi non gratum eſt inquirere & interrogare
Ex quo me Aetolus uir decepit uerbo,
Qui uirum interficiens, multas per regiones errans
Venit meas ad ædes: ego autem ipſum amicè habui:
Dixit autem eum inter Cretenſes apud Idomeneũ uidiſſe
Naues aptantem, quas ei fregerant procellæ,
Et Dixit uenturum, uel in æſtatem, uel in autumnum,
Multas opes ducentem cum diuinis ſocijs:
Et tu ſenex multa paſſus poſtq̃ te ad me duxit fortuna,
Ne mihi mendacijs gratificare, neq; mulceas.
Non enim ob id ego te honorabo, neq; diligam:
Sed Iouem hoſpitalem ueritus teq; ipſum miſeratus.
Hunc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Vlyſſes ſubulco. Certe ualde aliquis tibi animus in pectoribus incredulus,
Qualem neq; iurans induxi, neq; tibi perſuadeo,
Sed agè nunc pactum faciamus, & poſteà
Teſtes ambobus Dei, qui olympum habitant.
Siquidem redibit Rex tuus in hanc domum,
Induens chlænamq; tunicamq;, ueſtes, mitte
Ad Dulichium ire quò mihi gratum eſt animo:
Si autem non uenerit Rex tuus, ut dico,
Famulis iube deijcere magna de petra,
Vt & alius pauper caueat decipere.
Hunc autem, reſpondens, allocutus eſt diuinus ſubulcus:
Subulcus Vlyßi. Hoſpes, ſic mihi bona fama uirtusq;
Sit inter homines, ſimul nunc & in futurum,
Qui te in ſtabulum duxi, & xenia dedi:

Rurſus

Ayuntamiento de Madrid

Rurſus autem interficiam,dilectúmq; animum auferã:
Promptus autem poſteà Ioui Saturnio ſupplicabo:
Nunc autem hora cœnæ,ocyùs mihi intus ſocij
Erunt,ut in tugurio dulcem præparemus cœnam.
Sic hi quidem talia inter ſe dicebant:
De propinquo autem ſuesq; & uiri uenerunt ſubulci:
Has quidem igitur incluſerunt de more ad dormiendum:
Clamor autem multus ortus eſt ſuum in haram eũtium.
At ſuis ſocijs iuſsit diuinus ſubulcus:
Ducite ſuum optimum,ut hoſpiti ſacrificem
Peregrino,unà & ipſi recreabimur,qui ærumnam
Diu habemus patientes ſuum gratiâ habẽtiũ dẽtes albos,
Alij autem noſtrum laborem impunè edunt.
Sic locutus,ſcidit ligna acuto ferro:
Hi autem ſuem adduxerunt ualde pinguẽ quinquennem.
Hũc quidem poſteà poſuerunt in craticula:neq; ſubulcus
Oblitus eſt immortalium,mentibus enim utebatur bonis.
Sed hic incipiens capitis crines in ignem iecit
Albos habentis dentes ſuis,& precatus eſt omnes Deos,
Vt rediret Vlyſſes prudens ſuam domum:
Percuſsit ãt in altũ tollẽs ſtipite querno,quẽ liquit ueniens.
Hunc aũt reliquit aĩa:hi aũt iugulauerũt & cõbuſſerũt:
Statim aũt ipſum diuiſerunt:cruda aũt poſuit ſubulcus
Vndiq; incipiens à membris in pinguem pinguedinem.
Et partim quidem in ignem iecit miſcens farinæ flore:
Minutatim uerò ſecuerunt alia,& circũ uerũa fixerũt,
Aſſaueruntq; ritè,extraxeruntq; omnia:
Poſuerunt autem in diſcis ſimul omnia:Subulcus uerò
Surrexit diuidens(ualde enim mentibus æqua ſciebat)
Atq; quidẽ ſeptifariam omnia partitus eſt diuidens:

Eumæus hoſpiti ſacrificaturus ſuẽ mactat.

Partem

Ayuntamiento de Madrid

Partem quidem unã Nymphis, & Mercurio Maiæ filio
Poſuit ſupplicans, alias diſtribuit ſingulis:
Dorſis autem Vlyßem integris honorauit
Albosdentes habentis ſuis: lætificauit autẽ animũ Heri.
Et ipſum dicendo allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Vtinam ſic Eumæe dilectus Ioui patri eſſes
Sicut mihi, ſiquidem talem exiſtentem bonis honoras.
Hunc aũt reſpondens allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Comede felix hoſpitum, & delectare his,
Qualia adſunt: Deus aũt hoc quidẽ dabit, hoc aũt ſinet
Quodcunq; ſuo animo uult: poteſt enim omnia.
Dixit, & primitias ſacrificauit Deis ſempiternis:
Libans autẽ, nigrum uinum Vlyßi urbium deſtructori
In manibus poſuit: hic autem ſedebat ſuum iuxta latus:
Cibum autem ipſis diſtribuit Meſaulius, quem ſubulcus
Ipſe poßederat ſolus abſente domino,
Seorſum à domina & Laërte ſene:
Ipſum apud Taphios emerat de ſuo.
Hi aũt in cibos paratos, præiacentes, manus extendebant.
At poſtquàm potus & cibi deſyderium eiecerunt,
Cibum quidẽ ab ipſis abſtulit Meſaulius: hi aũt in cubile
Cibo, & carnibus ſaturati iuerunt.
Nox autem uenit mala obſcura: pluit autem Iupiter
Tota nocte: at ſpirabat Zephyrus magnus ſẽper aquoſus:
Hos autem Vlyſſes allocutus eſt bubulcum tentans,
Si quõ ab eo exutã ibi chlænã præberet, uel aliquẽ ſocio
Alium moueret, ſiquidem ſui curam gerebat ualde: (rũ
Audi nunc Eumæe, & alij omnes ſocij
Me iactando aliquod uerbum dicã, uinum enim iubet
Stultum, quod impellit ſapientem etiam ualde cantare,

Meſaulius.

Vlyſſes anſam quærit cõmodè petẽdi chlænã

Et leniter

Ayuntamiento de Madrid

Et leniter ridere,& ſaltare agit:
Et aliquod uerbum præfari,quod non dictum melius,
Sed poſtquã primũ garrulus eſſe cœpi,nõ diſsimulabo:
Vtinam ſic pubeſcerem,uisq; mihi firma eſſet,
Sicut quando ſub Troia inſidias duximus parantes:
Duces erant Vlyſſes,& Atrides Menelaus.
Cum his unà tertius dux fui ego:ipſi enim iuſſerant.
Sed quando iuimus ad urbem altumq; murum,
Nos quidem circa urbem in uirgultis denſis
Inter calamos & paludem ſub armis cadentes,
Iacuimus:nox autem aduenit mala Borea incidente
Brumalis:at poſteà nix facta eſt ueluti pruina
Frigida,& ſcutis circumuertebatur cryſtallus.
Tunc alij omnes ueſtes habebant & tunicas:
Dormiebant autem quieti ſcutis cooperti humeros:
At ego ueſtem quidem diſcedens ſocijs reliqui
Stultè,quoniam non putabam tantum frigus futurum:
Sed ſequebar ſcutum ſolum habens,& ueſtem nitidam.
Sed quando iã extrema pars noctis erat,trãs aũt aſtra ierant,
Et tũc ego Vlyſſem allocutus ſum propè exiſtentẽ,
Cubito pungens,hic autem promptè audiuit:
Nobilis Laërtiade,prudens Vlyſſes:
Non adhuc cum uiuis ero,ſed me hyems
Interficiet: nõ .n. habeo chlænã apud me,decepit fortuna
Vna cũ tunica cũ ſim:nunc ãt nõ amplius remedia adſũt.
Sic dixi:hic aũt poſteà mentem tenuit hanc in animo.
Solus ille erat ad conſultandum & pugnandum,
Loquens autem gracili uoce ad uerbum dixit:
Sile nunc,ne quis te Achiuorum alius audiat.
Dixit,& in cubito caput tenuit,dixitq; uerbum:

Audite

Ayuntamiento de Madrid

Audite amici, diuinus mihi in ſomnis aſtitit Deus ſomni.
Nam à nauibus longè uenimus: ſed aliquis eat
Nunciatum Atridæ Agamemnoni paſtori populorum,
An plures ad naues iubeat uenire.
Sic dixit: motus eſt aũt poſteà Thoas Adræmonis filius
Subitò: à ſe autem chlænam iecit purpuream:
Perrexit autem ire ad naues: ego autem in ueſte illa
Iacui libenter: illuxit autem aureumthronũhabẽs Aurora.
Vtinam nunc pubeſcerem uiſq; mihi firma eſſet,
Daret aliquis chlænam in ſtabulis ſubulcorum
Aequè amicitia ac reuerentia uiri boni:
Nũc aũt me inhonorant malas circa corpus ueſtes habẽtẽ.
Hunc autem reſpondens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
O ſenex, laus quidem tibi magna quam dixiſti:
Eumæus Vlyßi. Neq; amplius citra decorum uerbum inutile dixiſti:
Ideo neque ueſte indigebis, neq; alia re,
Quam conueniat ſupplici miſero obuiamuenienti
Nunc: at mane tuis te ueſtibus amicies:
Non enim multæ chlænæ mutatoriæq; tunicæ
Hîc ad induendum: una autem ſola uiro ſingulo.
At poſtquàm uenerit Vlyſſis dilectus filius,
Ipſe tibi chlænamq; tunicamq; ueſtes dabit,
Mittet & quò te cor animusq; iubet.
Sic dicens, ſurrexit: poſuit autem ei ignem prope,
Lectum, inq; caprarum & ouium pelles iniecit,
Vbi Vlyſſes dormiebat: inſuper chlænam iniecit ipſi
Paratur ſtratum Vlyßi. Denſam & mollem, quæ ei erat mutatoria
Cum ſe indueret, quãdo aliqua hyems terribilis orta eſſet.
Sic hic quidem tunc Vlyſſes dormiuit: apud ipſum
Viri dormierunt iuuenes, neq; ſubulco

Placuit

Ayuntamiento de Madrid

Placuit illic in lecto à ſuibus longè dormire,
Sed hic extrà iens armabatur: lætabatur autem Vlyſſes,
Quòd ei cenſus curæ erat longè exiſtens:
Primum quidē enſem acutũ àrcũ fortes poſuit humeros,
Circũ aũt chlænã induit expellentē uentũ ualde denſam,
Ac pellem accepit capræ benenutritæ magnæ:
Accepit aũt acutã lanceã contra canes adiutricē & uiros.
Perrexit autem ire dormiturus, ubi ſues
Petra ſub concaua dormiebant Boreæ ſub tegmine.

## ARGVMENTVM .O. HOMERI COMPOSITIONIS.

TELEMACHO Minerua in ſomnis aßiſtens, in Ithacam redire hortatur: hic dona à Menelao accipiens, mittitur, & ingreſſurus in nauim, Theoclymenō quēdam Arguium uatem recipit propter cædem fugientem: & Eumæus Vlyßi narrat, uti Phœnices ipſum prædam facientes ex Syria inſula uendiderunt Laërtæ: & Telemachi nauis deducitur in Ithacam: & cum hanc in ciuitatem remiſiſſet, ipſe ad Eumæum pergit.

ODYSSEAE

Ayuntamiento de Madrid

*Omicron, appulit ad Ithacã Vlyßides ex Lacædemone.*

IN LATAM *Lacædæmona* Pallas *Minerua*
*Acceßit ad Vlyßis magnanimi illuſtrem filium,*
*De reditu admonitura, & ſuaſura ut redeat:*
*Inuenit autẽ Telemachum & Neſtoris inclytum filium*
*Dormientem in ueſtibulo domus Menelai illuſtris:*
*Certe Neſtoridem molli domitum ſomno:*
*Telemachum aũt non ſomnus tenebat dulcis, ſed in animo*
*Noctem per ſolitariam curas patris congregabat:*
*Propè ãt ſtans allocuta eſt glaucosoculoshabens Minerua:*
*Telemache, non amplius bene domibus diu aberras,*
*Poſſeßionesq; relinquens, uirosq; in tuis domibus*
*Sic ſuperbos, ne omnia comedant,*
*Poſſeßiones, diuidentes: tu autem in uiam uenies.*
*Sed moue citißimè, uoce bonum Menelaum*
*Mittere, ut adhuc domi bonam matrem inuenias.*
*Iam enim paterq; fratresq; iubent*
*Eurymacho nubere: hic enim ſuperat omnes*
*Procos donis, & auget dotes:*
*Ne te inuito ex domibus res efferatur.*
*Scis enim qualis animus in pectoribus mulieris:*
*Illius uult domum augere, quicunq; duxerit:*
*Filiorum autem priorum, & mariti dilecti*

*Minerua Telemachũ in ſomnis hortatur ut Ithacam redeat.*

Non

*Non amplius recordatur mortui, neq; inquirit.*
*Sed tu ueniens ipſe committes ſingula,*
*Famularum, quæ optima uidebitur eſſe,*
*Quouſq; oſtendant Dei uenerabilem uxorem:*
*Aliud autem tibi uerbum dico, tu uerò repone animo,*
*Procorum tibi diligenter optimi inſidiantur*
*In freto, Ithacæq; Samiq; pulueruIentæ,*
*Cupientes occidere, antequàm in patriam terram uenias.*
*Sed hæc non puto: antè & aliquem terra detinebit*
*Virorum procorum, qui uictum comedunt:*
*Sed longè ab inſulis impelle benefabricatam nauem:*
*Nocte autem ſimul nauiga: mittet autem tibi uentũ à tergo*
*Immortalium quicunq; te cuſtoditq; liberatq;.*
*At ut primùm littus Ithacæ perueneris,*
*Nauem quidem in ciuitatem impelle, & omnes ſocios:*
*Ipſe autem primùm ſubulcum inuade,*
*Qui ſuum cuſtos, ſimul autem tibi humana ſcit:*
*Illic autem dormi: hunc autem mitte urbem intra,*
*Nuncium dicentem caſtæ Penelopæ,*
*Quia ei ſaluus es, & ex Pylo ueniſti.*
*Hæc quidem ſic fata abiuit ad longum olympum.*
*At hic Neſtoridem ex dulci ſomno excitauit,*
*Calce pede mouens, & ad ipſum uerbum dixit:*
*Surge Neſtoride Piſiſtrate, unicuſunguis equos* Telemach9 Piſiſtrato.
*Iunge curui ducens, ut eamus uiam.*
*Hunc autem Neſtorides Piſiſtratus contrà allocutus eſt:*
*Telemache, nondum eſt feſtinantes uia* Piſiſtratus Telemacho
*Noctẽ per tenebroſã impellere: citò ãt aderit Aurora:*
*Sed mane, quouſq; dona ferens in currus ponat*
*Heros Atrides lancea inclytus Menelaus,*



Ayuntamiento de Madrid

Et uerbis mitibus alloquens remittat.
Huius enim hoſpes recordatur dies omnes
Viri hoſpitalis, qui amicitiam præbeat.
Sic fatus: ſtatim autem aureæſedis uenit Aurora.
De prope autem ipſos uoce bonus Menelaus,
Surgens ex lecto Helenam apud pulchricomam.
Hũc aũt poſtq̃ igitur cognouit Vlyßis dilectus filius,
Feſtinans chitonem circum corpus ſplendidam
Induit, & magnum pallium in fortes iecit humeros
Heros: iuit autem forâs, aſtans autem allocutus eſt
Telemachus dilectus filius Vlyßis diuini:

Telemachꝰ Menelao.

Atride Menelaë, diuine princeps populorum,
Iam nunc me remitte dilectam in patriam terram:
Iam enim mihi animus cupit domum ire.
Huic autem reſpondit poſtea uoce bonus Menelaus:

Menelaus Telemacho Hoſpitem inuitum detinere inhumanum eſt.

Telemache, non te ego multum tempus hic detinebo
Cupientem reditus: iraſcor autem & alij
Viro hoſpitali, qui eximiè quidem diligit,
Eximiè autem odit: meliora autem decentia omnia
Aequale malum eſt, qui & nolentem redire
Hoſpitem impellit, & qui ruentem detinet.
Oportet hoſpitẽ præſentẽ diligere, uolentẽ aũt dimittere.
Sed mane, donec dona ferens in ſedes ponam
Pulchras: tu autem oculis uidebis: dicam autem mulieribus
Cœnam in domibus ut faciant ſufficienter intus exiſtentiũ:
Vtrunq;, gloriaq́; & ſplendor, & utilitas,
Cœnatos ire multam in infinitam terram.
Si autem uis diuertere in Græciam, & medium Argos,
Vt ipſe ſequar, ſubiungam autem equos:
Vrbes autem hominum ducam: neq; aliquis nos



Ayuntamiento de Madrid

Fruſtrà remittet:dabit autem aliquid unum ferri,
Vel aliquem tripodem bene æratorum,uel lebetem,
Vel duos mulos,uel aureum poculum.
Hũc ãt rurſus Telemachus prudẽs cõtrà allocutus eſt:
Atride Menelaë,diuine princeps populorum, Telemachꝰ Menelao.
Volo iam redire ad noſtra:non enim à tergo
Cuſtodem diſcedens reliqui in rebus meis,
Ne patrem diuinum quærens ipſe peream:
Certè mihi ex domibus depoſitum bonum pereat.
At poſtquàm hoc audiuit uoce bonus Menelaus,
Statim ſuæ uxori & famulis iuſsit
Cœnam in domibus præparare ſufficiẽter intus exiſtẽtiũ.
Propè autem ipſum uenit Boëthides Eteoneus
Exurgẽs ex lecto,quoniã nõ multũ hĩtabat lõgè ab ipſo:
Hunc autem ignẽ accendere iuſsit uoce bonus Menelaus,
Aſſareq; carnes:hic autem non neglexit audiens.
Ipſe autem in thalamum deſcendit redolentem
Non ſolus,ſimul cũ ipſo Helena ibat,& Megapentheus.
Sed quando iam peruenerunt ubi ei depoſita iacebant,
Atrides quidem poſteà poculum accepit rotundum:
Filium autem crateram portare Megapenthea iuſsit
Argenteam:Helena autem aſtitit arcis,
Vbi erant ueſtes totæuariatæ,quas laborauerat ipſa.
Harum unam eleuans Helena portabat diuina mulierũ,
Quæ pulcherrima erat tarſiatis & maxima:
Stella ãt tanq̃ reſplendebat:iacebat aũt ultima aliarum:
Perrexerũt ãt ire ulterius per domũ,quouſq; ꝑuenerunt
Telemachum:hunc aũt allocutus eſt flauus Menelaus:
Telemache,certè reditum ut mentibus tuis cogitas,
Sic tibi Iupiter perficiat perſonans maritus Iunonis:

Donorum autem quæcunq; in mea domo depoſita iacent,
Dabo quod optimum & honoratiſsimum eſt:
Dabo tibi crateram fabrificatam:argentea autem
Eſt tota:auro autem in labra perfecta ſunt:
Opus autem Vulcani:præbuit autem illuſtris heros
Sidoniorum Rex,quando ſua domus cooperuit
Illic me redeuntem:tibi autem uolo hoc præbere.
Sic dicens in manibus poſuit crateram rotundam
Heros Atrides:hic autem crateram lucidam
Menelai donum.
Poſuit illic coràm portans fortis Megapenthes
Argenteam:Helena autem aſtitit pulchrigena,
Veſtẽ habens in manibus,uerbũq; dixit,et denominauit:
Helena Telemachũ xenijs donat.
Donum tibi & ego fili dilecte hoc do, (rũ tempus,
Memoriã Helenæ manuũ multũ deſyderatarũ ĩ nuptia-
Tuæ uxori portare: interim autem dilectã apud matrem
Iaceat in domo:tu autem mihi gaudens abi
Domum beneædificatam,& tuam in patriam terram.
Sic dicens in manibus poſuit:hic autem ſuſcepit gaudens:
Et hæc quidem in tabulata poſuit Piſiſtratus heros
Suſcipiens,& omnia ſuo admiratus eſt animo.
Hos autem duxit in domum capiteſlauus Menelaus:
Sederunt autem poſteà in ſedibúſq; throniſq;.
Lauacra autem famula gutturnio infudit ferens
Pulchro,aureo,ſuper argenteo lebete
Lauare:apud autem politam extendit menſam:
Panem autem honeſta famula appoſuit ferens,
Cibos multos imponens,gratificans præſentibus.
Apud aũt Boëthoedes carnes incidebat,& diſtribuebat
Miniſtrabat aũt filius Menelai inclyti. (partes:
Hi autem in cibos paratos,præiacentes,manus mittebãt.

At poſt-

Ayuntamiento de Madrid

At poſtquàm potus & cibi deſyderium eiecerunt,
Et tunc Telemachus & Neſtoris illuſtris filius
Equos iunxerunt, ſupraq; currus uarios iuerunt:
Extra aūt impulerunt ueſtibulū, & porticū ualdeſonātē:
Cum his autem Atrides ibat flauus Menelaus,
Vinum habens in manu dulce dextra,
Aurea in patera, ut ſacrificantes irent:
Statuit autem equos ante, circumſpectus autem locutus eſt:
 Gaudete ô iuuenes, & Neſtori paſtori populorum
Dicite: certè enim mihi pater tanquàm mitis erat,
Quouſq; in Troia pugnauimus filij Achiuorum.
 Hunc autem Telemachus prudens contrà allocutus eſt:
Et ualde illi generoſe ſicut dicis
Omnia hæc euntes narrabimus: utinam enim ego ſic
Rediens ad Ithacam, Vlyſſem in domo
Dicerem, ut ad te conſequens amicitiam omnem
Venio: at duco depoſita multa, & bona.
Sic ei dicenti uolauit dextera auis
Aquila, album anſerem ferens unguibus magnum,
Domeſticum, è ſtabulo: hi autem clamantes ſequebantur
Viri & mulieres: hæc autem ipſos prope ueniens,
Dextra iuit ante equos: hi autem uidentes
Lætati ſunt, & omnibus in mentibus animus lætatus eſt.
 His autem Neſtorides Piſiſtratus incœpit ſermonem:
Conſydera iam Menelaë generoſe, princeps populorum,
Si nobis hoc oſtendit Deus monſtrum, an tibi ipſi.
 Sic dixit: cogitabat autem bellicoſus Menelaus,
Quomodò ei ſecundum decens reſpōderet conſyderans.
Huic aūt Helena extēſis ueſtibus præueniēs dixit uerbum:
Audite me: at ego uaticinabor ſicut in animo

Augurium aquilæ aduolantis.

Immortales iaciunt,ſicut perfici puto.
Helena interpretatur augurium.
Sicut hæc anſerem rapuit nutritum in domo,
Veniens ex monte,ubi ei generatióq;,partuſq;:
Sic Vlyſſes mala multa paſſus,& multa errans,
Domum redibit,& puniet,uel & iam
Domi:at procis mala omnibus plantat.
Hanc autem rurſus Telemachus prudẽs contra dixit:
Sic nunc Iupiter faciat ualdeſonans maritus Iunonis:
Ideò tibi & illic Deo tanquàm ſupplicarem.
Dixit,& in equis flagellum iecit:hi aũt ualde celeriter
Ruerunt in campum per urbem prompti:
Telemachus proficiſcitur à Menelao.
Hi autem toto die feſtinabant iugum utrinq; habentes.
Occidit autem Sol,obſcuratæ ſuntq; omnes uiæ:
In Phæram autem peruenerunt Dioclei ad domum
Filij Orſilochi,quem Alpheus genuit filium:
Illic nocte dormierunt:hic autem his hoſpitalia poſuit.
Quando autem matutina apparuit roſea Aurora,
Equóſque iunxerunt,ſuper currus uarios aſcenderunt:
Extra autem impulerunt ueſtibulũ et porticũ reſonantẽ:
Verberauit autem impellere:hi aũt non inuiti uolabãt.
Statim autem poſteà uenerunt Pyli altam ciuitatem:
Et tunc Telemachus allocutus eſt Neſtoris filium:
Neſtoride,quomodò mihi promittens perficies
Verbum meum?hoſpites autem omnino dicimur eſſe
Ex patrum amicitia:at & coætanei ſumus:
Hæc autem uia & magis concordia ſeparabit.
Ne me extra duc nauem generoſe,ſed relinque illic,
Ne me ſenex inuitum detineat ſua in domo,
Cupiens diligere:me autem opus citò ire.
Sic dixit:Neſtorides ſuo conſultauit animo,

Quomodò

Ayuntamiento de Madrid

Quomodò ei ſecundum decens promittens perficeret:
Sic autem ei cogitanti uiſum eſt melius eſſe.
Vertit equos in nauem uelocem, & littus maris:
Naui autem in puppi diſcooperuit pulcherrima dona,
Veſtem, aurumq́; quæ ei Menelaus dedit,
Et ipſum hortans, uerba uelocia allocutus eſt:
Feſtinanter nunc aſcende, iubeq́; omnes ſocios
Ante me domum ire, nunciareq́; ſeni: Diſcedunt à ſe Telemachus & Piſiſtratus.
Bene enim ego hoc ſcio in mente & in animo,
Qualis illius animus immenſus, neque te dimittet.
Sed ipſe uocans huc uenire faciet: neq; te dico
Retrò ire uacuum: ualde enim iraſcetur tamen.
Sic uociferans impulit pulchrorumcrinium equos
Retrò Pyliorum in ciuitate: uelociter autem domos puenit,
Telemachus autem ſocijs conclamans iußit:
Parate arma ſocij naui nigræ, Telemach⁹ ſocijs.
Ipſiq́; aſcendamus, ut tranſeamus uiam. (diuerũt:
Sic dixit: hi ãt igitur hũc ualde qdẽ audiuerũt, et obe=
Statim ãt ingreßi ſũt, & in ſedibus ſederũt. (Mineruæ,
Certe hic qdẽ hæc laborabat, et ſupplicabat ſacrificabat atq;
Nauem apud puppim: de propè autem ei uenit uir
Peregrinus, fugiens ex Argo, uirum interficiens
Vates: at genere Melampodis proles erat: Theoclymenus uates ad Telemachi nauem confugiens.
Qui anteà quidẽ quondã habitabat Pylo in matre ouiũ,
Diues, Pylijs ualde egregiè domos habitans.
Iam tunc alium populum peruenit, patriam fugiens,
Neleumq́; magnanimum clarißimum uiuentium,
Qui ſibi opes multas perfectum in annum
Habuit ui: hic autem interim quidem in domibus arcis
Vinculo in difficili ligatus eſt, fortes dolores patiens

Gratiâ Nelei filiæ, nocumentiq́; grauis,
Quod ei in mentibus poſuit Dea grauis Erynnis.
Sed hic q̃dẽ effugit mortẽ, & abegit boues ualde mugientes
In Pylũ ex Phylace: & ſoluit opus indecens,
Diuinum Neleum fratriq́; uxorem
Duxit ad domos: hic autem aliorum iuit populum
Argos in equos nutriens: ibi enim ei fatatum erat
Habitare, multis imperantem Argiuis:
Ibi autem duxit uxorem, & altam poſuit domum:
Antiphâtes Genuit autem Antiphatem, & Mantium filios fortes.
Mantius. Antiphates quidem genuit Oicleum magnanimum:
Oicleus. At Oicleus populum ſaluantem Amphiaraum,
Amphiaraꝰ Quem animo diligit Iupiterq́; ægiochus & Apollo
Omni amicitia: neq; peruenit ſenectutis limen,
Sed perijt Thebis muliebrium gratiâ donorum.
Alcmaon. Huius aũt filij generati ſunt Alcmaon, Amphilochúsq;:
Amphilo= Mantius iterum genuit Polyphideúmque, Clitúmque.
chus. Sed certè Clitum aureæ ſedis rapuit Aurora,
Polyphide= Pulchritudinis gratiâ, ut immortalibus intereſſet:
us et Clitus At magnanimum Polyphideum uatem Apollo
Poſuit hominũ ualde optimũ, poſt q̃ mortuus eſt Amphiaraus,
Qui Rhypereſiam habitabat patri iratus.
Illic hic habitans uaticinabatur omnibus hominibus.
Huius quidẽ filius aduenit: Theoclymenus ãt nomẽ erat,
Qui Telemachum prope ſtetit: hunc autem inuenit
Sacrificantem, ſupplicantẽq́; uelocem apud nauẽ nigrã:
Theocly= Et ipſum uociferans, uerba uelocia allocutus eſt:
menus. O amice, quoniam te ſacrificantem inuenio hoc in loco,
Supplico per ſacrificia, & dæmonis, & poſtea
Tuum ipſius caput, & ſocios qui te ſequuntur,

Dic

Dic mihi interroganti uera, neq; occultes:
Quis? unde es uirorum? ubi tibi ciuitas, & parentes?
Hũc ãt rurſus Telemachus prudens alloqutus eſt:
Tibi enim ego hoſpes ualde uerè dicam:
Ex Ithaca genere ſum: pater autem mihi eſt Vlyßes,
Siquãdo erat: nunc aũt iam corruptus eſt graui morte.
Propterea nunc ſociosq; capiens, & nauem nigram,
Veni interrogaturus patre diu abeunte.
Hũc autem rurſus alloqutus eſt Theoclymenus diuinus:
Sic tibi & ego ex patria uirum interficiens
Contribulum: multi autem fratresq; ſocijq;,
Argos in equos paſcens: ualde aũt dominantur Achiui.
Horum fugiens mortem, & parcam nigram
Fugio: quoniam mihi parca inter homines errare.
Sed me naue inſidere fac, poſtquã te fugiens ſupplicaui,
Ne me interficiant: perſequi enim puto.
Hũc ãt rurſus Telemachus prudẽs cõtrà alloqutus eſt:
Non quidem iam uolentem expellam naui æquali:
Sed ſequere: at illic diligeris qualia habemus.
Sic loquens ei ſuſcepit æream lanceam,
Et hanc in lignis extendit nauis utrinq; uertibilis.
At autem & ipſe nauem aſcendit permareeuntem:
In puppi autem poſteà ſedit, apud autem ſe ipſum
Sedere fecit Theoclymenum: hi autem funes ſoluerunt.
Telemachus autem ſocijs exhortans iußit
Arma tangere: hi autem ruenter obediuerunt.
Malum autem abiegnum concauum intra tabulatum
Statuerunt erigentes: de autem funibus ligauerunt.
Traxerunt uela alba bene uerſis loris:
His autem condantem uentum mittit cæſia Minerua

Theoclymenus orat opem.

Telemachꝰ ſuſcipit in nauẽ Theoclymenum.

Latum

Latum ſonantem per aërem,ut citiſsimè
Nauis perficeret currens maris ſalſam aquam:
Occidit autem Sol,obſcuratæ ſuntq; omnes uiæ.
Hæc Pheras iniecit feſtinans Iouis uento,
Et apud Elidem diuinam,ubi dominantur Epij:
Hinc autem rurſus inſulis præmiſit acutis,
Ruens ſi mortem fugiat,an caperetur.

Poëta redit ad Vlyſſem

Hi aũt rurſus in ſtabulo Vlyſſes & diuinus ſubulcus
Cœnabant:apud autem ipſos cœnabant uiri alij.
At poſtquàm potus & cibi amorem eiecerunt,
His Vlyſſes dixit,ſubulcum tentans,
Si ipſum adhuc accuratè diligat,manereq; iubeat
Illic in ſtabulo,an hortetur ad ciuitatem:

Eumæi & Vlyſsis colloquium.

Audi nunc Eumæe,& alij omnes ſocij,
Manè ad ciuitatem cupio ire
Mendicans,ut non te uexem,& ſocios:
Sed me bene mone,& ſimul ductorem bonum præbe,
Qui me illuc ducat:in autem ciuitatem ipſe neceſsitate
Errabo,ſiquis poculum & panem porrigat:
Et iens ad domos Vlyſsis diuini,
Nuncium dicam prudenti Penelopæ,
Et procis ſuperbis miſcebor,
Si mihi cœnam dent,cibos infinitos habentes:
Statim benefaciam inter ipſos quicquid uolent.
At enim tibi dico:tu autem compone,& me audi,
Mercurij uoluntate internuncij ,qui omnium
Hominum operibus gratiam & gloriam præbet:
Strenuitate autem non mihi contenderet homo alius,
Ignemq; bene cumulare,perq; ligna autem ſcindere,
Diuidereq;,& aſſare,& uinum fundere:

Qualia

Ayuntamiento de Madrid

Qualia bonis faciunt peiores.
  Hunc aũt ualde iratus allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Hei mihi hoſpes, cur in mentibus hoc conſilium
Fuit? certè omnino cupis illic perire,
Si iam procorum uis ingredi multitudinem:
Quorum iniuriaq; uisq; ad ſydereum cœlum uadit:
Non tales ſunt miniſtri illorum,
Sed iuuenes chlænas bene induti, & chitonas:
Semper autem formoſi capite, & ualde uultu,
Qui ipſis adminiſtrant: bene politæ autem menſæ,
Pane & carnibus & uino oneratæ ſunt.
Sed mane: non enim aliquis te dolet præſente,
Neq; ego, neq; aliquis alius ſociorum qui mihi ſunt.
At poſtquàm uenerit Vlyßis dilectus filius,
Ille te chlænamq;, chitonamq; ueſtes induet:
Mittet autem quò te cor animusq; iubet.
  Huic ãt reſpõdit poſteà multapatiens diuinus Vlyſſes:
Vtinam ſic Eumæe dilectus Ioui patri fieres
Sicut mihi, q̃ me liberaſti errore & ærumna graui:
Errore autem non eſt peius aliud hominibus.
Sed gratiâ pernitioſi uentris mala conſilia habent
Viri: quorum aliquẽ inuenit error, et nocumẽtũ et dolor.
Nunc autem quoniam detines, manere me illum iubes,
Dic agè mihi circa matrem Vlyßis diuini,
Patriſq;, quem reliquit iens in ſenectutis limine,
Sicubi adhuc uiuunt ſub ſplendore Solis,
An iam mortui ſunt, & in inferni domibus.
  Hũc aũt rurſus allocutus eſt ſubulcus princeps uirorũ:
Tibi enim ego hoſpes ualde uerè dicam:
Laërtes quidem adhuc uiuit: Ioui aũt ſupplicat ſemper,

*Vlyſſes quærit de matre & patre Laërte.*

Animum

Ayuntamiento de Madrid

Animum à membris corrumpi ſuis in domibus.
Terribiliter enim filio dolet profectò:
Virgineq́; nuptaq́; uxore prudente, quæ ipſum maximè
Triſtitia affecit corrupta, & in cruda ſenectute poſuit,
Quæ dolore ſui filij corrupta eſt glorioſi
Triſti morte: ſic non moriatur quicunque
Hîc habitans amicus ſit & amica faciat.
Quandiu quidem igitur illa erat dolens tamen,
Tandiu aliquid mihi dilectum ſcrutari & interrogare:
Quoniam me ipſa nutriuit, ſimul pariens extenſa ueſte.
Filia potens quam poſtremam peperit filiorum:
Hac ſimul nutritus ſum: paulò ãt me minimus honorabat.
At poſtquàm pubertatē multumamatam uenimus ambo,
Hãc quidē poſteà in Samũ dederũt, & infinita accepunt.
At me chlænamq́;, chitonemq́; ueſtes illa
Pulchras ualde circũinduens: pedibus ãt calciamenta dãs
Ad agrum præmiſit: diligebat autem me corde magis.
Nunc autem iam horum indigeo: ſed mihi ipſi
Opus augent beati Dei, cui immaneo:
Ex his autem comedi, bibiq́;, & uereandis dedi.
Ex autem domina non dulce eſt audire,
Neq; uerbum, neq; opus: quoniam malum incidit domui
Viri ſuperbi: ualde autem famuli indigent
Contra dominam dicere, & ſingula interrogare,
Et comedere, bibereq́;: poſteà autem & portare
Ad agrum, qualia animum ſemper famulis lætificant.

Vlyſſes quærit ex Eumæo conditionem generis eius.

Hũc aũt reſpõdẽs allocutus eſt multumtolerãs Vlyſſes:
Papè, ſic paruulus exiſtens Eumæe ſubulcæ
Multum ab erraſti tua patria & parentibus.
Sed agè, mihi hoc dic, & uerè narra:

An

Ayuntamiento de Madrid

An deſtructa eſt ciuitas uirorum latauijs,
Qua in habitabat pater, & ueneranda mater,
An te ſolum poſitum apud oues, uel apud boues
Viri inimici nauibus acceperunt, & tranſtulerunt
Huius uiri ad domos: hic autem dignum precium dedit.
Hūc aūt rurſus allocutus eſt ſubulcus: princeps uirorū
Hoſpes, quoniam iam hæc me interrogas, & inquiris,
Silentio nunc audi, & delectare, bibéq; uinum
Sedens: hæ autem noctes magnæ: eſt quidem dormire,
Eſt autem delectantibus audire: neque te oportet
Ante horam dormire: dolor, & multus ſomnus.
Horum autem aliorum quicunq; cor & animus iubet,
Dormiat exiens, ſimul autem Aurora apparente,
Cœnatus ſimul ſues heriles ſequatur.
Nos autem in ſtabulo bibenteſq; comedenteſq;
Doloribus adinuicem delectemur triſtibus
Recordantes: inter etenim dolores delectatur uir
Quicunq; iam ualde multa paſſus eſt, & multa errauit.
Hoc autem tibi dico, quod me interrogas, & inquiris:
Inſula quædam Syria uocatur, ſicubi audis,
Ortygia deſuper, ubi mutationes Solis:
Non multa ualde tantùm, ſed bona quidem
Fertilis boum, fertilis ouium, uino plena, multifrumenti:
Fames autem nunquā populū inuenit, neque aliquis alius
Morbus odioſus eſt in miſeris hominibus.
Sed quando ſeneſcunt in ciuitate generationes hominum,
Veniens argenteiarcus Apollo Diana cum
Suis illuſtribus ſagittis, contraueniens interficit:
Illic duæ ciuitates, diuiſim autem ipſis omnia diuiſa ſunt:
His autem ambabus pater meus imperauit

Cteſius

Ayuntamiento de Madrid

Cteſius Ormenides ſimilis immortalibus.
Illuc autem Phœnices nauibus inclyti uenerunt uiri
Ingenioſi, infinitos ducentes ludos naue nigra:
Fuit autem patris mei mulier Phœniſſa in domo
Pulchraq́;, magnaq́;, & ſplendida opera ſciens.
Hanc autem Phœnices callidi decæperunt
Lauantem: quidam primum mixtus eſt concaua in naui
Lecto & amicitia, quæ mentes decipiunt
Libidinoſis mulieribus, etſi bene operans ſit:
Interrogabat autem poſteà, quæ eſſet, & unde ueniret:
Hæc autem ualde ſtatim patris dixit altam domum.
Ex quibus Sidone multiæris glorior eſſe:
Filia autem ſum Arybantis ego abundè diuitis:
Sed me rapuerunt Taphij latrones uiri
Ex agro uenientem: trãſtulerunt autem me huc ducentes,
Huius autem uiri ad domos: hic aũt dignũ pretiũ dedit.
  Hanc aũt rurſus allocutus eſt uir, qui mixtus erat clàm:
Certè nunc iterum rurſus ſimul nos domum ſequere,
Vt uideas patris & matris altam domum,
Ipſosq́;: certè enim adhuc ſunt, & diuites uocantur.
  Hũc aũt rurſus allocuta eſt mulier, et reſpõdit uerbo:
Sit & hoc, ſi mihi uelitis nautæ
Iuramento fidem dare innocuam domum abducere.
  Sic dixit: hi autem omnes iurauerunt, ſicut iuſsit:
At poſtquàm iurauerun tq́;, perfecerun tq́; iuramentum,
His rurſus quædam dixit mulier, & reſpondit uerbo:
Silentio nunc, ne quis me alloquatur uerbis
Veſtrorum ſociorum obuians uel in uia,
Vel in fonte, ne quis ad domum ſeni
Veniens dicat: hic autem intelligens liget
Vinculo in difficili: uobis autem conſultabit mortem.

Ayuntamiento de Madrid

Sed habete in mente uerbum:feſtinate ãt emptionẽ uiati-
Sed quando iam nauis plena uictu fuerit, (corum.
Nuncius mihi poſteà uelociter ad domos ueniat.
Portabo enim & aurũ quodcunq; ſub manus uenerit:
Et autem aliud onus ego uolens dabo.
Filium enim uiri ſui in domibus nutrio
Aſtutum iam talem ſimul currentem foràs,
Hunc ducam in naui,hic uobis infinitum pretium
Inueniet,quocunque tranſibitis ad diuerſilingues hoĩes.
Hæc quidem ſic fata,abiuit ad domos pulchras:
Hi autem per annum totum apud nos manentes
In naui concaua,uiaticum multum lucrabantur.
Sed quando iam concaua nauis grauata erat his redire,
Et tunc nuncium miſerunt,qui nunciaret mulieri:
Venit uir multa ſciens mei ad domos patris,
Auream coronam habẽs:pòſt aũt electris impedita erat.
Hanc quidem in domo famulæ,& honeſta mater
Manibus tractabant,& oculis uidebant,
Precium promittentes:hic autem huic innuit tacitè.
Certè hic innuens concauam in nauem iuit:
Hæc autem me manu capiens domibus eduxit foras:
Inuenit autem in ueſtibulo partim pocula,partim mẽſas
Virorum conuiuarum,qui mei patrem gubernabant.
Hi quidem in concionem proceſſerunt,populiq; cœtum:
Hæc autem tria pocula abſcondens in ſinu
Exportauit:at ego ſequebar ſtultitijs.
Occidit autem Sol,obſcuratæ ſuntq; omnes uiæ.
Nos aũt in portum inclytum uenimus celeriter euntes,
Vbi Phœnicum erat uirorum uelox in mari nauis.
Hi quidem poſteà aſcendentes nauigabant humidas uias
Nos aſcendere facientes:Iupiter autem uentum immiſit.

Ayuntamiento de Madrid

Sex diebus quidem ſimul nauigauimus noctéq; & die.
Sed quãdo ſeptimum diem Iupiter impoſuit Saturnius,
Hãc quidẽ poſteà mulierẽ interfecit Diana ſagittis gaudẽs
Sentina autem inſonuit cadens, ſicut marina auis.
Et hanc quidem ſocis, & piſcibus eſcam fieri
Eiecerunt: at ego relictus ſum dolens animo:
Hos autem Ithacæ admouit portans uentusq́; & aqua:
Vbi me Laërtes emit rebus ſuis.
Sic hanc terram ego uidi oculis.

Vlyſſes Eumæo.

Huic autem rurſus Iouenatus Vlyſſes reſpondit uerbo:
Eumæe, certè ualde iam mihi in mentibus animũ mouiſti,
Hæc ſingula dicens, quoſcunq; iam paſſus es dolores aĩo.
Sed certè tibi quidem apud & malum bonum poſuit
Iupiter, quoniã uiri domos perueniſti multa laborans:
Humanus, qui iam tibi præbet cibúmq; potúmq;
Decenter: degis autem bonam uitam: at ego
Multas hominum per ciuitates errans huc perueni.
Sic hi quidem talia inter ipſos dicebant:
Dormierunt autem non multum in tempus, ſed paululũ.
Statim enim Aurora uenit pulchræ ſedis: hi ãt in terra
Telemachi ſocij ſoluebant uela, depoſuerunt aũt malũ.

Telemachus Ithacam redit.

Statim hanc in portum ante traxerunt remis:
Extrà autem anchoras iecerunt, funes aũt ligauerunt.
Extrà autem & ipſi iuerunt in littore maris:
Cœnamq́; parabant, miſcebantq́; nigrum uinum.
At poſtquàm potus & cibi deſyderium eiecerunt,
His autem Telemachus prudens incepit ſermonibus:
Vos quidem nunc ad ciuitatem impellite nauẽ nigrã:
At ego ad agrum ibo, & ad paſtores:
Veſpertinus autem uidens mea opera diſcedam:

Mane

Ayuntamiento de Madrid

Manè autem uobis itinericum apponam
Conuiuium bonum, carniumq́; & uini dulcis potus.
Hūc aūt rurſus allocutus eſt Theoclymenus diuinus:
Quò enim ego dilecte fili ibo? cuius domos perueniam
Virorum, qui aſperam Ithacam in dominantur?
An recta tuam matrem, & tuam domum?
Hunc autem Telemachus prudens contrà allocutus eſt:
Aliter quidem te ego, & noſtrum iubeo
Ire: non enim tibi hoſpitiorum deſyderium, ſed tibi ipſi
Peius: quoniam tibi ego abero: neq; te mater
Videbit: non quidem enim frequēter procis in domo
Apparet: ſed ab his in tabulato telam texit.
Sed tibi alium uirum ſpeculor, ad quem ibis,
Eurymachum Polybij prudentis inclytum filium:
Quem nunc æqualiter Deo Ithacenſes inſpiciunt.
Etenim multum optimus uir promptus eſt maximè
Matrem meā ducere uxorē, & Vlyſsis honorem habere:
Sed hæc Iupiter ſcit olympius in æthere habitans:
Si & ipſis ante nuptias perficiet malum diem.
Sic igitur ei dicenti, uolauit dexter auis
Accipiter, Apollinis uelox nuncius: in autem pedibus Aquilæ augurium.
Vellebat columbā tenēs: deorſum aūt pēnas fundebat ad (terram,
In medio nauisq́;, & ipſius Telemachi.
Hunc autem Theoclymenus ſocijs longè uocans Theoclymenus uates
In eius accepit manu, uerbumq́; dixit, ac denominauit:
Telemache, non ſine Deo uenit dexter auis:
Cognoui enim ipſū in cōtraria uidens auem exiſtentem:
Veſtro autem non eſt genere dominantius aliud
In populo Ithacæ: ſed uos potentes ſemper.
Hūc āt ſtatim Telemachus prudēs cōtrà allocutus eſt:



Ayuntamiento de Madrid

Vtinam enim hoc hoſpes uerbum perficiendum ſit:
Ideo citò agnoſces amicitiamq́;,multaq́; dona
A me:adeò ut aliquis te obuians beatum dicat.
Dixit,& Pyræum alloquutus eſt fidum ſocium:
Pyræe Elitide,tu autem mihi præter alia maximè
Obedijſti meorum ſociorũ,qui me Pylum inſecuti ſunt:
Et nunc mihi hunc hoſpitem ducens in domibus tuis
Decenter ama,& honora donec ueniam.
Hũc ãt rurſus Pyræus lãceainclytus cõtrà alloquutus eſt:
Telemache,ſi enim tu multo tempore hîc manebis:
Hunc ãt ego ducam:xeniorũ aũt ei non deſyderiũ erit.
Sic dicens in nauem iuit:iuſsit autem ſocios
Ipſos aſcendere,atq́; funes ſoluere.
Hi autem ſtatim aſcenderunt,& in ſedibus ſederunt:
Telemachus ãt ſub pedibus ligauit pulchra calciamẽta:
Accepit autem fortem lanceam claram acuto ære
Nauis à tabulatis:hi autem funes ſoluerunt:
Hi quidem impellẽtes nauigabãt in ciuitatẽ,ſicut iuſſerat
Telemachus dilectus filius Vlyſsis diuini.
Hũc ãt celeriter præeũtẽ pedes ferebãt,ut iret ĩ ſtabulũ,
Vbi ei erant ſues ualdè multæ,quibus ſubulcus
Bonus exiſtens dormiebat regibus humana ſciens.

Pyræus Theoclymenũ

Telemachꝰ ad Eumæũ diuertit.

## ARGVMENTVM.Π.HOMERI COMPOSITIONIS.

PRofecto in agros Telemacho,mittitur Eumæus in ciuitatem,debens nunciare domini aduentum:fit aũt deinceps Vlyſsis apud filium agnitio ſecundum uoluntatem Mineruæ:& in inſidias Telemachi ordinatorum in ciuitatem reuerſio.

Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE .Π. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Pi autem igitur Telemachus agnoſcit patrem ſuum.*

HI autem rurſus in ſtabulis Vlyſſes & diuinus ſubulcus
Parabant prandium ſimul Aurora incendentes ignem:
Emiſeruntq; paſtores cum congregatis ſuibus:
Telemachum aũt circumblandiebantur canes latrantes,
Neq; latrabant aduenientem: intellexit aũt diuus Vlyſſes
Adulantes canes, circumſonus uenit pedibus:
Statim autem Eumæum uerba uelocia allocutus eſt:
Eumæe, certè ualde aliquis ueniet huc ſocius,
Vel & cognitus alius, quoniam canes non latrant,
Sed circumblandiuntur: pedibus autem ſub ſonum audio.
Nondũ omne dictũ erat uerbũ, quãdo eius dilectus filius
Stetit in ueſtibulis: ſtupefactus autem irruit ſubulcus:
Ex autem eius manibus ceciderũt uaſa, quibus laborabat,
Miſcens nigrum uinum: hic autem contra uenit Regem:
Oſculatus eſt ãt ipſũ capitéq; & ambobus luminibus pulchris,
Mãibusq; ãbabus: tenera ãt ei excidit lachryma.
Sicut autem pater ſuum filium amica amans amplectitur — Cõparatio,
Venientem ex longinqua terra decimo anno,
Solũ unicũ in ſenectute genitũ, quo in dolores multos paſſus eſt:
Sic tunc Telemachũ diuinum diuus ſubulcus
Totum oſculatus eſt, amplectens tanq̃ ex morte reducem,
Et lugens uerba uelocia allocutus eſt:



Ayuntamiento de Madrid

Eumæus gratulatur Telemacho reditum.

Veniſti Telemache dulce lumen:neq; te ego
Videre dicebam,poſtquàm iuiſti in naui ad Pylum.
Sed agè nunc ingredere dilecte fili,ut te animo
Delecter,inſpiciens nuper aliunde intrà uenientem.
Non quidē.n.frequenter in agrū uenis,neq; ad paſtores,
Sed peregrinaris:ſic enim placuit animo
Virorum procorū prouidere pernitioſam multitudinē.
Hūc āt rurſus Telemachus prudēs cōtrà allocutus eſt:
Erit ſic amice,tui enim cauſâ huc ueni,
Vt te uideam oculis,& uerbum audiam,
Si mihi adhuc in domibus mater manet,an aliquis iam
Virorum alius duxit uxorem:Vlyſsis autem cubile
Priuatione in lectis malas araneas iaceat habens.
Hūc aūt rurſus allocutus eſt ſubulcus princeps uirorū:
Et ualde illa manet patienti animo
Tuis in domibus:ærumnoſæ autem eam ſemper
Corrumpunt noctesq; & dies lachrymantem.
Sic utique uociferans eius ſuſcepit æream lanceam.
At hic introiuit,& tranſiuit lapideum limen:
Huic autem ſedis adeunti pater ceſsit locum Vlyſses:
Telemachus autem ex altera parte retinuit,clamauitq́;:
Sede hoſpes:nos autem & alibi inueniemus ſedem
Stabulo in noſtro:adeſt autem uir qui deponet.
Sic dixit:hic autem rurſus iens ſedit:huic aūt ſubulcus
Fudit ſub uiridia uirgulta,& pellem deſuper:
Illic ſedit poſteà Vlyſsis dilectus filius.
His autem rurſus carnium ſcutellas appoſuit ſubulcus
Aſſatarum,quas priori die reliquerant comedentes:
Panem autem feſtinanter cumulauit in caniſtris:
In autem poculo miſcebat dulce uinum.

Ipſe

Ayuntamiento de Madrid

Ipſe autem contra ſedit Vlyſſem diuinum:
Hi autem in cibos paratos,præiacentes,manus mittebant.
At poſtquàm potus & cibi deſyderium eiecerunt,
Iam tunc Telemachus allocutus eſt diuinum ſubulcum: Telemachꝰ de hoſpite quærit,& patrem non cognoſcit.
Papè,unde hoſpes hic uenit?quō autem ipſum nautæ
Duxerunt in Ithacam?quinam ſe eſſe gloriabantur?
Non quidem enim ipſum pedeſtrem puto huc ueniſſe.
Huic aūt reſpondens,allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Nanq; ego tibi fili uera omnia dicam:
Ex Cretenſibus quidem genere gloriatur latis.
Dicit autem multas in hominum ciuitates diuertiſſe
Errans:ſic enim ipſi neuit hæc fortuna.
Nunc autem rurſus Theſprotorū uirorum ex naue fugiēs
Venit meum ad ſtabulum:ego autem tibi præbebo,
Fac quomodò uis:ſupplex autem tibi dicit eſſe.
Hunc aūt rurſus Telemachus prudens allocutus eſt:
Eumæe,certè hoc uerbum triſte dixiſti.
Quomodò enim iam hunc aduenā ego ſuſcipiam domi?
Ipſe quidem iuuenis ſum,& nondum manibus auſus ſum
Virum expellere,quando prior ſæuit.
Matri autem mihi bifariam animus in manibus cogitat,
An illic apud me maneat,& domum curet,
Lectum uenerans mariti,populiq; famam:
An iam ſimul ſequatur Achiuorum quicunq; optimus
Spondet in domibus uir,& plurima det.
Sed certè hunc hoſpitem,quoniam tuam uenit domum,
Induam ipſum chlænamq;,chitonemq; ueſtes pulchras:
Dabo autem enſem utrinq; acutū,& pedibus calciamēta:
Mittam autem quò ipſum cor animuſq; iubet.
Si autem uis tu,accipe in ſtabulis detinens:



Ayuntamiento de Madrid

Veſtes autem huc ego mittam,& panem omnem
Comedere,ſic non te conſumet,& ſocios:
Illuc autem non ipſum ego ad procos ſinam
Ire(ualde enim iniuſtam iniuriam habent)
Ne ipſum conuidentur:mihi autem dolor erit grauis:
Facere autem difficile quid inter plures exiſtentem
Virum & potentem:quoniam multò potentiores ſunt.
Hũc ãt rurſus allocutus ẽ multũtoleràs diuus Vlyſſes:
O amice,quoniam mihi & reſpondere fas eſt,
Hoſpes Telemacho. Certè ualde mei laceratum eſt audientis dilectum cor:
Qualia dicitis procos iniuſta excogitaſſe
In domibus inuito te tali exiſtente?
Dic mihi,an uoluntarius conſumeris?an te populi
Oderunt,ſupra populum ſequentes Dei uocem?
An fratres accuſas,quibus uir
Pugnantibus perſuaſit,etſi magna contentio moueretur?
Vtinam enim ego ſic iuuenis eſſem hoc in animo:
Vel filius ex Vlyſſe ſtrenuus,uel & ipſe
Veniret errans(adhuc enim & ſpei fatum)
Statim poſteà à me caput incideret alienus uir,
Si non ego illis malum omnibus facerem,
Iens in domum Laërtiadæ Vlyßis.
Si ãt rurſus me multitudine interficerẽt ſolũ exiſtentem,
Vellem in meis interfectus domibus
Mori,quàm hæc ſemper indecentia opera uidere,
Amicosq́; quatientes famulasq́; mulieres,
Violentos indecenter in domibus pulchris:
Et uinum exhauſtum & cibum comedentes,
Vanè ſic imperfectum imperfecto in opere.
Hũc aũt rurſus Telemachus prudẽs cõtrà allocutus eſt:

Tibi

Ayuntamiento de Madrid

Tibi enim ego hoſpes ualde uerè dicam:
Neq; mihi omnis populus iratus moleſtus eſt,
Neq; fratres accuſo, quibus uir
Pugnantibus perſuaſit, & ſi magnam uictoriam mouit:
Sic enim noſtram generationem ſolam fecit Iupiter:
Solum Laërtem Arciſii filium genuit:
Solum autem rurſus Vlyſſem pater genuit: at Vlyſſes
Solum me domibus generans liquit, neq; adiutus eſt.
His nunc inimici ualde infiniti ſunt in domo.
Quot enim inſulis dominantur optimi,
Dulichioq́;, Samoq́;, & ſyluoſæ Zacyntho:
Vel autem quicunq; aſperam Ithacam dominantur,
Tot matrem meam petunt, conſumunt autem domum.
Hæc autem neq; negat odioſas nuptias, neq; finem
Facere poteſt: hi autem corrumpunt comedentes
Domum meam: citò autem me deſtruent & ipſum.
Sed certè quidem hæc Deorum in genibus iacent.
Domine, tu autem uade citò, prudenti Penelopæ
Dic, quòd ei ſaluus ſum, & ex Pylo ueni:
At ego hîc manebo: tu autem illuc redi
Soli nuncians: horum autem aliorum nullus Achiuorum
Audiat: multi enim mihi mala cogitant.
Huic autem reſpõdens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Cognoſco, ſapio, hæc iam intelligenti iubes.
Sed agè mihi hoc dic, & uerè narra,
Si & Laërti per ipſam uiam nuncius ueniat
Infelici, qui quouſq; quidem Vlyſſe ualde dolens
Operaq́; ſpectabat cum famulis in domo,
Bibebat, & comedebat, quãdo aĩus in pectoribus iube-(bat:
At nunc ex quo tu iuiſti naui ad Pylum:

Telemachꝰ Vlyſſi hoſpiti ignoto.

Telemachus Eumæũ mittit ad matrem & Laërtem.

Nondum ipſum dicunt comedere & bibere ſic,
Neq; in opera uidere:ſed ſuſpirioq; luctuq;
Sedere lamentans:corrumpit autem circum oſſa corpus.
Hũc aũt rurſus Telemachus prudẽs cõtrà allocutus eſt:
Doloroſius:ſed tamen ipſum ſinamus dolentes licet.
Si enim aliquomodo eſſent per ſe uenabilia oĩa hoĩbus,
Prius patris caperemus reditiuum diem:
Sed tu nuncians retrò uade,neq; ad agros
Erra ad illum:at matrem dic
Famulam cuſtodem mouere quàmcitiſsimè
Clàm:illa enim nunciabit ſeni.
Certè & mouit ſubulcũ:hic accepit manibus calciamenta:
Ligans aũt ſub pedibus ad ciuitatem iuit:neq; Mineruam
Latuit à ſtabulo iens Eumæus ſubulcus:
Sed hæc propè uenit:corpore aũt aſsimilata eſt mulieri
Pulchræq;,magnæq;,& ſplendida opera ſcienti.
Stetit autem in ueſtibulo ſtabuli Vlyſsi apparens:
Neq; Telemachus uidit contrarius,neq; intellexit.
Non enim omnibus Dei apparent manifeſti:
Sed Vlyſſesq; canesq; uiderunt,& non latrarunt:
Gemitu autem ex altera parte per ſtabulum timebant.
Hæc ãt in ſupcilijs annuit:intellexit aũt diuinus Vlyſſes:
Ex autem iuit domo apud magnum murum ſtabuli.
Stetit autem ante ipſam:hunc aũt allocuta eſt Minerua:
Minerua Vlyſſem mouet,ut filio ſe prodat.
Generoſe Laërtiade,aſtute Vlyſſes,
Iam nunc tuo filio uerbum dic,neq; occulta,
Vt procis mortem,& ſortem aptantes
Eatis ad ciuitatem inclytam:neq; ego ipſa
Diu procul à uobis ero prompta pugnare.
Dixit:& aurea uirga palpauit Minerua.

Veſtem

Veſtem quidem ei priùs bene lauatam, & interulam
Poſuit circum pectora: corpus autem auxit & pubertatẽ.
Retrò aũt nigredine factus eſt: genæ autem extenſæ ſunt:

Vlyßis habitus immutatur.

Nigri autem facti ſunt capilli circum barbam.
Hæc quidem ſic faciens retrò iuit: at Vlyſſes
Iuit ad ſtabulum: ſtupuit autem ipſum dilectus filius:
Timens autem ex altera parte iecit oculos, ne Deus eſſet
Et ipſum uociferans uerba ueloci alloqutus eſt:
Alius mihi hoſpes apparebas nuper quàm coràm:
Alia autem ueſtimenta habes, & corpore neq; itẽ ſimilis.
Certè ualde aliquis deorum es, qui cœlũ latum habitant.
Sed placatus ſis, ut tibi grata demus ſacra,
Et aurea dona facta: miſerere autem noſtri.
Huic autem reſpõdit poſteà ꝓtolerans diuinus Vlyſſes:

Vlyſſes filio ſe prodit.

Non aliquis Deus ſum, cur me Deis aßimilas?
Sed pater tuus ſum, cuius gratiâ tu ſuſpirans
Pateris dolores multos, uiolentias ſuſcipiens uirorum.
Sic uociferans filium oſculatus eſt: per autem genas
Lachryma ibat humũ: antè ãt tenebat indeſinẽter ſemp.
Telemachus aũt nondũ perſuaſus fuerat ſuũ patrẽ eſſe:
Rurſus ipſum uerbis reſpondens, allocutus eſt:
Non tu Vlyſſes es pater meus, ſed me Deus

Telemachꝰ patri.

Decipit, ut item magis lugens ſuſpirem.
Non enim aliquomodo mortalis uir hæc excogitat
Suo ipſius animo, quando non Deus ipſe adueniens
Facile uolens faciat iuuenem & ſenem.
Certè .n. nuper eras ſenex, & indecenter indutus eras:
Nunc autem Dei ſimilis es, qui cœlum latum habitant.
Hunc autem reſpõdens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:

Vlyſſes filio.

Telemache, non te decet dilectum patrẽ intus exiſtentem

Neq;

Ayuntamiento de Madrid

Neq; mirari ualde,neq; admirari.
Non quidem enim amplius alius ueniet huc Vlyſſes:
Sed hic ego talis paſſus mala,multa autem tolerans
Veni uigeſimo anno ad patriam terram:
At hoc opus Mineruæ prædatricis,
Quæ me talem poſuit quomodocũq; uoluit:poteſt enim
Aliquando quidẽ pauperi ſimilẽ,aliquando aũt rurſus
Viro iuueni & pulchras circum corpus ueſtes habenti.
“ FACILE autem Dijs,qui cœlum latum habitant,
“ Et glorificare mortalem hominem,& malo afficere.
Sic uociferans infrà ſedit:Telemachus autem
Circũfuſus patrem bonum lugebat lachrymas fundens:
Ambobus autem his deſyderium obortum eſt luctus:
Flebant autem ſtridulè abundantius quàm aues
Aquilæ uel uultures curuæunguibus,quibus filios
Ruſtici exćipiunt,antequàm uolatiles fierent:
Sic hi miſerabiliter ſub ſupcilijs lachrymam fundebant:
Et lugentibus occidiſſet lumen Solis,

*Telemachꝰ patrem alloquitur.*

Niſi Telemachus allocutus fuiſset ſuum patrem ſtatim:
Quali enim huc pater naui te nautæ
Duxerunt in Ithacam?qui eſſe dicebant?
Non quidem enim te pedeſtrem puto huc ueniſſe.
Hũc ãt rurſus allocutus eſt pertolerãs diuinus Vlyſſes:
Nanq; ego tibi fili ueritatem apertè dicam:
Phæaces me duxerunt nauibus inclyti,qui & alios
Homines mittunt cùm ipſos adeant.
Et me dormientem naue ueloci in pontum ducentes
Depoſuerũt in Ithacã: dederũt ãt mihi ſplendida dona,
Aesq;,aurumq; ſufficienter,ueſtemq; textam.
Et hæc quidem in ſpeluncis Deorum conſilio iacent.

Nunc

Nunc autem rurſus huc ueni admonitionibus Mineruæ,
Vt inimicis cædem circa conſultemus.
Sed agè, mihi procos numerans narra,
Vt ſciam quotq; & qui uiri ſunt:
Et meo in animo ſtrenuo cogitans
Conſyderabo, ſi nos poterimus contraire
Soli ſine alijs, an & quæremus alios.
Hūc āt rurſus Telemachus prudēs cōtrà alloqutus eſt:
O pater, certè tui magnam gloriam ſemper audiui,
Manibusq; bellicoſum eſſe, & prudentem conſilio:
Sed ualde magnum dixiſti: ſtupor me habet, neq; eſſet
Viros duos multis & fortibus pugnare.
Procorum autem neq; decas una, neq; duæ ſolæ,
Sed multo plures: citò autem ſcies hic numerum:
Ex quidem Dulychio duo & quinquaginta
Iuuenes electi: ſex autem famuli ſequuntur:
Ex autem Samo quatuorq; & uiginti iuuenes ſunt:
Ex autem Zacyntho ſunt uiri Achiuorum:
Ex autem ipſa Ithaca duodecim omnes optimi.
Et ipſis ſimul eſt Medon præco, & diuinus cantor,
Et duo ſerui ſcientes epulas facere.
His ſi omnibus obuiabimus intùs exiſtentibus,
Ne multum amarè & grauiter uiolentias ſoluas iens:
Sed tu ſi potes aliquem adiutorem excogitare,
Animaduerte qui nobis auxilietur prompto animo.
Hūc āt rurſus alloqutus eſt ꝑtolerans diuinus Vlyſſes:
Tibi enim ego dico: tu autem conſydera, & me audi:
Et cogita, ſi & nobis Minerua cum Ioue patre
Sufficiat, an adhuc alium adiutorem cogitabo.
Hūc āt rurſus Telemachus prudēs cōtrà alloqutus eſt:

Telemachꝰ recenſet patri numerū procorum.

Boni

*Boni hi adiutores quos dicis*
*Altè in nebulis ſedentes, quiq; & alijs*
*Viris dominantur, & immortalibus Dijs.*
*Hūc āt rurſus allocutus eſt pertolerās diuinus Vlyſſes:*
*Non quidem illi multo tempore ſeparatim erunt*
*Pugna forti, quando procis & nobis*
*In domibus meis robur iudicabitur Martis.*
*Sed tu quidem nunc uade ſimul Aurora apparente*
*Domum, & procis ſuperbis loquere:*
*At me ad ciuitatem ſubulcus poſteà ducet,*
*Pauperi triſti ſimilem & ſeni.*
*Si autem me inhonorabūt domo in, tuus āt dilectus aı̄us*
*Toleret in pectoribus malè patiente me,*
*Si & per domum pedibus trahent foràs,*
*Vel telis percutient: tu autem inſpiciens tolera.*
*Sed certè ceſſare iube inſipientijs,*
*Suauibus uerbis alloquens: hi autem tibi non*
*Perſuadebuntur: iam enim ipſis adeſt fatatus dies.*
*Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis.*
*Quando multiconſilij in mentibus ponet Minerua,*
*Annuā quidem tibi ego capite: tu autem poſteà intelliges,*
*Quæcunq; tibi in domibus martia arma iacent,*
*In ſeceſſum alti thalami depone, eleuans*
*Omnia ualde: at procos mollibus uerbis*
*Alloquere, quando te inquirent cupientes:*
*Ex fumo depoſui, quoniam non his ſimilia ſunt,*
*Qualia quondā ad Troiā proficiſcēs dereliq̄t Vlyſſes:*
*Sed deſtructa ſunt, quantum ignis iuit flatus.*
*Adhuc āt mihi hoc maius in mentibus poſuit Saturnius:*
*Ne quomodò inebriati cōtentionem ſtatuentes in uobis.*

*Vlyſſes Telemachum inſtruit q̄d factum oporteat, ubi ad procos uenerint.*

Inter

Ayuntamiento de Madrid

Inter uos uulneretis:deturpetis autem conuiuium,
Et ſponſalia:ipſum enim trahit uirum ferrum.
Nobis autem ſolis duos enſes,& duas lanceas
Relinque,& duo ſcuta manibus capere.
Sic ſacrificantes accipiemus:hos autem poſteà
Pallas Minerua decipiet,& conſiliarius Iupiter.
Aliud autem tibi dico,tu autem in mentibus pone tuis:
Si uerè meus es,& ſanguinis noſtri:
Ne quis poſteà Vlyſſem audiat intùs exiſtentem:
Neq; igitur Laërtes ſciat hoc,neq; ſubulcus,
Neq; aliquis domeſticorum,neq; ipſa Penelope:
Sed ſoli tuq́; egoq́; mulierum cognoſcamus rectitudinem.
Et tui famulos uiros adhuc tentemus.
Et quidem ubi aliquis nos honorat,& timet animo,
Et qui non curat:te autem inhonorat talem exiſtentem.
Hunc autem reſpondens allocutus eſt illuſtris filius:
O pater,certè meum animum & poſteà puto
Cognoſces:non quidem enim ebrietate tenent:
Sed non hoc lucrum ego fore puto
Nobis ambobus:te autem conſyderare iubeo.
Diu enim ſic cognoſces procorum tentans
Opera incipiens:hi autem in domibus quieti
Res deuorant præter modum,neq; eſt parcitas.
Sed certè te mulieres ego diſcere iubeo,
Quæ te inhonorant,& quæ ſæuæ ſunt.
Virorum autem nondum ego in reſidentijs uellem
Nos tentare:ſed poſteà hæc labora,
Si uerò adhuc ſcis Iouis monſtrum ægiochi.
Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur:
Hæc aũt poſteà Ithacã deducta eſt nauis benefabricata:



Ayuntamiento de Madrid

Quæ tulerat Telemachum à Pylo,& omnes ſocios:
Hi ãt quãdo iam portum ualde profundũ intra iuerunt,
Nauem quidem hi nigram in terram traxerunt:
Arma autem ſua aſportauerunt magnanimi ſerui:
Statim autem in Clytij portarunt perpulchra dona.
At præconem præmiſerunt domum ad Vlyßis,
Nuncium dicentem perprudenti Penelopæ,
Quòd Telemachus quidem in agro,nauem autem iußit
Ciuitatem adnauigare:ut non timens in animo
Potens Regina teneras lachrymas fundat.
Nunciatur Telemachũ redijſſe. Hi autem obuiauerunt præco,& diuinus ſubulcus,
Eiuſdem gratiâ nuncij dicturi mulieri:
Sed quando iam iuerunt domum diuini Regis,
Præco quidem medijs in ancillis dixit;
Iam Regina dilectus filius uenit:
Penelopæ autem dixit ſubulcus propè aſtans
Omnia,quæcunq; ei dilectus filius iußit loqui:
At poſtquàm omne præceptum perfectè dixit,
Septa ire ad ſues:liquit autem ſeptaq; domumq;:
Proci autem triſtati ſunt,mœſti ſuntq; in animo:
Atq; exiuerunt domo apud magnum murum atrij,
Illic autem ante ianuas ſederunt:
His autem Eurymachus Polybi filius incepit dicere:
O amici,certè magnum opus ſuperbè perfectum eſt
Telemacho uia hæc:dicebamus aũt ei non perfectum iri:
Sed agitè,nauem nigram trahamus quæ optima:
In autem remiges marinos congregemus,qui uelociſsimè
Illis nuncient uelociter domum redire.
Amphinomus. Nõdũ omne dictũ eſt,quãdo Amphinomus uidit nauem
Verſus ex urbe portum perprofundum intra,

Velaq;

veláq; contrahentes,remosq; manibus tenentes.
Suauiter autem ridens locutus eſt procis: *Redeunt ab inſidijs proci.*
Ne aliquem nuncium moueamus:hi autem enim intùs.
Aliquis eis hoc dixit deorum,uel uiderunt ipſi
Nauem aduenientem,hanc non poterant inuenire.
Sic dixit:hi autem ſurgentes iuerunt in littus maris:
Statim autem nauem nigram in terram traxerunt:
Arma autem ipſis abſtulerunt magnanimi ſerui:
Ipſi autem in concionem iuerũt denſi:neq; aliquẽ aliorũ
Siuerunt,neq; iuuenum loqui,neq; ſenum.
His autem Antinous dixit Eupithei filius:
O amici,ſic hunc uirum Dei malo ſoluerunt. *Antinous cõ petitoribus.*
Die quidem ſpeculatores ſedebãt in ſummitatibus uẽtoſis
Semper denſi,ſimul autem ſole occidente,
Nunquam in terra nocte dormiebamus,ſed in ponto
Naue ueloci nauigantes expectabamus Aurorã diuinam,
Telemachum inſidiantes,ut interficeremus capientes
Ipſum:hunc aũt interim quidẽ abduxit domum Dæmon:
Nos autem hic ei conſultemus grauem mortem
Telemacho,neq; nos ſubterfugiat:non enim puto
Hoc uiuente perfici hæc opera.
Ipſe quidem enim peritus conſilioq; mentéq;:
Populi autem non item omnino ad nos portabunt.
Sed agitè ante illum congregare Achiuos
Ad concionem (non enim dimittere ipſum puto,
Sed abducet:dicet autem in omnibus ſurgens,
Quoniam ei cædem grauem ſtruimus,neq; inuenimus:
Hi autem non laudabunt audientes mala opera,
Ne quid malum faciant,& nos expellant
Terra noſtra:aliorum autem adeamus populum.)

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Antinoi cõſiliũ de Telemacho è medio tollendo.

Sed preueniamus interficiẽtes in agro procul à ciuitate,
vel in uia:uitam autem ipſi & res habeamus,
Diuidentes ſecũdũ decẽs inter nos:domeſtica ãt rurſus
Illius matri dabimus habere,& quicũq; accepit uxorem.
Si autem uobis hoc uerbum non placet:ſed multis
Ipſumq; uiuere,& habere paterna omnia,
Ne ei res poſteà ſufficienter animo dulces comedamus
Hîc congregati:ſed ex domo unuſquiſque
Petat uxorem dotibus inquirens,& poſteà
Ducat uxorem,qui plurima dabit,& fatatus ueniet.
Sic dixit:hi autem omnes quietè facti ſunt ſilentio.

Amphinomus procus præ cæteris Penelope gratulatur

His autem Amphinomus concionatus eſt,& dixit,
Niſi illuſtris filius Aretiadæ Regis,
Qui ex Dulichio multifrumenti herboſa
Dux fuit procis,maximè autem Penelopæ
Placuit uerbis:mentibus enim utebatur bonis:
Qui ipſis prudens concionatus eſt,& dixit:
O amici,non ego interficere uolo
Telemachum:arduum autem genus regium eſt
Interficere:ſed primùm deorum interrogemus conſilia.
Si quidem laudabunt Iouis magni iuſtitiæ,
Ipſeq; interficiam,hosq; alios iubebo:
Si auertant Dei,quieſcere ſuadeo.
Sic dixit Amphinomus:his autem placuit uerbum,
Statim poſteà ſurgentes iuerunt domum in Vlyſſis:
Venientes autem ſederunt in politis ſedibus.
Hæc autem rurſus aliud intellexit prudens Penelope,
Procis apparere immenſam iniuriam habentibus:
Audiuit enim ſui filij in domibus mortem:
Præco enim ei dixit Medon,qui ſciebat conſilia.

Perrexit

Ayuntamiento de Madrid

Perrexit autem ire domum cum famulis mulieribus:
Sed quando iam procos adiuit diuina mulierum,
Stetit apud limen domus ornatè factæ,
Contra maxillas tenens ornata uela:
Antinoū autē reprehendit, uerbumq́; dixit ac nominauit:
Antinoë, iniuriā habens, male cogitans, & iam te dicunt
In populo Ithacæ inter coætaneos eſſe optimum
Conſilio & uerbis: tu autem non talis es
Inſane: cur autem tu Telemacho cædemq́;, mortemq́;
Struis, neq; ſuppliccatores curas, quibus Iupiter
Teſtis? neq; ſanctitas, mala ſtruere mutuò?
An non ſcis, quando huc pater tuus uenit fugiens
Populum timens? iam enim iratus erat ualde,
Quoniam latrones inſequens Paphios
Affecisti dolore Theſprotos: hi aūt nobis amici erant.
Hunc uolebant corrūpere, & deſtruere dilectum cor,
Et uitam conſumere dulcem multam:
Sed Vlyſſes prohibuit & detinuit cupientes:
Huius nūc domū ignominioſè comedis, petis aūt uxorem,
Filiumq́; interficis, me autem ualde triſtitia afficis:
Sed te ceſſare iubeo, & continere alios.
Hanc āt rurſus Eurymachus Polybi filius cōtra allocutus (eſt:
Filia Icarij, prudens Penelope,
Confide, non tibi hæc in mentibus tuis curæ ſint,
Non eſt hic uir, neq; erit, neq; generabitur,
Qui Telemacho tuo filio manus inſeret,
Viuo me & in terra uidente.
Sic enim dicam, & ipſum perfectum erit:
Statim autem eius ſanguis niger fluet circum lanceam
Noſtram, poſtquàm & me urbium populator Vlyſſes

Verſipellis eſt: Antinoi animus.

Sepe genibus ſuis in ſedere ſadens, carnem aſſatam
In manibus poſuit, tenebatq́; uinum rubrum:
Ideo mihi Telemachus omnium multo amicißimus eſt
Virorum: neq; ipſum mortem timere iußi
A procis: à Deo autem non eſt fugere.
Sic dixit hortans: huic autem ordinabat ipſe mortem.
Hæc autem aſcendens in ſuperiora ſplendida,
Flebat poſteà Vlyſſem dilectum maritũ, donec ei ſomnũ
Dulcem in palpebris poſuit cæſia Minerua:
Veſpertinus autem Vlyßi & filio diuinus ſubulcus
Venit: hi autem cœnam in ſtabulo parabant,
Suem ſacrificantes anniculum: at Minerua
Propè ſtans, Laërtiadem Vlyſſem
Virga percutiente iterum fecit ſenem:
Turpia ãt ueſtimẽta induit circũ corpus, ne ipſum ſubulcus
Cognoſceret indutũ uidens, & prudenti Penelopæ
Eat nuncians, neq; mentibus obſeruet.
Hunc & Telemachus prior uerbum allocutus eſt:
Veniſti diuine Eumæe, quæ iam gloria eſt per ciuitatem?
Nunquid iam proci ſuperbi intrà uenerunt
Ex inſidijs? an adhuc me rurſus obſeruant domũ euntem?
Hunc autem reſpondens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Non curæ eſt mihi hæc inquirere & interrogare:
Ciuitatem adeuntem citißimè me animus iußit
Nuncium dicentem rurſus huc redire:
Obuiauit autem mihi à ſocijs nuncius uelox
Præco, qui iam primus uerbum tuæ matri dixit:
Aliud autem tibi hoc ſcio, hoc enim uidi oculis
Iam ſuper ciuitate, ubi quadratus tumulus eſt
Sedi iens, quando nauem uelocem uidi deuenientem

Eumæus nũciat procos rediſſe.

In

In portum noſtrum:multi autem erant uiri in ipſa:
Grauabatur autem ſcutis & lanceis utrinq; acutis,
Et ipſos putaui hos eſſe,neq; aliquid ſcio.
Sic dixit: riſit autem ſacra uis Telemachi,
In patrem oculis aſpiciens:fugit autem ſubulcum.
Hi aũt poſtquã igitur ceſſarũt labore,parauerũtq; cõuiuiũ,
Conuiuati ſunt,neq; aĩus indiguit cõuiuio æquali:
At poſtquàm potus & cibi deſyderium eiecerunt,
Iam tunc dormierunt,& ſomni donum acceperunt.

## ARGVMENTVM .P. HOMERI COMPOSITIONIS.

IN ciuitatem cùm ueniſſet Telemachus,enarrat matri Penelopæ peregrinationis capita:poſteà Vlyſſes ductus ab Eumæo in Ithacam ex agris,ad conuiuium procorũ ingreditur.Poëta autẽ refert quomodo canis agnoſcit dominum: & Eumæus in agros reuertitur:Vlyſſes autem inter ipſos manet.



Ayuntamiento de Madrid

## ODYSSEAE .P. HOMERI COMPOSITIONIS.

Rho,percußiſti caprarieq; proceq;,canis quem recognouit.

QVANDO iam matutina apparuit roſea Aurora,
Iam tunc poſteà ſub pedibus ligauit pulchra calciamenta
Telemachus dilectus filius Vlyßis diuini:
Accepit aũt fortem lanceã,quæ eius manibus congrueret
Ad ciuitatem iturus,ſuum allocutus eſt ſubulcum:
Euax,certe quidem ego uado in ciuitatem,ut me mater
Videat.non enim ipſam ante ceßare puto
Fletuq; odioſo,luctuq; lachrymoſo,
Quàm ipſum me inſpiciat:ſed tibi ſic iubeo:
Hunc hoſpitem infelicem duc in ciuitatem,ut illic
Conuiuium mendicet: dabit autem ei quicunq; uoluerit
Panem & poculum:me aũt non aliquo modo licet omnes
Homines tolerare,habentem dolores animo:
Hic hoſpes autem ſi ualde iraſcetur,grauius ipſi
Erit,certe mihi amica uera loqui.

*Telemach⁹ profecturus hoſpitē relinquit.*

Hunc autem allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O amice,neq; tibi ipſe detineri promptus ſum,
Pauperi melius eſt in ciuitate,quàm in agris
Conuiuium mendicare:dabit aũt mihi quicunq; uoluerit.
Non enim in ſtabulis manere amplius aptus ſum:
Ac iubente ſignificatore omnia perſuaderi.
Sed uade:me autem ducet uir hic quem tu iubes.

*Vlyſſes Telemacho.*

Statim

Ayuntamiento de Madrid

Statim poſtquàm frumentum meßis calorq́; factus eſt.
Grauiter.n.hæc ueſtimēta habeo,mala ne me interficiat
Ros matutina:procul atuem ciuitatem dicitis eſſe.
Sic dixit: Telemachus autem per ſtabulum iuit
Velociter pedibus procedens:mala aūt procis cogitabat:
Sed poſtquàm peruenit domos bene habitatas,
Lanceam quidem poſuit portans ad columnam longam:
Ipſe autem intrò iuit,& tranſiuit lapideum limen.
Hunc autem multò prima uidit nutrix Euryclea
Pelles ſternens ſedibus in uarijs:
Lachrymans autem poſteà rectà iuit:circùm autem aliæ
Ancillæ Vlyßis patientis congregatæ ſunt,
Et oſculatæ ſunt amplectentes caputq́; & humeros:
Perrexit autem ire in thalamum prudens Penelope,
Dianæ ſimilis & aureæ Veneri:
Circum autem dilectum iecit brachia lachrymans:
Oſculata eſt autem ipſum caput,& ambo lumina pulchra,
Et lugens uerba uelocia allocuta eſt:
Veniſti Telemache dulce lumen,non te ego
Videre putabam,poſtquàm iuiſti naue Pylum.
Sed agè mihi narra,quomodo obuiaſti aſpectui
Clàm mei longè dilecti ad patris auditionem.
Hanc ăt rurſus Telemachus prudēs cōtrà allocutus eſt:
Mater mea,ne mihi luctum excita,neq́; mihi cor
In pectoribus commoue fugienti grauem mortem:
Sed lota pura corpori ueſtimenta capiens,
In ſuperiora aſcendens cum ſeruis mulieribus,
Voue omnibus Dijs perfectas hecatombas
Sacrificare,ſicubi Iupiter retributoria opera perficiet:
At ego ad concionem ibo,ut uocem

Telemachꝰ rediēs excipitur à ſuis.



Ayuntamiento de Madrid

Hoſpitem,qui me illic ſimul ſecutus eſt uenientem:
Hunc quidem ego præmiſi cum diuinis ſocijs:
Piræum autem ipſum iußi ad domum ducentem
Accuratè diligere & honorare donec ueniſſem.
Sic locutus eſt: huic autem impennatum fuit uerbum:
Hæc autem lota pura corpori ueſtimenta capiens,
Vouit omnibus Dijs perfectas hecatombas
Sacrificare,ſicubi Iupiter retributoria opera perficiet.
Telemachus autem poſteà ex domo iuit
Lanceã habens,ſimul hũc canes pedibus ueloces ſequebantur,
Diuinam huic gratiam defudit Minerua:
Hunc autem omnes populi aduenientem admirabantur.
Circum autem ipſum proci ſuperbi congregati ſunt,
Bona dicẽtes: mala aũt mentibus profunda cogitabant.
At hic horum quidem poſteà effugit multã multitudinem:
Sed ubi Mentor ſedebat,& Antiphus,& Alitherſes,
Qui ei à principio paterni erant amici,
Illic ſedit iens:hi autem interrogabant ſingula:
Hos autem Piræus lanceainclytus iuxta uenit,
Hoſpitem ducens ad concionẽ per ciuitatẽ,neq; adhuc diu
Telemachus hoſpite longè uerſus eſt, ſed aſtitit.
Hunc & Piræus prior uerbum allocutus eſt:
Telemache,ſtatim concita meam ad domum mulieres,
Piræus Telemacho. Vt tibi dona mittam quæ tibi Menelaus dedit:
Hũc aũt rurſus Telemachus prudens contrà allocutus eſt:
Piræe (non enim ſcimus quomodo erunt hæc opera)
Si me proci ſuperbi in domibus
Clàm interficientes,paterna omnia diuident,
Ipſum habentem te uolo frui,quàm aliquem horum:
Si ego his cædem & mortem cogitabo,

Iam

Ayuntamiento de Madrid

Iam tunc mihi gaudenti porta ad domos gaudens.
Sic dicens hoſpitem miſerum duxit in domum.
At poſtquàm iuerunt domos bene habitatas,
Veſtes quidem depoſuerunt in lectiasq́; ſedibusq́;:
In balnea euntes bene polita lauati ſunt:
Hos ãt poſtquàm igitur famulæ lauarũt & unxerũt oleo:
Circùm autem ueſtes pretioſas iecerunt & interulas:
Ex autem balneo euntes in ſedibus ſederunt:
Lauacra autem ſerua gutturnio infudit portans
Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete
Lauare: iuxtà autem politam parauit menſam:
Panem autem uerecunda gubernatrix appoſuit portans:
Cibos multos imponens gratioſa aſtantibus:
Mater autem contrà ſedit ad reſidentiam domus
In ſede declinata, tenues lanas uertens:
Hi autem in cibos promptos, adiacentes, manus iecerunt:
At poſtquàm potus & cibi deſyderium eiecerunt,
His autem uerbis incœpit prudens Penelope:
Telemache, certè ego ſuperiora in aſcendens
Dormiam in lecto, qui mihi ſuſpirioſus factus eſt, Penelope
Semper lachrymis meis irrigatus, ex quo Vlyſſes Telemacho
Iuit cum Atridis ad Ilium: neq; mihi toleraſti
Antè uenire procos ſuperbos in hanc domum,
Reditum tui patris apertè dicere ſicubi audiuiſti.
Hanc aũt rurſus Telemachus prudẽs cõtrà allocutus ẽ: Telemacho
Tibi enim ego mater ueritatem narrabo: matri de ſua
Iuimus inq; Pylum, & Neſtorem paſtorem populorum: nauigatione
Suſcipiens autem me ille in altis domibus,
Accuratè dilexit, tanquàm pater ſuum filium
Venientem temporalem nuper aliunde: ſic me ille



Ayuntamiento de Madrid

Studioſè curauit cum filijs glorioſis.
At Vlyſſem miſerum nunquam dixit
Viuum, neq; mortuum circa terreſtrium aliquẽ audiuiſſe.
Sed me in Atridem lanceâ inclytum Menelaum
Equis præmiſit, & curribus conglutinatis:
Illic uidi Argiuam Helenam, cuius gratiâ multa
Argiui, Troianiq́;, Deorum uoluntate, laborauerunt:
Interrogauit autẽ ſtatim poſteà uoce bonus Menelaus,
Quo indigens iuerim Lacedæmona diuinam:
At ego huic omnem ueritatem dixi:
Et tunc iam me, uerbis reſpondens, allocutus eſt:
O amici, certe ualde iam fortis uiri in lecto
Voluerunt dormire impotentes ipſi exiſtentes.
Sicut quando in arboreto cerua fortis leonis
Hinnulos dormire faciens nupernatos lacte nutritos,
Colles inquirit & ualles herboſas
Paſcens: hic autem poſteà ſuum ingreſſus eſt cùbile,
Ambobus autem his turpem mortem præbuit:
Sic Vlyſſes illis turpem mortem afferet.
Vtinam enim ô Iupiter pater, & Minerua & Apollo,
Talis exiſtens, qualis olim beneædificata in Leſbo,
Ex prouocatione cum Philomelide luctatus eſt ſurgẽs,
Deiecit autem fortiter, gauiſi ſunt aũt omnes Achiui:
Talis exiſtens cum procis uerſaretur Vlyſſes,
Omnes cito morienteſq́; fierent amararumq́; nuptiarum:
Hæc autem quæ me interrogas & precaris, non ego
Alia præter uerum dicam declinando, neque decipiam:
Sed quæ quidem mihi dixit ſenex marinus uerax,
Horum nullum tibi ego occultabo uerbũ, neq; abſcondam:
Dixit ipſum hic in inſula uidiſſe fortes dolores habentem

Nymphæ

Ayuntamiento de Madrid

Nymphæ in domibus Calypſûs,quæ ipſum neceßitate
Tenet:hic autem nō poterat ſuā in patriā terrā uenire.
Non enim adſunt naues remigabiles & ſocij,
Qui & ipſum mitterent in lata dorſa maris.
Sic dixit Atrides lanceainclytus Menelaus.
Hæc perficiens diſceßi: dederunt autem mihi uentum
Immortales,qui me uelociter dilectā in patriā miſerunt.
Sic dixit:huic autem animum in pectoribus mouit:
His autem & locutus eſt Theoclymenus diuinus: Theoclymenus uaticinatur Penelopæ de Vlyſſe,
O mulier uenerabilis Laërtiadæ Vlyſſis,
Certe hic non apertè ſcit:mei autem attende uerbum.
Verè enim tibi uaticinabor,neq; occultabo:
Sciat nūc Iupiter primùm deorum,hoſpitalisq; menſa,
Domusq; Vlyßis ſtrenui quam ad ueni,
Quòd certe Vlyſſes iam in patria terra
Sedens uel ſerpens hæc auditurus mala opera
Eſt:at procis malum omnibus faciet,
Qualem ego autem bene tabulata in naui
Sedens obſeruaui,& Telemacho clamauit.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope: Penelope.
Vtinam hoc hoſpes uerbum perfectum eßet:
Ideo cito cognoſceres amicitiamq;,multaq; dona
Ex me,ut aliquis te obuians beatificaret.
Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur:
Proci autem ante Vlyßis domum
Diſcis delectabantur,& iaculis mittentes
In facto pauimento,ubi anteà iniuriam habebant.
Aliud quando iam cœnandi tēpus erat,& uenerūt oues
Vndiq; ex agris:hi autem duxerunt qui anteà, Medon ad procos.
Et tunc iam ipſis dixit Medon:hic enim maximè

Placebat

Placebat præconum,& ipſis affuit conuiuio:
Iuuenes,poſtq̃ iã omnes delectati eſtis mẽte certaminibus,
Ite ad domos,ut paremus conuiuium.
Non quidem enim quid peius in tempore cœnam capere.
  Sic dixit:hi aũt ſurgentes iuerunt domum unuſquiſq;:
At poſtquàm iuerunt domos benehabitatas,
Veſtes quidem depoſuerunt in ſedibus throniſq;:
Hi aũt ſacrificauerunt oues magnas,& pingues capras:
Sacrificauerunt autem ſues pingues,& bouem indomitã,
Conuiuium parantes:hi autem ex agro ad ciuitatem
Ordinabantur Vlyſſesq; ire & diuinus ſubulcus:
His autem uerbis incepit ſubulcus princeps uirorum:
  Hoſpes,quoniam aũt poſteà ad ciuitatẽ ire prõptus es
Hodie ſicut iuſsit dominus meus,certè te ego
Hic uellem ſtabulorum cuſtodem fieri:

*Vlyſſes & Eumæus ad urbem maturant iter.*

Sed uereundor & timeo,ne mihi retrò
Contendat:difficiles autem dominorum ſunt minæ.
Sed agè nunc eamus.iam enim tranſiuit maximè
Dies:at cito ad ueſpera frigidus erit.
  Hũc autem,reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Cognoſco,mente teneo,hæc iam intelligenti iubes,
Sed eamus:tu autem poſteà continuè duc:
Da autem mihi ſicubi baculum inciſum eſt
Inniti:quoniam dicitis ualde offenſiuam eſſe uiam.
  Dixit,& circum humeros deturpem poſuit peram
Spiſsè fractam,in autem tortus erat funis:

*Vlyſſes ingreditur mẽdicus urbẽ.*

Eumæus autem ei baculum gratum dedit.
Hi iuerunt:ſtabulum autem canes & paſtores uiri
Cuſtodiebant,à tergo manentes:hic aũt in ciuitatem duxit
Pauperi,triſti ſimilem & ſeni (Regem,

Innitentem,

Innitētē,hæc aūt triſtia circū corpus ueſtimēta īdutus erat.
Sed quando iam euntes uiam in aſperam
Ciuitatem prope erant,& in fontem peruenerant
Factam pulchrè fluentem,unde aquam capiunt ciues,
Quam fecit Ithacus,& Neritus,& Polyctor:
Circùm autem alnorum aquænutridarum erat nemus
Vndiq; circulare: frigida autem defluebat aqua
Ex alto ex petra:ara autem deſuper facta erat
Nympharum,ubi omnes ſacrificabant uiatores.
Illic ipſos inuenit filius Dolij Melanthius
Capras ducens,quæ omnibus antecellebant gregibus
Cœnam procis:duo autem ſimul ſequebantur paſtores:
Hos aūt uidens,accuſauit,uerbumq; dixit,denominauitq; Melanthij iurgia in Vlyſſem.
Terribiliter & indecenter,mouit autem aīum Vlyſſis:
Nunc quidem iam ualde omnino malus malum ducit,
Sicut ſimilem ducit Deus: ſic hunc ſimilem.
Quò iam hunc deuoratorem ducis magne ſubulce,
Pauperem,triſtem,conuiuiorum deſtructorem,
Qui multis liminibus aſtans franget humeros,
Petens fruſtra,non enſes neq; lebetes?
Hunc ſi mihi dares ſtabulorum cuſtodem fieri,
Gregis ſpeculatorēq; eſſe,nutrimentūq; hœdis portare,
Et ſerum bibens magnum guttur faceret.
Sed quoniam igitur iam opera mala didicit,non uolet
Opus adire,ſed timens in populo
Vult petens paſcere ſuum uentrem inſatiabilem.
Sed edico hoc,& perfectum erit,
Si iuerit ad domos Vlyßis diuini,
Multa ei circum caput ſcabella uirorum ex manibus
Latera excruciabunt domo in percußi.

Sic

Melanthius Vlyſſem calce ferit.

*Sic dixit,& adiens calce irruit inſipientijs*
*Coxa:neq; ipſum extra uiam uerberauit,*
*Sed eſſe ſecurè:hic autem cogitauit Vlyſſes*
*An irruens baculo animum auferat,*
*An ad terram deijciat caput circa pauimentum extollens.*
*Sed ī ipſū auſus ē,mētibus āt retētus eſt: hūc āt ſubulcus*
*Increpuit cōtra uidēs: ualde āt precatus ē manus attollēs:*
*Nymphæ fontium,filiæ Iouis,ſi unquam Vlyſſes*
*Vobis crura combuſsit cooperiens pingui nidore*
*Agnorum & hœdorum,hoc mihi perficite deſyderium,*
*Vtinam ueniat ille uir:ducat autem ipſum fortuna:*
*Hoc tibi lætitias diſsiparet omnes*
*Quas iniurias facis, errans ſemper*
*Per ciuitatem:at pecora mali corrumpunt paſtores.*
*Hūc aūt rurſus allocutus eſt Melāthius cuſtos caprarū:*
*O amici,quale dixit canis aſtutias ſciens:*
*Hunc aliquando ego in naui benetabulata nigra*
*Agam longè Ithacæ,ut mihi uictum multum inueniat.*
*Vtinā enim Telemachū interficiat argenteiarcus Apollo*
*Hodie in domibus,uel à procis interficiatur,*
*Sicut Vlyſſi longè perditus eſt redibilis dies.*
*Sic dicens,hos quidem liquit illic tacitè euntes:*
*At hic iuit:ualde aūt celeriter domos peruenit Regis:*
*Statim autem introiuit:cum autem procis ſedit*
*Contrarius Eurymacho:hunc enim amabat maximè:*
*Hunc apud quidē carniū partē poſuerunt qui laborabāt:*
*Panem autem ueneranda gubernatrix appoſuit ferens*
*Ad comedendū:propè aūt Vlyſſes & diuinus ſubulcus*
*Steterunt uenientes:circum autem ipſos uenit ſonitus*
*Citharæ concauæ: in ipſis cœpit canere*

*Phemius*

Ayuntamiento de Madrid

Phemius: at hic manu capiens allocutus eſt Subulcum: Phemius muſicus.
Eumæe, certe ualde iam hæ domus bonæ Vlyſsis:
Facile autem percognitæ, & in multis uideri,
Ex alijs aliæ ſunt: ornata eſt autem ei aula
Muro & circuitibus: ianuæ autem bene munitæ ſunt
Biſores, non aliquis ipſam uir expugnaret:
Cognoſco autem quòd multi in ipſa conuiuia faciunt
Viri, quoniam nidor quidem aſcendit: in autem cithara
Sonat qua conuiuio Dei fecerunt amicam.
Huic autem reſpondens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Facilè cognoſcis, quoniam neq; alijs es imprudens.
Sed agè iam conſultemus quomodò erunt hæc opera:
Vel tu primus ingredere domos bene habitatas,
Accede autem procos: ego autem remanebo hîc.
Si uis, remane, ego autem uadam antè:
Ne autem tu tarda, ne quis te extrà intelligens
Vel percutiat, uel impellat: hæc te conſultare iubeo.
Huic autem reſpondit poſteà prudens diuinus Vlyſſes:
Scio, cognoſco, hæc iam intelligenti iubes:
Sed uade antè, ego autem remanebo hîc.
Non enim aliquid plagarum inſcius, neq; percuſsionum
Audens mihi animus, quoniã mala multa paſſus ſum
Vndis & in bello, cùm etiam hoc his fiat:
ventrẽ autem non aliquomodò eſt abſcondere prõptum, Vẽter multorum cauſa
Pernitioſum, qui multa mala hominibus dat,
Cuius gratiâ & naues bonæſedis armantur
Pontum in indomitum, mala inimicis portantes.
Sic hi quidem talia inter ſe dicebant: Vlyſſes ab Argo cane cognoſcitur
Canis autem caputq; & aures iacens eleuauit
Argus Vlyſsis miſeri, quem iam quondam ipſe
Nutriuit

Ayuntamiento de Madrid

Nutriuit,neq; fruitus eſt:antè autem in Ilium ſacrum
Iuit:hunc autem ante duxerunt iuuenes uiri
Capras ſylueſtres,& ceruos,& lepores.
Iam tunc iacebat abiectus abeunte Vlyſſe
In multo ſtercore,quod eius antè ianuas
Mulorumq; boumq; ſatis fuſum erat,donec ducerent
Serui Vlyßis nemus magnum ſtercorantes:
Illic canis iacebat Argus plenus muſcarum:
Iam ſtatim agnouit Vlyſſem propè euntem:
Caudâ quidem hic adulatus eſt,& aures deiecit ambas:
Propè autem non amplius poſteà potuit ſuũ dominum
Venire: at longè ipſum uidens abſterſit lachrymam
Facilè latens Eumæũ:ſtatim autem interrogauit uerbo:
  Eumæe,certè ualde miraculum,canis hic iacet in fimo,
Pulcher quidem corpore eſt:at hoc non manifeſtè ſcio,
Si iam & uelox fuit currere in ſpecie hac,
An fruſtra,qualeſq; menſales canes uirorum
Sunt:lætitiæ autem gratiâ nutriunt Reges.
  Hunc autem reſpondens,allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Et ualde uiri canis hic longè mortui,
Si talis eſſet & corpore atq; operibus,
Qualem ipſum ad Troiam iens reliquit Vlyſſes,
Statim admirareris uidens uelocitatem & fortitudinem.
Non quidẽ.n.aliquid fugiebat profũdæ in profũditatibus
Fera quãcunq; uidebat:& ueſtigia enĩ ſciebat. (ſyluæ,
Nunc autem tenetur malo: dominus autẽ eius alibi patriæ
Perijt:hunc autem mulieres negligentes non curant.
„ SERVI autem quando non imperant domini,
„ Non amplius poſteà uolunt decentia operari.
„ DIMIDIVM enim uirtutis aufert latè ſonans Iupiter

Viri

Ayuntamiento de Madrid

» Viri, quando ipſum ſeruilis dies occupat.
Sic dicens ingreſsus eſt domos benehabitatas:
Iuit autem rectà domum ad procos ſuperbos:

Ingenium ſeruitute perit.

Argum autem rurſus parca accepit nigræ mortis
Statim uidentem Vlyſſem uigeſimo in anno.
Hunc aũt multò primus uidit Telemachus diuinus
Euntem in domum ſubulcum: celeriter autem poſteà
Annuit ad ſe uocans: hic autem aſpiciens accepit ſedem
Iacentem: tunc autem coquus ſedit carnes multas
Incidens procis in domo conuiuantibus:
Hanc depoſuit portans ad Telemachi menſam
Contrariam: hic autem ipſe ſedit: huic autem præco
Partem capiens poſuit ex caniſtroq́; panem eleuans.
Propè autem poſt ipſum iuit domos Vlyſſes,
Pauperi triſti ſimilis & ſeni
Innixus: hic aũt triſtitia circum corpus ueſtimenta indutus
Sedit autem in fraxinea uia intra ianuas (erat:
Inclinatus limini cypariſſeo, quod faber
Poliuerat ſcienter, & in perpendiculum direxerat:
Telemachus autem ad ſe uocans allocutus eſt ſubulcum,
Panem delicatum capiens perpulchro ex caniſtro,
Et carnes, ut ei manus ſunt capaces circùm iacenti:
Da huic hoſpiti, hæc ferens, ipſumq́; iube
Petere uictum ualde omnes adeuntem procos:
» PVDOR autem non eſt bonus indigenti uiro adeſſe.
Sic dixit: iuit aũt ſubulcus poſtquàm uerbum audiuit:

Pudor mendico inutilis

Propè autem ſtans uerba ueloci allocutus eſt:
Telemachus tibi hoſpes dat hæc, & te iubet
Petere uictum ualde omnes adeuntem procos:
Pudorem autem non bonum dicit eſſe uiro mendico.

Hunc

Ayuntamiento de Madrid

Hunc autem reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Iupiter Rex, Telemachum mihi in uiris beatum eſſe,
Et ei omnia fiant quæcunq; mentibus ſuis cogitat.
Dixit, & ambabus ſuſcepit, & depoſuit
Illic pedes ante indecenti in pera:
Comedit autem ſic quando cantor in domibus canebat.
Quando hic cœnauit, ille ceſſauit diuinus cantor:
Proci autem tumultuabantur in domibus: at Minerua
Propè aſtans Laërtiadem Vlyſſem
Commouit, ut panes à procis congreget,
Cognoſcatq; qui ſunt iuſti quiq; iniuſti.
Sed neq; ſic aliquem futurus erat fugere malum:
Perrexit autem ire, petens idonea uirum ſingulum,

Vlyſſes mē dicatim adit procos.

Vndiq; manum porrigens, tanquàm pauper diu eſſet:
Hi autem miſerantes dederunt, & admirati ſunt ipſum.
Mutuò aūt interrogabant quis eſſet, & unde ueniſſet:
His autem & dixit Melanthius cuſtos caprarum:
Audite me proci inclytæ Reginæ
Hunc circa, certè enim anteà ipſum uidi:
Certè quidem hunc huc ſubulcus duxit:
Ipſum autem non apertè ſcio unde genus dicit eſſe.
Sic dixit: Antinous autem uerbis arguebat ſubulcum:

Antinous ſuccēſet Eumæo propter mēdicū.

O ualde cognite Subulce, cur aūt tu hunc ad ciuitatem
Duxiſti? an non ſatis nobis errantes ſunt & alij
Pauperes triſtes conuiuiorum deſtructores?
An uituperas, quòd uictum edunt Regis
Hîc congregati: tu autem & hunc uocaſti?
Hunc autē reſpondens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Antinoë, non quidem bona, & bonus exiſtens, dicis.
Quis enim iam hoſpitem uocat aliunde ipſe adueniens
Alium,

Ayuntamiento de Madrid

Alium,niſi horum qui opifices ſunt
Vatem,uel mendicum malorum,uel fabrum lignorum,
Vel & magnum cantorem,qui delectet canens.
Hi enim inclyti hominum in infinita terra:
Pauperum autem non aliquis uocaret uexantē ſeipſum.
Sed ſemper difficilis ſuper omnes unus procos
Seruis Vlyßis:præcipuè autem rurſus mihi:at ego
Non curo,donec mihi prudens Penelope
Viuit in domibus,& Telemachus diuinus.
Huic autem Telemachus prudens contrà locutus eſt:
Tace,ne mihi hoc reſponde multum uerbis:
Antinous autem conſueuit malè contendere ſemper
Verbis prauis:quia turbat & alios.
Dixit,& Antinoum uerba uelocia allocutus eſt: Telemachꝰ
Antinoë,certè me bene pater ut curas filium, inſolenti
Qui hoſpitem iußiſti à domo exire Antinoo.
Verbo neceſſario:non hoc Deus perficiet.
Da ei capiens,non inuideo,iubeo enim ego:
Neq; quid matrem meam uenerare hoc,neq; aliquē aliū
Seruorum,qui in domibus Vlyßis diuini:
Sed non tibi talis in pectoribus cogitatio:
Ipſe enim comedere multò uis,quàm dare alij.
Huic autem rurſus Antinous reſpondit,locutus eſtq;:
Telemache altiloque,fortitudine irretētibilis,quale dixiſti?
Si ei tantum omnes dediſſent proci,
Et ipſum tres menſes longè à domo detineret.
Sic dixit,& ſcabellum capiens oſtendit menſæ
Iacens,quo tenebat magnos pedes conuiuans:
Ei autem alij omnes dederunt:impleuerunt autem perā
Pane & carnibus:citò iam & futurus erat Vlyſſes,



Ayuntamiento de Madrid

Rurſus in uiam iens mendicus guſtare Achiuos,
Stetit aũt apud Antinoũ, & ipſum uerbum allocutus eſt:
Da amice, non mihi uideris peßimus Achiuorum
Eſſe, ſed optimus: quoniam Regi ſimilis es:
Ideo oportet dare, & melius quàm alij
Panis: ego autem te laudabo in magna terra.
Etenim ego aliquando domum in hominibus habitaui
Beatus diuitem, & ſæpe dedi erratori
Tali qualis eſſet, & qui alicuius indigens ueniret:
Erant autem ſerui ualde multi, aliaq́; multa,
Quibuſq́; bene uiuunt, & diuites uocantur:
Sed Iupiter deſtruxit Saturnius, uoluit enim ſic,
Qui me cum latronibus multùm errantibus miſit:
Aegyptum autem ire longam uiam, ut perirem:
Statui autem in Aegypto fluuio naues circumuertibiles,
Tunc quidem ego iußi amabiles ſocios
Illic apud naues manere, & naues trahere:
Speculatores autem ad ſpeculas iußi ire:
Hi aũt incõtinentiæ cedentes ſequẽtes fortitudinẽ ipſorũ,
Statim ualde Aegyptiorum uirorum perpulchros agros
Populati ſunt: ex aũt mulieres duxerũt & infantes filios
Ipſosq́; interfecerunt: citò autem in ciuitatem iuit clamor:
Hi autem clamorem audientes, ſimul Aurora apparẽte
Venerũt: impletus eſt ãt oĩs campus pedeſtriũ et equorũ
Aerisq́; ſplendore: in autem Iupiter gaudens fulmine
Fugam meis ſocijs malã iecit, neq; aliquis tolerauit
Stare contrà, circum mala undiq; ſtabant:
Tunc noſtrûm multos quidem interfecerũt acuto ære:
Hos autem introduxerunt uiuos ipſis operari neceßitate:
At me in Cyprum hoſpiti dederunt obuianti

Vlyſſes mẽdicus Antinoo.

Dmetori

Dmetori Iaſidæ,qui Cypro fortiter imperabat.
Hinc iam nunc huc hoc uenio nocumenta patiens.
Huic autem rurſus Antinous reſpondit,uociferauitq́;:
Quæ fortuna hoc nocumentum adduxit cõuiuij triſtitiam? Antinous mendico.
Sta autem ſic in medio,mea procul à menſa,
Ne citò amaram Aegyptum,& Cyprum uideas,
Quòd quidem audens & impudens es mendicus:
Deinceps omnibus aſtas:hi autem dant
Vanè,quoniam nulla prohibitio,neq; miſericordia
Alienis donare,quoniam adſunt multa ſingulo.
Hunc autem recedens allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O amici,non tibi in ſpecie & mentes erant:
Non tu enim ex domo tua inſtanti neq; ſalem dares,
Qui nunc alienis aßidens,non aliquid mihi toleras
Panis præcipiens dare:hæc autem multa adſunt.
Sic dixit:Antinous autem iratus eſt animo magis,
Et ipſum toruè uidens uerba uelocia allocutus eſt:
Nunc iam te non amplius bene ex domo puto
Retrò cedere,quando iam & opprobria dicis.
Sic dixit,& ſcabellũ capiens percußit dextrũ humerũ
Vltimum in dorſum:hic autem ſtetit tanquàm petra
Firmiter,neq; ipſum commouit telum Antinoi:
Sed tacitè mouit caput,mala profundè cogitans:
Rurſum autem in uiam iens deſedit:peram autem
Depoſuit plenam:pòſt autem procis dixit:
Audite me proci perinclytæ Reginæ,
Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet: Vlyſſes quæritur procis iniuriã.
Non quidem neq; dolor eſt in mentibus,neq; luctus,
Quando uir pro ſuis pugnans poſſeßionibus
Percutitur,uel de bobus,uel bene nutritis ouibus:



LIBROS DEL DR. J. MARCO
Ayuntamiento de Madrid

Et me Antinous percuſsit uentris gratiâ mali
Pernicioſi, qui multa mala hominibus dat.
Sed ſicubi pauperum Dei, & Erinnyes ſunt,
Antinoum ante nuptias finis mortis inueniat.
Hunc autem Antinous allocutus eſt diuinus filius:
Comede tacitus hoſpes ſedens, uel abi aliò,
Ne te iuuenes per domos trahant, ſicut dicis,
Vel pede, uel & manu, lacerent autem omnia.
Sic dixit: hi autem omnes immenſè ſuccenſuerunt:
Sic autem aliquis dixit iuuenum elatorum:
Antinoë, non quidē bene percuſsiſti infelicem erratorem
Pernicioſe: ſi iam alicubi aliquis in cœleſtibus Deus eſt,
Et Dei hoſpitibus ſimiles peregrinis,
Omnimodi exiſtentes ſuperueniunt ciuitates,
Hominum iniuriam, & beneuolentiam inſpicientes.
Sic dixerunt proci: hic autem non curauit uerba:
Telemachus autem in corde quidē magnū luctū augebat
Percuſsi, neq; lachrymam humum iecit ex palpebris:
Sed tacitus mouit caput, mala profundè cogitans.
Hunc autem poſtquā igitur audiuit prudens Penelope
Percuſſum in domo, pòſt igitur ſeruis dixit:
Vtinam ſic ipſumq; percutiat inclytus arcu Apollo.
Hāc āt rurſus Eurymone gubernatrix uerbū allocuta eſt:
Si enim in precationibus filia noſtris fieret,
Non aliquis horum bonæ ſedis Auroram iret.
Hanc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Nutrix, inimici quidem omnes, quoniā mala excogitant:
Antinous autem maximè nigræ morti ſimilis eſt:
Hoſpes quidem infelix mendicat in domo
Viros petens: egeſtas enim cogit.

Tunc

Ayuntamiento de Madrid

Tunc alij quidem omnes impleueruntq́;,dederuntq́;:
Hic autem ſcabello ultimum percußit dextrum latus.
Hæc quidem ſic dixit in ſeruis mulieribus,
Sedens in thalamo:hic autem cœnauit diuinus Vlyſſes:
Hæc ad ſe uocans alloquta eſt diuinum ſubulcum:
Vade diuine Eumæe,iens hoſpitem iube
Venire,ut ipſum ſalutem,& interrogem,
Sicubi Vlyſſem miſerum uel audiuit,
Vel uidit oculis:multum erranti enim ſimilis eſt.

Penelope mendicum accerſiri iubet.

Hanc autem reſpõdẽs allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Vtinam enim tibi Regina tacerent Achiui,
Qualia hic loquitur,mulceret tibi dilectum cor.
Tres enim iam ipſum noctes habui,tres aũt dies detinui
In ſtabulo:primùm enim uenit mihi naue aufugiens:
Sed nondum calamitatem explicuit ſuam dicens.
Sicut autem quando cantorem uir aſpicit,qui à Deis
Canit,doctus uerba ſuauia hominibus:
Huius inſatiabiliter prompti ſunt audire quando canit:
Sic me ille mulſit aßidens in domibus:
Dicit autem Vlyßis amicus paternus eſſe,
In Creta habitans,ubi Minois genus eſt.
Hinc iam nunc huc uenit nocumenta patiens
Prouolutus:promiſit autem Vlyſſem audiuiſſe
Propè Theſprotorum uirorum in pingui populo
Viuum:multos autem ducit theſauros ſuam domum.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Vade huc uoca,ut coràm ipſe dicat:
Hi autem uel in ianuis ſedentes delectentur,
Vel illic in domibus ipſis animus lætus.
Ipſorũ quidẽ.n.poſſeſſiones incorruptæ iacent in domo



Ayuntamiento de Madrid

Panis & uinum dulce,hæc quidem domeſtiā comedunt:
Hi autem in noſtrum uerſantes dies omnes
Boues ſacrificantes,& oues,& pingues capras,
Conuiuantur,bibuntq́; nigrum uinum
Incaßùm:hæc aūt multa deorſumuadūt:non enim eſt uir
Qualis Vlyßes fuit nocumentum à domo expellere:
Si autem Vlyſſes uenerit,& applicuerit in patriā terrā,
Statim cum ſuo filio uiolentias puniet uirorum.
Sic dixit: Telemachus aūt ualde ſternutauit:arcū aūt
Terribiliter reſonuit:riſit autem Penelope. (domū
Statim autem Eumæum uerba uelocia allocuta eſt:
Vade,mihi hoſpitem coràm huc uoca:
Non uides,quòd mihi filius ſternutauit omnibus uerbis:
Ideò & non imperfecta mors procis fiet
Omnibus ualde,neq; quiſquam mortem & fatum uitabit:
Aliud autem tibi dico:tu autem in mentibus pone tuis:
Si ipſum cognoſcam uera omnia dicentem,
Induam ipſum chlænamq́; chitonaq́; ueſtimenta pulchra.
Sic dixit:iuit autem ſubulcus poſtquā uerbū audiuit:
Propè autem ſtans uerba uelocia allocutus eſt:
Hoſpes pater,uocat te prudens Penelope
Mater Telemachi,inquirere aliquid ipſam animus
Circa maritum iubet,quanuis dolores paſſa:
Si autem te cognoſcet uera omnia dicentem,
Induet te chlænamq́; chitonaq́;,quorum tu maximè
Indiges:panem autem & petens in populo
Ventrem paſces:dabit autem tibi quicunq; uoluerit.
Hūc āt rurſus allocutus eſt multapaßus diuinus Vlyſſes:
Eumæe,ſtatim ego uera omnia dicam
Filiæ Icarij,perprudenti Penelopæ:
Scio enim bene de illo:ſimul autem ſuſcepimus ærūnam.

Ayuntamiento de Madrid

Sed procorum difficilium timeo multitudinem,
Quorum ſuperbiaq́; uisq́; ſydereum cœlum iuit.
Etenim nunc quando me hic uir in domum euntem
Non aliquid malum facientē percutiens doloribus dedit:
Neq; aliquid Telemachus hoc in adiuuit,neq; aliq̃s ali=
Ideo nunc Penelopem in domibus iube (us:
Manere feſtinantem,licet in Solem occidentem:
Et tunc me interroget marito de reditiuum diem
Citiſſimè ſedens apud ignem:ueſtimenta enim
Mala habeo,ſcis & ipſe,quoniam te priùs oraui.
Sic dixit:iuit autem ſubulcus poſtquàm uerbū audiuit:
Hunc aūt ſup̄ pauimento euntem allocuta eſt Penelope:
Non tu ducis Eumæe,quid hoc intellexit errator?
An aliquem timens indecentem?an & aliter?
Verecundatur in domo?malè uerecundus peregrinus.
Hanc aūt reſpondens,allocutus eſt Eumæus ſubulcus:
Loquitur ſecundum decens,quæ putaret alius
Superbiam fugere uirorum fortium:
Sed te manere iuſſit in Solem occidentem:
Et autem tibi ſic ipſi multò melius ô Regina,
Solam ad hoſpitem loqui,uerbum & audire.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Non inſipiens hoſpes,putat ſicut eſt:
Non enim aliqui ſic mortalium hominum
Viri contumeliantes iniuſta cogitant.
Hæc quidem ſic dixit:hic aūt iuit diuinus ſubulcus
Procorum in cœtum,poſtquàm dixit omnia:
Statim autem Telemachum uerba uelocia allocutus eſt,
Propè tenens caput,ut non audirent alij:
O dilecte,ego quidem ibo ad ſues,& illa cuſtodiens



Ayuntamiento de Madrid

Tuam & meam uitam:tibi autem hîc omnia curæ ſint:
Ipſum'quidem te primum ſalua,& conſydera animo,
Ne quid patiaris:multi autem mala ſciunt Achiuorum,
Quos Iupiter perdat antè nobis nocumentum fieri.
Hūc ăt rurſus Telemachus prudēs cōtrà allocutus eſt:
Erit ſic,euge:tu autem uade timens:
Manè autem ueni,& duc ſacrificia pulchra:
At mihi hæc omnia & immortalibus curæ ſunt.
Sic dixit:hic autem rurſus ſedit benepolita in ſede:
Impletus autem animum cibi & potus,
Perrexit ad ſues:liquit autem ſeptaq́; domumq́;
Plenam conuiuarnm:hi autem ſaltu & cantu
Delectabātur:iam.n.& ingreſſus erat meridianus dies.

## ARGVMENTVM. Σ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Vlyßis & Iri pugna fit:oſtenditur autem & Penelope procis,& ab ipſis dona accipit: fit aūt & quædam collocutio in his ordine Vlyßis ad Eurymachum.

ODYS-

Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE. Σ. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Sigma autem contentionẽ Iri, gloriã Vlyſsis, dona Regũ.*

VENIT *autem pauper popularis qui in ciuitate*
*Mendicabat Ithacæ: excellebat autem uentre edaci*
*Inceſſanter comedere & bibere: neque ei erat uis,*
*Neq; uiolentia: forma autem ualde magnus erat uideri:*
*Arnæus aũt nomine erat: hoc enim impoſuit caſta mater*
*Ex natiuitate: Irum autem iuuenes uocabant omnes:*
*Quoniam renunciat iens, quando aliquis iubebat.*
*Qui ueniens Vlyſsem expellebat ſua domo:*
*Et ipſum contendens uerba ueloda allocutus eſt:* Irus Vlyſsẽ
*Recede ſenex ueſtibulo, ne iam citò & pede traharis:* iurgijs inceſsit.
*Non audis, quòd iam mihi innuunt omnes?*
*Trahere autem iubent: ego autem uerecundor tamen:*
*Sed ſurge, ne citò nobis contentio & manibus fiat.*
*Hunc ãt toruè reſpiciẽs allocutus eſt aſtutus Vlyſſes:*
*Miſer, neq; aliquod tibi facio malum, neq; dico,*
*Neq; aliquem inuideo dare & multa accipientem:*
*Pauimentum aũt ambos hoc capiet, neq; aliqd te oportet*
*Alienis inuidere: uideris autem mihi eſſe errator*
*Sicut ego: opulentiam autem Dei curant præbere:*
*Manibus autem ne ualde prouoca, ne me iraſcifacias,*
*Ne te ſenex exiſtens pectus & labra irrigem*
*Sanguine: quies autem mihi & magis adhuc erit*

Cras,

Ayuntamiento de Madrid

Cras,non quidem enim te reuerti puto
Iterum intra domum Laërtiadæ Vlyßis.
Hunc autem iratus alloquutus eſt Irus errator:
O amici,ualde glorioſus ſuccinctè dicit
Vetulæ fornacinæ ſimilis,quem malè non puniam
Percutiens ambabus:in terram autem ex omnes dentes
Maxillis expellam,porci ſicut ſegetem paſcentis:
Cinge nunc ut omnes cognoſcant & hi
Pugnantes:quomodò autem tu iuniori uiro pugnabis?
Sic hi quidem ante ianuas altas
Pauimento in polito toto animo litigabant:
Hos autem intellexit ſacrum robur Antinoi:
Suauiter autem ridens alloquutus eſt procos:
O amici,non quidem aliquid antè tale factum eſt,
Qualem delectationem Deus duxit in hanc domum,
Hoſpesq́; & Irus contendunt mutuò
Manibus pugnare:ſed compellamus citò.
Sic dixit:hi autem omnes ſurrexerunt ridentes:
Circùm autem pauperes maleſedentes congregati ſunt.
His autem Antinous loquutus eſt Eupithei filius:
Audite me proci ſtrenui,ut aliquid dicam:
Ventres hi caprarum iacent in igne:hos autem in cœna
Deponamus,pinguedine & ſanguine implentes:
Vter autem uincet,potentiorq́; erit,
Horum ſi uoluerit ſurgens ipſe eligat:
Semp ãt rurſus nobis cum cõuiuabitur,neq; aliquem aliũ
Pauperem intùs miſceri ſinemus petentem.
Sic dixit Antinous:his autem placuit ſermo:
Hos autem aſtutus alloquutus eſt prudens Vlyſſes:
O amici,non aliquomodo eſt iuniori uiro pugnare

Vlyßes prouocat Irum in certamẽ.

Victori certaminis à procis præmium conſtituitur.

Virum

Virum ſenem dolore læſum:ſed me uenter
Mouet maleoperatiuus,ut plagis domer.
Sed eia nunc mihi omnes iurate forte iuramentum,
Ne quis in Iro auxilium ferens,me manu forti
Percutiat ineptè agens:hoc autem me fortiter domabit.
Sic dixit:hi autem omnes iurauerunt,ſicut iuſsit:
Hos autem rurſus allocutus eſt ſacra uis Telemachi:
Hoſpes,ſi te mouet cor & animus fortis
Hunc expellere,horum aliorum ne aliquem Achiuorum
Time:quoniam pluribus pugnabit,qui te uerberabit:
Hoſpites ſuſcipiens quidem ego:in autem laudant Reges
Eurymachusq; & Antinous,prudentes ambo.
Sic dixit:hi autem omnes laudauerunt:at Vlyſſes
Cinxit quidem pannis circum genitalia:oſtendit aũt crura
Pulchraq; magnaq;:apparuerunt autem ei lati humeri,
Pectoraq;,fortiaq; brachia:at Minerua
Propè aſtans membra auxit paſtori populorum:
Proci autem omnes uehementiſsimè admirati ſunt.
Sic autem aliquis dixit uidens ad propinquum ſuum:
Certè citò Irus egens contractum malum habebit,
Qualem ex ueſtimentis ſenex coxam oſtendit. Vlyſſes uictor.
Sic dixerunt:Iro autem malus motus eſt animus.
Sed & ſic famuli duxerunt cingentes neceſsitate
Timentem:carnes autem circum tremebant oſſa:
Antinous autem dixit,uerbumq; locutus eſt,atq; noĩauit.
Nunc quidem neq; eſſes iactator,neq; natus eſſes,
Siquidem hunc tremis,& times grauiter
Virum ſenem,dolore captum,qui ipſum cepit:
Sed tibi edico hoc,& perfectum erit,
Si te hic uincet,potentiorq; erit,

Mittam

Ayuntamiento de Madrid

Mittam te in terram iaciens in naui nigra
In Echetum Regem,hominum peſsimum omnium, — Echetus Rex.
Qui narem abſcindet,& aures ſæuo ære,
Genitaliaq́; detrahens dabit canibus cruda comedi.
Sic dixit:huic aũt adhuc magis tremor ſubiuit mẽbra:
In medium aũt duxerũt:hi aũt ambas manus eleuauerũt:
Iam tunc cogitauit multumtolerans diuinus Vlyſſes,
An percutiet,ut ipſum anima linquat illic cadentem,
An ipſum parumper percutiet,extendetq́; in terram:
Sic autem ei cogitanti uiſum eſt melius eſſe,
Quietè percutere,ut non ipſum reprehẽderent Achiui,
Iam tunc eleuati:hic quidem percuſsit dexterum humerũ
Irus:ille autem ceruicem percuſsit ſub aure:oſſa aũt intùs
Fregit:ſtatim autem uenit in os ruber ſanguis:
Cecidit autem in pulueribus clamans:ſimul eiecit dentes
Calcitrans pedibus terram:at proci ſuperbi
Manus eleuantes riſu mortui ſunt:at Vlyſſes
Traxit ꝑ ex ueſtibulo capiens pedẽ,quouſq; iuit ad aulã
Porticusq́; ianuas,& ipſum ad ſeptum aulæ
Statuit reclinans:ſceptrum autem impoſuit manu,
Et ipſum uociferans uerba uelocia allocutus eſt:
Hìc nunc ſede,canesq́; ſuesq́; expellens:
Ne autem tu hoſpitum,& pauperum dominus ſis
Malus exiſtens:necubi aliquod malum & maius accipias.
Dixit,& circum humeros indecentem iecit peram
Denſe fractam:in autem tortum erat lorum.
Iterũ aũt hic in pauimentũ iẽs deſedit:hi ãt iuerũt intrò
Suauiter ridentes,& allocuti ſunt uerbis:
Iupiter tibi det hoſpes,& immortales Dei alij
Quodcunq; maximè uis,& tibi dilectum eſt animo,

Qui

Qui hunc inſatiabilem mendicare ſedaſti
In populo: citò enim ipſum reducemus in terram
In Echetum Regem, hominum peßimum omnium.
Sic dixerũt: gauiſus eſt autem gloriâ diuinus Vlyſſes:
Antinous autem ei magnum uentrem appoſuit
Plenum pinguedineq; & ſanguine: Amphinomus
Panes ex caniſtro duos appoſuit eleuans:
Et poculo aureo oſtendit, uociferauitq;:
Salue pater, ô hoſpes, fiat tibi ſicut anteà
Opulentia: at quidem nunc malis teneris multis.
Hunc autem reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Amphinome, certè ualde uideris prudens eſſe:
Talis enim & patris, quoniam gloriam bonam audiui,
Niſum Dulichium bonum eſſe diuitem:
Ex hoc te dicunt natũ eſſe: prudenti aũt uiro ſimilis es.
Propter hoc tibi dico, tu autem intellige, & me audi:
Nihil imbecillius terra nutrit homine
Omnium, quæcunq; terram inſpirantq; & ſerpunt.
Non quidem enim unq̃ dicit malũ paſſurũ eſſe in futurũ,
Quouſq; uirtutem præbeant Dei, & genua mouentur.
Sed quando iam & mala Dei beati perficiunt,
Et hæc ſuffert nolens patienti animo:
Talis enim mens eſt terreſtrium hominum,
Qualem quotidie ducit pater uirorumq; Deorumq;.
Etenim ego quondam cogitabam in uiris beatis eſſe:
Multa autem iniuſta feci, ui & robori obediens,
Patri meo confidens, & meis fratribus,
Quò non aliquis omnino uir iniuſtus ſit.
Sed hic ſilentio dona Deorum habeat, quodcunq; dent,
Qualia uideo procos iniuſta cogitantes,

Vlyßes ob uictoriã laudatus, dona accipit à procis.

De hominis fragilitate.

Vlyſſes Amphinomum præmonet infortunij.

Poſſeßiones

Ayuntamiento de Madrid

Poſſeßiones conſumentes,& inhonorantes uxorem
Viri,quem non amplius dico amicis & patria terra
Diu abfore:ualde autem propè,ſed te Dæmon
Domum ſubducat,ne obuies illi,
Quando redibit dilectam in patriam terram.
Non enim ſine cruore diuidi puto
Procos,& illum,poſtquàm in ædem uenerit.
Sic dixit,& libans bibit dulce uinum:
Iterũ ãt in manibus poſuit poculum ornatori populorum:
At hic iuit per domum dilectam,cruciatus cor,
Quatiens caput:iam enim malum augurabatur animus:
Sed neq; ſic fugit mortem:impediuit ãt & hũc Minerua
Telemachi à manibus & haſta fortiter interfici:
Rurſus autem iterum ſedit in ſede unde ſederat:
Huic autem in mentibus poſuit Dea cæſia Minerua
Filiæ Icarij prudenti Penelopæ,
Procis apparere,ut extenderet maximè
Animum procorum,& honorata fieret
Magis à uiroq; & filio,quàm anteà erat:
Inuſitatè autem riſit,uerbumq; dixit,denominauitq;:

*Penelope ad procos itura.*

Eurynome,animus mihi cupit non anteà
Procis apparere,inuiſis licet tamen:
Filio autem dicam uerbum quod perutile erit,
Non omnia procis ſuperbis conuerſari,
Qui bene quidem dicunt,malè autem retrò cogitant.

*Eurynome Penelopæ miniſtra.*

Hãc ãt rurſus Eurynome gubernatrix ad uerbũ dixit:
Ita iam hæc omnia filia ſecundum decens dixiſti.
Sed uade,& tuo filio uerbum dic,neq; occulta,
Corpus lauans,& ungens genas,
Neq; ſic lachrymis irrigata circum faciem

Vade,

Vade:quoniam peius lugere continuè ſemper.
Iam quidem enim tibi filius talis,quem tu maximè
Supplicabas Deis naſcentem uidere.
Hanc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Eurynome,non hæc loquere dolens licet
Corpusq; lauare,& ungere unguento:
Splendorem mihi Dei,qui olympum habitant,
Perdiderunt,ex quo ille iuit concauis in nauibus.
Sed mihi Antinoēnq; & Hippodamiam iube
Venire,ut mihi aſtent in domibus:
Sola autem non illuc uado ad uiros:uerecundor enim.
Sic dixit:uetula autem è domo exiuit,
Nuncians mulieribus,& mouens ire:
Tunc rurſus alia cogitauit Dea cæſia Minerua,
Filiæ Icarij dulcem ſomnum diffudit:
Dormiuit autem reclinata:ſoluta ſunt aūt ei mēbra oīa
Illic|in lecto:tunc igitur diuina Dearum
Immortalia dona dedit,ut ipſam admirarentur Achiui:
Pulchritudine quidem ei uultúsq; bene purgauit
Immortali,quali benecoronata Venus
Vngitur,quando ibat chorum in amabilem:
Et ipſam longiorem,& pinguiorem fecit uideri:
Albiorem autem ipſam fecit ſecto elephante.
Hæc quidem ſic faciens abiuit diuina Dearum:
Venerunt autem famulæ albæulnis ex domo
Voce uenientes:hanc autem dulcis ſomnus dimiſit,
Et abſterſit manibus genas,clamauitq;:
Certè me ualde grauiter patiētē mollis ſomnus coopuit,
Vtinam mihi ſic mollem mortem daret Diana caſta
Statim nunc,ut non amplius lugens per animum

Proci mirātur Penelopæ pulchritudinem.

Secula

Ayuntamiento de Madrid

Secula corrumperem mariti deſyderans dilecti
Omnem uirtutem:quoniam eximius erat Achiuorum.
Sic loquens deſcendit ſuperiora ſplendida,
Non ſola,ſimul hanc & famulæ duæ ſequebantur:
Hæc autem quãdo iam procos peruenit diuina mulierũ,
Stetit in limine domus ornatè factæ,
Contra genas tenens ſubtilia uela:
Famula autem igitur ei prudens utrinq; aſtitit.
Horũ aũt illic ſoluebãtur genua:amore ãt aĩum demulcebat:
Omnes aũt precabãtur apud in lectis dormire.
Hæc aũt rurſus Telemachum allocuta eſt ſuum filiũ:
Telemache,nõ amplius tibi mentes firmæ,neq; cogitatio,
Puer adhuc exiſtẽs,et magis in mẽtibus utilia cogitabas:
Nũc ãt quãdo iã magnus es,& pubertatis mẽſurã pueniſti,
Et aliquis dicet filium eſſe beati uiri
In magnitudine & pulchritudine uidens alienus uir,
Non amplius tibi mentes ſunt iuſtæ,neq; cogitatio:
Quale iam hoc opus in domibus factum eſt,
Qui hoſpitem ſiuiſti indecenter tractari ſic:
Quomodò nunc ſiquis hoſpes in noſtris domibus
Sedens ſic pateretur tractationem doloroſam?
Tibi dedecus,nocumentumq; hominibus erit.
Hanc ãt rurſus Telemachus prudẽs cõtrà allocutus eſt:
Mater mea,hoc quidem non te accuſo iraſci:
At ego animo intelligo,& ſcio ſingula,
Bonaq; & peiora:antea autem adhuc infans eram:
Sed non poſſum prudentia omnia intelligere.
Nam me perterrent aſſidentes aliunde alius:
Hi aũt mala cogitantes:mihi aũt nõ ſunt auxiliatores,
Non hoſpitis,& Iri pugna facta eſt

Penelope increpat Telemachũ ob cæſum hoſpitem.

Procorum

Procorum cõſilio:fortitudine autem hic potentior fuit.
Vtinam enim Iupiterq́; pater,& Minerua, & Appollo,
Sic nunc proci in noſtris domibus
Mouerent capita domiti, hi quidem in ſtabulo:
Hi autem intra domum,ſoluta eſſent membra ſinguli:
Sicut nunc Irus ille in aularibus ianuis
Sedet nutans capite,ebrio ſimilis,
Neq; rectus poteſt ſtare pedibus,neq; reuerti
Domum quò ei reditus erat, quoniã dilecta mẽbra ſoluta ſunt:
Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur:
Eurymachus autem uerbis allocutus eſt Penelopem:
Filia Icarij, prudens Penelope,
Si omnes te uiderent in ſalubri Argo Achiui,
Plures proci in ueſtris domibus
Manè conuiuarentur:quoniam præſtas mulieribus
Speciéq́;,magnitudinéq́;,& mentibus intus æqualibus.
Huic autem reſpondit poſteà prudens Penelope:
Eurymache,certè meam uirtutem,ſpeciemq́;,corpusq́;,
Perdiderunt immortales, quando Ilium iniuerunt
Argiui:cum his autem meus maritus erat Vlyſſes:
Si ille ueniens hanc meam uitam gubernaret,
Maior gloria eſſet mea,& melius ſic:
Nunc autem triſtor,tot enim mihi impulit mala fortuna:
Certè quidem iam quando iuit relinquens patriã terram,
Dextram in palma capiens me manu allocutus eſt:
O mulier,non puto bellicoſos Achiuos
Ex Troia bene omnes illæſos redire.
Etenim Troianos dicunt pugiles eſſe uiros,
Et iaculatores,& extenſores ſagittarum,
Equorumq́; uelocũ pedibus equitatores,qui uelociſsimè

Eurymachus ad Penelopem.

Vlyßis diſcedentis ad Troiam mandata.



Ayuntamiento de Madrid

Diſcernunt magnam contentionem grauis belli:
Ideo neſcio ſi me remittet Deus, an captus ero
Illic in Troia:tibi autem hic omnia curæ ſint:
Recordari patris & matris in domibus,
Sicut nunc,uel etiam magis me procul exiſtente.
At poſtquàm iam filium barbatum uidebis,
Te nubere cui uis,tuam domum relinquens.
Ille ſic dixit:hæc iam nunc omnia perficiuntur:
Nox autem erit quando iam odioſæ nuptiæ obuiabunt
Perditæ mei,cuius Iupiter beatitudinem abſtulit.
Sed hæc grauis dolor cor & animum cepit:
Procorum non hæc iuſtitia anteà coram me facta eſt,
Qui bonamq; mulierem & diuitis filiam
Capere uxorem uolunt,& inter ipſos contendunt:
Idem ipſi abducunt boues & pingues oues:
Sponſæ conuiuium amicabile,& ſplendida dona dant.
Sed non alienum uictum impunè edunt.
Sic dixit: lætatus eſt aūt pertolerans diuinus Vlyſſes:
Quoniā horū quidē dona attrahebantur, mulcebat aīum
Suauibus uerbis:mens autem eius alia cogitabat.
Hanc aūt rurſus Antinous allocutus eſt Eupithei filius:
Filia Icarij,prudens Penelope,
Dona quidem quicunq; uoluerit Achiuorum huc ferre,
Suſcipe.non enim mihi bonum renuere dationem eſt:
Nos autem neq; in opera antè imus,neq; alio
Antè te alicubi nubere Achiuorum quicunq; optimus.
Sic dixit Antinous:his autem placuit ſermo:
Dona autem portare præmiſerunt præconem ſingulus:
Antinoo quidem portauit magnam perpulchram ueſtem
Variam:intus autem erant fibulæ duodecim, omnes

Procorum quiſq; donū adfert Penelopæ.

Aureæ

Aureæ,iuncturis bene flexilibus congruentes.
Monile autem Eurymacho peruarium ſtatim portauit
Aureum,electris fulgens Sol ſicuti.
Inaures autem Eurydamanti duo ſerui portauerunt
Perſpectabiles laboratas:gratia autẽ ſplendebat multa.
Ex autem Piſandro Polyctoride Rege,
Monile portauit ſeruus perpulchrum ornamentum.
Aliud autem alius donum Achiuorum pulchrum dedit.
Hæc quidem poſteà aſcendit ſuperiora diuina mulierũ:
Huic autẽ ſimul famulæ portabant perpulchra dona.
Hi autem in ſaltationem & ſuauem cantum
Verſi delectabantur:mãſerunt autẽ in ueſperum uenire:
His autem delectantibus,nigrum ueſper ingreſſum eſt,
Statim lampades tres ſtatuerunt in domibus
Vt lucerent:circùm autem ligna arida poſuerunt
Sicca,diu ualde dura,nuper ſciſſa ære,
Et lampadas miſcuerunt,uiciſſim demonſtrarunt
Famulæ Vlyſsis miſeri:at hic his
Ipſe generoſus locutus eſt prudens Vlyſſes;
Famulæ Vlyſsis diu abſentis Regis,
Ite ad domos,ubi ueneranda Regina:
Hanc autem apud lanas uertite:delectate autem ipſam
Sedentes in domo,uel lanas aptate manibus:
At ego his lumen omnibus præbebo,
Siquidem uoluerint bonæ ſedis Auroram expectare,
Non me uincent:perpatiens autem ualde ſum.
Sic dixit:hæ autem riſerunt:inter ſe autem aſpiciebant,
Hunc turpiter allocuta eſt Melantho pulchragenis,
Hanc Dolius quidem genuit,nutriuit autem Penelope: Dolius.
Filiam autem tanquàm nutriuit:dabat autem ludos aio.



Ayuntamiento de Madrid

*Sed neq; ſic tenuit dolorem in mentibus Penelopes:*
*Sed hæc Eurymacho mixta eſt, & amabat.*
*Hæc Vlyſſem alloouta eſt contumelioſis uerbis:*
*Hoſpes miſer, tu aliquis mentibus peraſſus es;*
*Neq; uis dormire æream in domum ueniens,*
*Vel alicubi in conuentum: ſed hic multa dicis*
*Confidenter multos inter uiros: neq; quid animo*
*Times: certè uinum habet mentes, uel ſemper*
*Talis mens eſt, qui & uana dicis:*
*An exultas quòd Irum uiciſti erratorem?*
*Ne quis cito Iro melior alius ſurgat,*
*Qui te in capite percutiens manibus fortibus,*
*Domo emittat fœdans ſanguine multo.*
*Hanc toruè reſpiciens allocutus eſt prudens Vlyſſes:*
*Certè cito Telemacho dicam canis qualia dicis*
*Illuc iens, ut te illic per membra incîdat.*
*Sic dicens, uerbis perterruit mulieres:*
*Perrexerunt aũt ire per domũ: ſoluta ſunt autẽ ſub mẽ-*
*Timore. dixerunt enim ipſum uera dicere. (bra cuiuſq;*
*At hic apud lampades faciens lumen accenſas*
*Stabat omnes aſpiciens: alia autem eius animus*
*Cogitabat mentibus, quibus non imperfecta fient:*
*Procos autem non omnino ſuperbos ſinebat Minerua,*
*Contumelia teneri demulcente, ut adhuc magis*
*Ingrediatur dolor corde Laërtiadem Vlyſſem.*
*His autem Eurymachus Polybi filius incœpit dicere,*
*Mordens Vlyſſem, riſum autem ſocijs faciat:*
*Audite me proci inclytæ Reginæ,*
*Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet:*
*Non ſine Deo hic uir Vlyſſeam in domum uenit:*

*Melantho iurgatrix laceſsit Vlyſsẽ*

Tamen

Ayuntamiento de Madrid

Tamen mihi uidetur faſcellarum ſplendor eſſe ipſius
Capitis:quoniam non ei ſunt capilli,neq; pauci.
Dixit:ſimulq́; allocutus eſt Vlyſſem urbiũdeſtructorem:
Hoſpes,nunquid uis ſeruire ſi te ſuſcipiam
Agri in extremitate? merces autem tibi ſufficiens erit,
Sepesq́; colligens,& arbores longas plantans:
Illic autem ego panem quidem continuum dabo:
Veſtimentaq́; circum induã,pedibusq́; calciamenta dabo.
Sed quoniam igitur iam opera mala didiciſti, non uoles
Opus inire: ſed cadere in populum
Vis,ut poßis paſcere tuum uentrem inſatiabilem.
Hunc autem reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Eurymache, ſi enim nobis contentio operis eſſet
Tempore in uerno,quando dies longi ſunt,
In herba falcem quidem ego bene flexam haberem:
Et autem tu talem haberes,ut experiremur opus
Ieiuni uſq; ualde ad tenebras:herba autem adeſſet:
Si autem rurſus & boues eſſent impulſi,qui optimi,
Pingues,magni,ambo ſaturati herba,
Coætanei æqualiter portantes, quorũ robur nõ minutum:
Aratrum autem eſſet:obediat autem gleba aratro:
Tunc me uideres ſi ſulcum longum proſcinderem.
Si autem rurſus & bellum alicubi moueret Saturnius
Hodie,& mihi ſcutum eſſet,& duæ lanceæ,
Et galea tota ærea in temporibus congruens,
Tunc me uideres primis in pugnatoribus mixtum:
Neq; mihi uentrem improperans diceres.
Sed ualde iniuria afficis,& tibi mens crudelis,
Et aliquomodo quidam uideris magnus eſſe & fortis,
Quoniam cum paucis,& non bonis conuerſaris.



Ayuntamiento de Madrid

Si autem Vlyſſes ueniret, & applicaret in patriã terram,
Statim tibi portæ, & latæ exiſtentes
Fugienti arctarentur per è ueſtibulo foràs.
Sic dixit: Eurymachus autem iratus eſt animo magis,
Et ipſum toruè intuens uerba ueloci alloquutus eſt:
Ah miſer, certè cito tibi perficiam malum, qualia dicis
Confidenter multos inter uiros, neq; quid animo
Times: nunquid te uinum habet mentibus? an tibi ſemper
Talis mens eſt, qui & uana dicis?
Aut exultas quòd Irum uiciſti ſcurram?
Sic uociferans ſcabellum accepit: at Vlyſſes
Amphinomi ad genua deſedit Dulichij,
Eurymachum timens: hic autem pincernã percußit manu
Dextra: gutturnium autem humum ſonuit cadens.
At hic plorans cecidit reſupinus in pulueribus:
Proci autem tumultuati ſunt in domibus umbroſis:
Sic autem aliquis dixit, aſpiciens propinquum alium:
Vtinam debuißet hoſpes errans alibi perire,
Antè uenire, quò non tantum ſtrepitum miſiſſet:
Nunc autem de paupere contẽdimus, non aliqua conuiuij
Boni eſt uoluptas: quoniam peiora uincunt.
His autem & dixit uis Telemachi:
Mali, inſanitis, & non aliquid occultatis animo
Cibum, neq; potum, Deorum aliquis uos concitat:
Sed bene conuiuati dormite, domum euntes,
Quando animus iubet: cogo autem non aliquem ego.
Sic dixit: hi autẽ omnes mordicus in labris applicãtes,
Telemachum admirabantur, qui audacter loquutus eſt:
His Amphinomus concionatus eſt & dixit,
Niſi illuſtris filius Aretiadæ regis:

Vlyſſẽ Eurymachus ſcabello petit.

O amici,

O amici, non autem aliquis in dictum iuſtum
Contrarijs uerbis mordens ſæuiat:
Neq; hoſpitem uerberate, neq; aliquem alium
Famulorum, qui ſunt in domibus Vlyßis diuini.
Sed agè pincerna incipiat poculis,
Vt libantes dormiamus domum euntes:
Hoſpitem autem ſinamus in domibus Vlyßis
Telemacho curæ eſſe: huius enim dilectam peruenit do-(mum.
Sic dixit: his aũt oĩbus placitũ uerbũ dixit,
His crateram miſcuit Mulius heros
Præco Dulichius: famulus autem erat Amphinomi:
Diſtribuit autem omnibus ritè: hi autem Deis
Libantes beatis biberunt dulce uinum:
At poſtquã libarunt, biberunt quãtum uoluit animus:
Perrexerunt ire dormituri ſuas ad domos unusquiſq;.

## ARGVMENTVM .T. HOMERI COMPOSITIONIS.

CVM Telemacho expoſitionem faciat armorũ Vlyßes: & ad Penelopem ex Creta eſſe reſpondet: Fit autem ipſius per cicatricem agnitio ad Eurycleam pedes ipſius lauantem: & per tranſgreßionem poëta dicit, quòd in Parnaſo percuſſus eſt ab apro.

## ODYSSEAE .T. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Taſ autem, agnoſcit ex cicatrice uetula Vlyſſem.*

AT HIC IN *domo remanſit diuinus Vlyſſes,*
*Procis cædem cum Minerua cogitans:*
*Statim autem Telemachum uerba uelocia allocutus eſt:*
*Telemache, oportet arma bellicoſa deponere intus*
*Omnia ualde: at procos mollibus uerbis*
*Alloquere, quando à te inquirent cupientes:*
*Ex fumo depoſui, quoniam non his ſimilia ſunt,*
*Qualia quondã ad Troiã proficiſcens reliquit Vlyſſes:*
*Sed conſumpta ſunt quantum ignis iuit flatus:*
*Adhuc aũt mihi & hoc maius in mentibus poſuit Saturnius,*
*Ne ebriati contentionem ſtatuentes in uobis*
*Inter uos uulneretis: deturpetis autem conuiuium,*
*Et ſponſalia: ipſum enim attrahit uirum ferrum.*
*Sic dixit: Telemachus autem dilecto obediuit patri:*
*Extra autem uocans, allocutus eſt nutricem Eurycleam:*
*Nutrix, agè iam mihi exclude in atrijs fœminas,*
*Donec iam ad thalamum concludam arma patris*
*Bona, quæ mihi in domo neglecta fumus denigrat*
*Patre abeunte: ego autem adhuc paruulus eram:*
*Nunc autem uolo deponere, ut non ignis eat flatus.*
*Hunc autẽ rurſus allocuta eſt dilecta nutrix Euryclea:*
*Vtinam enim iam tandem fili prudentiam ſuſcipias*

Domum

Domum curare, & res omnes ſeruare.
Sed agè, quis tibi poſteà ſimul ueniens lumen portabit?
Famulas autem non ſinis adire quæ luminent.
Hãc autẽ rurſus Telemachus prudens contra locutus eſt:
Hoſpes hic: non enim ocioſum tolerabo, qui meum
Semimodium comedit & longè ueniens.
Sic autem dixit: huic autem firmum fuit uerbum.
Clauſit autem ianuas domorum bene habitatarum.
Hi autem feſtinantes Vlyſſes & illuſtris filius
Intrò portauerunt galeasq́;, & ſcuta umbiculoſa,
Lanceasq́; acutas: antè autem Pallas Minerua
Auream lucernam tenens lumen perpulchrum faciebat:
Iam tunc Telemachus allocutus eſt ſuum patrem ſtatim:
O pater, certè magnum miraculum hoc oculis uideo:
Tamen mihi parietes domorum pulchræq́; ſedes,
Abiegnæq́; trabes, & columnæ altitudinem habentes
Lucent oculis tam igne ardente:
Certè ualde aliquis Deus intus qui cœlum latũ habitat.
Hunc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Tace, & tuam mentem retine, neq; interroga:
Hæc iuſtitia eſt Deorum, qui olympum habitant.
Sed tu quidem dormi: ego autem remanebo hîc:
Vt item famulas & matrem tuam irritem:
Hæc me dolens interrogabit ſeperatim ſingula.
Sic dixit: Telemachus autem ex domo diſcedit
Dormiturus in cubiculum lampadibus lucentibus,
Vbi anteà dormiebat, quãdo ipſũ dulcis ſonus capiebat.
Illic igitur & tunc dormiuit, & Auroram expectabat,
At hic in domo relictus eſt diuinus Vlyſſes,
Procis cædem cum Minerua cogitans.

Domus Telemacho inſtar ardentis flammæ apparet.

Hæc

Hæc autem ibat ex thalamo prudens Penelope,
Dianæ ſimilis,uel aureæ Veneri:
Huic apud q̃dē ſedem ignē depoſuerūt (illic ãt ſedebat)
Rotundam ebore & argento,quam quondam faber
Fecit Icmalius,& ſub ſcabellum pedibus miſit
Aptum ex ipſa, ubi magnam iniecit pellem:
Illic ſedit poſteà prudens Penelope:
Venerunt autem famulæ albæulnis ex domo:
Hæ aūt longè quidē panē multū aſportauerūt & mēſas,
Et pocula,unde procì ſuperbi biberant:
Ignē aūt à facculis ad terrã iecerunt:alia autē ſupra ipſas
Congregarunt ligna lumen eſſe & comburi.
Hæc autem Vlyßi dixit Melantho ſecundò rurſus:
Hoſpes,adhuc & nunc huc uenisti per noctem
Conuerſans in domo,aſpicias autem mulieres:
Sed exi foràs miſer,& conuiuio iuuaberis,
Vel cito & torre percuſſus ibis foràs.

Melantho minatur Vlyßi uerbera,niſi abeat domum.

Hanc autem toruè aſpiciens,allocutus eſt prudēs Vlyſſes:
Mala, cur me ſic inuehis irato animo?
Nunquid ꝗ ſordeo,mala autē corpori ueſtimenta indutus:
Mendico autem in populo:neceßitas enim urget:
Tales pauperes & erratores uiri ſunt.
Etenim ego quondam domum in hominibus habitaui
Beatus diuitem,& ſepe dedi erratori
Tali qualis eſſet,& qui alicuius indigens ueniret:
Erant autem ſerui ualde multi,aliaq́; multa,
Quibus beneuiuunt,& diuites uocantur:
Sed Iupiter deſtruxit Saturnius:uoluit enim.
Ideo nunc ne aliquando & tu mulier longè omnē perdas
Lætitiam,qua nunc inter ancillas ornata es,

Ne tibi

Ayuntamiento de Madrid

Ne tibi aliquomodò domina irata ſæuiat,
Vel Vlyſſes ueniat: adhuc enim & ſpei parca.
Si ãt hic quidem oĩno perijt et nõ amplius reditus eſt:
Sed iam filius talis Apollinis conſilio
Telemachus: hunc autem nulla in domibus mulierum
Latet ineptè agens, quoniam non amplius talis eſt.
Sic dixit: hunc audiuit prudens Penelope:
Ancillã autem allocuta eſt, uerbũq; dixit, denominauitq́:
Omnino audax canis intrepida, non me lates
Faciens magnum opus, quod tuo capiti refringes.
Omnino enim bene ſcis, quoniam à me audiuiſti ipſa,
Quòd hoſpitem curabam in domibus meis
Circa maritum interrogare, quoniã frequenter triſtor.
Dixit: & Eurynomen gubernatricem ad uerbum dixit:
Eurynome, porta iam ſedem, & pellem in ipſa,
Vt ſedens dicat uerbum, & audiat
Hoſpes me: uolo autem ipſum interrogare
Sic dixit: hæc ualde feſtinanter depoſuit portans
Sedem benepolitam, & in ipſa pellem iecit:
Illic ſedit poſteà multum tolerans diuinus Vlyſſes:
His autem uerbis incœpit prudens Penelope:
Hoſpes, de hoc quidem te primũ ego interrogabo ipſa:
Quis? unde es uirorum? ubi tibi ciuitas & parentes?
Hanc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyßes:
O mulier, non aliquis te hominum in infinita terra
Contendat: certe enim tua gloria cœlum latum peruenit.
Sicut alicuius certè Regis ſtrenui, qui Deumcolens
Viris in multis, & fortibus regnans,
Iuſtitias extendit: fert autem terra nigra
Tritica & hordea: grauantur autem arbores fructu:

Penelopes & Vlyßis ignoti colloquium.

Pariunt

Pariunt autem firma pecora: mare autem præbet piſces
Ex felicitate: uirtutem exercent aũt populi ſub ipſo.
Ideo me nunc hæc quidem alia inquire tua in domo,
Ne meum interroga genus & patriam terram,
Ne mihi magis animum impleas doloribus
Recordanti: ualde aũt ſum perſuſpirioſus, neq; aliquid me
Domo in aliena lugentemq́; flentemq́; (deceat
Eſſe: quoniam peius lugere ualde ſemper,
Ne aliqua mihi ancillarum iraſcatur, uel tu ipſa:
Dicat aũt lachrymas ſpargere grauatũ me mẽtibus uino.
Huic autem reſpondit poſteà prudens Penelope:
Hoſpes, certè quidem meã uirtutem, ſpeciemq́;, corpusq́;,
Perdiderunt immortales, quando Ilium iniuerunt
Argiui: cum his autem meus maritus iuit Vlyſſes:
Si ille ueniens hanc meam uitam gubernaret,
Maior gloria eſſet mea, & melior ſic:
Nunc autem doleo, tot enim mihi filauit mala fortuna.
Quicunq; enim inſulis dominantur optimi
Dulichioq́;, Samæq́;, & ſyluoſæ Zacyntho,
Quiq́; ipſam Ithacam temperatam paſcuntur,
Hi me nolentem petunt uxorem: pilant autem domum:
Ideo neq; hoſpites curo, neq; ſupplicatores,
Neq; præcones, qui publicè operarij ſunt.

Penelope narrat hoſpiti Vlyßi ut procos ſe fellerit.

Sed Vlyſſem deſyderans dilecto in liquefio animo:
Hi autem nuptias feſtinant: ego autem dolos cogito,
Veſtem quidem mihi primùm inſpirauit mentibus Deus
Statuenti magnam telam in domibus texere
Tenuem & immenſam: ſtatim autem ipſis dixi:
Iuuenes mei proci, quoniã mortuus eſt diuinus Vlyſſes,
Expectate feſtinantes has meas nuptias, donec ueſtem

Perficiam

Ayuntamiento de Madrid

Perfidam (ne mihi uana fila pereant)
Laërti heroi funeſtem, quando ipſum
Parca pernitioſa capiet ualde dormientis mortis,
Ne aliqua mihi in populo Græcarum iraſcatur,
Si ſine ueſte iacet multa poßidens.
Sic dixi: his autem perſuaſus eſt animus ſuperbus:
Tunc quotidiana texebam quidem magnam telam:
Noctes autē reſoluebam. poſtquàm lampades apponebā:
Sic triennium quidem latui ego, & perſuaſi Achiuos.
Sed quando quartus uenit annus, & uenerunt horæ
Menſibus corruptis, circùm autem dies multi perfecti,
Et tunc iam me propter famulas canes non curantes
Acceperunt ingredientes, & minati ſunt uerbis:
Sic hanc telam perfeci, & non uolens à neceßitate:
Nūc aūt neq; effugere poſſum nuptias, neq; aliquod aliud
Conſilium inuenio: ualde autem feſtinant parentes
Nubere: ægreferebat autem filius uictum edentibus
Cognoſcens. iam enim uir qualisq́; magnusq́;
Domum curare, huicq́; Iupiter gloriam præbet.
Sed & ſic mihi dic tuum genus unde es.
Non enim à quercu es antiqua, neq; à petra.
Hanc autē, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O uxor uenerabilis Laërtiadæ Vlyßis,
Non amplius ceſſabis meum ſemen interrogans?
Sed agè tibi dicam: certè quidem me doloribus dabis
Pluribus quàm teneor. certè enim pœna, quando patria
Sua abeſt uir tanto tempore, quanto ego nunc
Multas hominum ad ciuitates errans, dolores patiens.
Sed & ſic dicam quodcunq; me interrogas & inquiris:
Creta quædam terra eſt medio in nigro ponto

Penelope quærit ex hoſpite genus.

Pulchra

Deſcriptio Cretæ, unde Vlyſſes fingit ſe oriundum.

Pulchra,& pinguis, circumfluibilis:in hac aũt homines
Multi infiniti,& nonaginta ciuitates:
Alia autem aliorum lingua mixta:in ipſa quidem Achiui,
In autem Eteocretes magnanimi,in autem Cydones,
Dorenſeſq́;,Trichaices,diuiniq́; Pelaſgi:
His autem in Cnoſos magna ciuitas:ubi Minos
Nouennis regnauit Iouis magni conuerſator,
Patris mei,pater magnanimi Deucalionis:
Deucalion autem me genuit,& Idomeneum regem.
Sed hic quidem in nauibus roſtratis Ilium ad
Iuit ſimul cum Atridis: mihi aũt nomẽ inclytum Aethon
Iunior natu:hic autem prior & melior:
Illic Vlyſſem ego uidi,& hoſpitia dedi:
Etenim hunc ad Cretam deduxit uis uenti,
Euntem ad Troiam peruertiens Maleorum:
Statuit autem in Amniſo,ubi ſpelunca Lucinæ
In portibus difficilibus:uix autem fugit procellas:
Statim aũt Idomeneũ interrogabat ad ciuitatem ueniens:
Hoſpitem enim ipſum dicebat dilectumq́; eſſe reuerẽdũq́;:
Huic autem iam decima,uel undecima fuit Aurora
Eunti cum nauibus roſtratis Ilium intrò:
Hunc quidem ego ad domos ducens bene hoſpitatus ſum,
Accuratè diligens multis in domo exiſtentibus.
Et ei his alijs ſocijs,qui ſimul ipſum ſequebantur
A populo farinas dedi,& nigrum uinum congregans,
Et boues ſacrificare,ut impleret animum:
Illic duodecim quidem manſerunt dies diuini Achiui,
Flabat enim Boreæ uentus magnus:neq́; in terra
Sinebat ſtare:ſæuus autem aliquis mouebat Deus.
Ipſa aũt tertiadecima die uentus cecidit:hi aũt aſcenderũt:

Dixit

Ayuntamiento de Madrid

Dixit mendacia multa dicens ueris ſimilia.
Hæc aũt iã audiente, fluebãt lachrymæ, liquefiebat aũt corpus:
Sicut autem nix liquefit in altis montibus,
Quam Eurus liquefecit, poſtquã Zephyrus defuſus eſt:
Liquefacta autem igitur hac, fluuij implentur fluentes:
Sic huius liquefiebant pulchræ genæ lachrymantis,
Flentis ſuum uirum aßidentem: at Vlyſſes
Animo quidem lugentem ſuam miſerabatur uxorem:
Oculi autem tanquàm cornua ſtabant uel ferrum
Tacitè in palpebris: dolo autẽ hic lachrymas occultabat:
Hæc ãt poſt q̃ igitur ſatiata eſt multarũ lachrymarũ luctu,
Iterum ipſum uerbis reſpondens, allocuta eſt:
Nunc iam te hoſpes puto tentaſſe,
Si uerè iam illic cum diuinis ſocijs
Hoſpitans in domibus meum maritum ſicut dicis:
Dic mihi qualia, quæ circa corpus ueſtimenta indutus erat,
Ipſe qualis erat, & ſocios qui ipſum ſequebantur:
Hanc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O mulier, difficile tanto tempore ſeorſum exiſtentem
Dicere. iam enim ei uigeſimus annus eſt,
Ex quo illinc iuit, & mea abijt patria:
At ego dicam ſicut mihi uidetur animo:
Veſtem purpuream ſubtilem habebat diuinus Vlyſſes
Duplicem: at ei fibula auro facta erat
Foraminibus duplicibus: antè autem uaria erant,
In prioribus pedibus canis habebat uarium hinnulum,
Trementem uidens: hoc autem admirabantur omnes:
Similiter hi aurei exiſtentes: hic q̃dẽ uidebat hĩnulũ ſuffocans:
At hic effugere promptus, palpitat pedibus:
Hanc autem interulam intellexi circa corpus ſplendidam,

Quale

Ayuntamiento de Madrid

Quale cœpæ folium in iſchaleo.
Sic quidem erat mollis: ſplendida autem erat Sol ſicut,
Certè quidem multæ ipſum admirabantur mulieres.
Aliud autem tibi dico: tu autem in mentibus pone tuis:
Neſcio ſi hæc indutus fuerit circa corpus domi Vlyßes,
An aliquis ſociorum dederit ueloci in naui eunti,
An aliquis alicubi & hoſpes, quoniam multis Vlyſſes
Fuit amicus: pauci enim Achiuorum erant ſimiles:
Et ei ego æreum enſem, & duplicem dedi
Pulchram purpuream, & talarem chitonem:
Honoratè autem dimiſi benetabulata in naui:
Et quidem ei præco paululum maior ipſe
Sequebatur, & hunc tibi dicam qualis erat:
Gibboſus in humeris, magni corporis, criſpo capite:
Eurybates āt nomē fuit: honorabat āt ipſū eximiè aliorū
Suorū ſociorū Vlyſſes, q; mentibus æqualia ſciebat.

*Eurybates præco Vlyſſis.*

Sic dixit: huic aūt adhuc magis deſyderiū mouit luctus
Signa agnoſcenti, quæ ei firma dixit Vlyßes.
Hæc aūt poſtquā igitur ſatiata eſt multū lachrymabili lu-
Et tunc ipſum uerbis reſpondens, allocuta eſt: (ctu,
Nunc quidem iam mihi hoſpes, anteà exiſtens miſerabilis
In domibus meis, amicusq; eris, honorabilisq;.
Ipſa enim hæc ueſtimenta ego præbui qualia dicis,
Plicans ex cubiculo, fibulamq; impoſui lucidam
Illi ornamentum eſſe: hunc autem non ſuſcipiam retrò
Domum redeuntem dilectam in patriam terram.
Ideo mala parca concaua in naui Vlyßes
Iuit inſpecturus malam Troiam non nominabilem.
Hanc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O uxor ueneranda Laërtiadæ Vlyſſis,



Ayuntamiento de Madrid

Non amplius nunc corpus pulchrum deſtrue, neq; animū
Liquefac uirum lugens,reprehendo quidem nihil.
Etenim aliqua alienum luget uirum perdens
Iuuenculum,cui filios peperit amicitia mixta:
Quanto magis Vlyſſem quem dicunt Deis ſimilem eſſe:
Sed luctu quidem ceſſa,mei autem intellige uerba:
verè enim tibi loquar,neq; occultabo.
Nam iam Vlyßis ego circa reditum audiui
Prope Theſprotos uiros in pingui populo
Viuum:at ducit theſauros multos & bonos
Petens in populo:at amabiles ſocios
Perdidit,& nauem concauam in nigro ponto,
Trinacria ab inſula ueniens:irati ſunt enim ipſi
Iupiterq; & Sol:huius enim boues interfecerunt ſocij:
Hi quidem omnes perierunt undoſo in ponto:
Hunc autem in carina nauis iniecit unda in continentem
Phæacum in terram,qui diuini geniti ſunt:
Hi autem ipſum ſupra animā Deū tanquam honorabāt,
Et ei multa dederunt:mittereq; ipſum uoluiſſent ipſi
Domum illæſum,& diu huc Vlyſſes
Veniſſet,ſed ei hoc utilius uiſum eſt animo
Res congregare multam in terram eunti.
Sic circa aſtutias multas mortalium hominum
Cognouit vlyſſes,neq; aliquis contendat homo alius.
Sic mihi Theſprotorum Rex locutus eſt Phedon:
Iurauit autem ad me ipſum ſacrificans,in domo
Nauem detraxiſſe,& præparatos eſſe ſocios:
Hi autem ipſum mittent dilectam in patriam terram:
Sed me prius miſit:contigit enim ueniens nauis
Virorum Theſprotorum in Dulichium multifrumenti,



Ayuntamiento de Madrid

Et mihi res oſtendit,quaſcunq; congregauerat Vlyſſes:
Et in tertiam generationem alterum adhuc paſcerent,
Quæcunq; ei in ædibus opes iacent Regis.
Hunc autem in Dodonem dicebat ire,ut Dei
Ex quercu alta Iouis conſilium audiret,
Quomodò rediret dilectam in patriam terram,
Iam diu abſens,uel manifeſtè,uel clàm.
Sic quidem hic eſt ſaluus,& ueniet:iam
Propè ualde,nõ amplius longè ab amicis et patria terra
Diu aberit:tamen autem tibi iuramenta dabo:
Sciat nunc Iupiter primùm Deorũ eximius & optimus,
Domuſq́; Vlyßis ſtrenui quam perueni,
Certè tibi hæc omnia perficientur ſicut dico:
Hoc autem ipſo anno ueniet huc Vlyſſes,
Hoc quidem corrupto menſe,hoc autem ſtante.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Vtinam enim hoc hoſpes uerbum perficiendum eſſet,
Quò citò cognoſceres amicitiamq́;,multaq́; dona
Ex me,ut aliquis te obuians beatum dicat:
Sed mihi ſic in animo putatur ſicut erit,
Neq; Vlyſſes amplius domum ueniet,neq; tu pompa
Ornatus eris,quoniam non tibi ſignatores ſunt in domo,
Qualis Vlyſſes fuit inter uiros,ſi unquàm fuit,
Hoſpites honoratos dimittere & ſuſcipere:
Sed ipſum famulæ lauate,& ponite lectum,
Stramenta,& chlænas,& cooperimenta ſplendida,
Vt bene calefactus aureæ ſedis Auroram perueniat:
Manè autem ualde manè lauate,ungiteq́;,
Vt intùs apud Telemachum cœna curetur
Sedens in domo:huic autem doloroſius,qui illorum



Ayuntamiento de Madrid

Hunc triſtitia afficiet pernitio ſui,neq; aliquod opus
Hic amplius faciet ualde etſi iratus grauiter.
Quomodò enim me tu hoſpes ſcies ſiquid mulierum
Aliarum circum meo mentem,& prudens conſilium,
Si ueſte carens,malè indutus in domibus
Conuiuaris:homines autem parum durantes ſunt.
Qui quidem ſæuus ipſe erit,& crudelia ſciet,
Huic aũt maledicent omnes homines doloribus à tergo
Viuo,at mortuo maledicent omnes:
Qui autem bonus ipſe erit,& bona ſciet,
Huius quidem gloriam lætam hoſpites ferent
Omnes in homines,multiq; ipſum bonum dicent.
Hanc autem reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O uxor ueneranda Laërtiadæ Vlyßis,
Certè mihi indumenta & cooperimenta ſplendida
Odio fuerunt,quando primùm Cretæ montes niuales
Reliqui in naui proficiſcens longos remos habenti.
Dormio ſicut antea inſomnes noctes dormiebam:
Multas enim noctes indecenti in domo
Dormiui,& expectaui bonæ ſedis Auroram diuinam,
Neq; mihi peluis pedum amabilis in animo
Eſt,neq; mulier pedem tanget noſtrum
Harum,quæ domo in miniſtræ ſunt,
Niſi aliqua uetula eſt antiqua prudentia ſciens,
Quæ tolerauerit tot mente,quot ego:
Huic non inuideo pedes tangere meos.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Hoſpes dilecte,non enim aliquis uir prudens ſic
Hoſpitum peregrinorũ,amicabiliũ meã puenit domum,
Sicut tu ualde bene deſyderanter prudentia omnia dicis.

Eſt autem mihi anus prudentia mente conſilia habens,
Quæ illum infelicem bene nutriuit,& cibauit,
Suſcipiens manibus,quando ipſum primũ peperit mater,
Quæ tibi pedes lauabit debilis exiſtens tamen.
Sed agè nunc ſurgens prudens Euryclea,
Laua tui Regis coætaneum,& Vlyßes
Iam talis eſt,talis autemq; manus.
Statim enim in malo homines ſeneſcunt.
Sic dixit:uetula autem detinebat manibus uultum:
Lachrymas autem emiſit calidas,uerbũ ãt luctuoſũ dixit:
Hei mihi,ego tui fili debilis:certè te ſupra Iupiter
Homines odit,Deum colentem animum habentem.
Non enim aliquis tot hominum Ioui delectanti fulmine
Pinguia crura combußit,neq; electas hecatombas,
Quot tu huic dediſti,precans uſq; ireſdadat
Ad ſenectutem maturam,nutriasq; illuſtrem filium:
Nunc autem ſic tibi omnino abſtuliſti rediendi diem.
Sic alicubi illi illudunt mulieres
Hoſpitum peregrinorũ,quãdo ad inclytas domos ꝑuenit:
Sic tibi canes hæ illudunt omnes,
Harum nunc contumeliam & turpitudines multas fugiẽs,
Non ſinebas lauare:me autem non inuitam iubet
Filia Icarij prudens Penelope:
Ideo tibi pedes lauabo,ſimulq; ipſius Penelopes,
Et tui gratiâ,quoniam mihi mouetur intùs animus
Doloribus:ſed agè nunc intellige uerbum quod dicam:
Multi autem hoſpites miſeri huc peruenerunt:
Sed nondum aliquem dico ſimilem ſic uidiſſe,
Sicut tu corpore,uoceq;,pedibusq; Vlyßi ſimilis es.
Hanc reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O uetula,

Accerſitur Euryclea, ut hoſpitis corpus la=

Ayuntamiento de Madrid

O uetula,ſic dicunt quicunq; uiderunt oculis,
Nos ambos ualde ſimiles inter nos
Eſſe,ſicut tu ipſa prudens dicis.
Sic dixit:uetula autem lebetem accepit ſplendidum,
Quo pedes lauabat:aquam autem infudit multam
Frigidam:poſteà autem calidam exhauſit:at Vlyßes
Sedit in foco:ad autem tenebram uerſus eſt ſtatim:
Subitò enim in animo cogitauit,ne ipſum accipiens
Cicatricem animaduerteret,& manifeſta opera fierent.
Lauabat āt prope iēs Regem ſuum:ſtatim aūt cognouit
Cicatricem,quam aliquando porcus percußit albo dente:
Parnaſum autem euntem ſimul Autolycumq́; & filios
Matris ſuæ patrem bonum,qui homines ornabat
Furtoq́;,iuramentóq;:Deus autem ei ipſe dedit
Mercurius:huic enim grata crura comburebat
Agnorum & hœdorū:hic āt promptus ſimul ſequebatur:
Autolycus autem Ithacæ ueniens in pinguem populum,
Filium nuper natum inuenit filiæ ſuæ:
Hunc eius Euryclea dilectis in genibus poſuit
Ceſſato cœna:uerbúmq; dixit,denominauítq;:
Autyloce,ipſe nunc nomen inueni,quod ponas
Filiæ filio:multumuirtuoſus autem tibi eſt.
Huic autem rurſus Autolycus,reſpondit,dixitq́;:
Gener meus filiáq;,ponite nomen quodcunq; dicam:
Multis enim ego in uia madefactus hoc inueni
Viris & mulieribus ſupra terram multapaſcentem:
Huic Vlyſſes nomen ſit:cognomen at ego
Quando pubeſcens maternam in magnam domum
Venit Parnaſum autem,ubi mihi res ſunt,
Harum ei ego dabo,& ipſum gaudentem dimittam.

Vlyſſes ag noſcitur ab Euryclea ex cicatriæ.

De Autolyco Vlyßis auo.

Vnde nomē Vlyßi indiderit auus.

Horũ gratiâ uenit Vlyſſes,ut ei præberet ſpẽdida dona.
Hunc quidem Autolycusq́;,& filij Autolyci
Manibúſq; ſalutauerunt,uerbiſq; ſuauibus:
Mater autem Amphithea matris applicans Vlyßi,
Oſculatus eſt ipſũ capitéq;,et ãbobus luminibus pulchris:
Autolycus autem filijs iußit glorioſis
Cœnam parare:hi autem monentem audiuerunt:
Statim autem induxerũt bouem maſculum quinquennem,
Quem excoriarũt circũq; gubernabant,& ipſũ ſuderũt
Minutimq́;inciderunt ſcienter,fixerũtq; uerubus: (oẽm:
Aſſauerúntq; peritè,diuiſerúntq; partes.
Sic tunc quidem toto die in Solem deſcendentem
Conuiuabãtur,neq; animus indigebat conuiuio æquali:
Quando autem Sol deſcendit,& in tenebram iuit,
Iam tunc dormierunt,& ſomni donum acceperunt:
Quando autem manegenita apparuit roſea Aurora,
Deſcriptio uenationis. Perrexerunt ire in uenationem & canes,ac & ipſi
Filij Autolyci:cum his autem diuinus Vlyſſes
Iuit:altum autem montem aſcenderunt indutum ſylua
Parnaſi:citò autem peruenerunt concauitates uentoſas.
Sol quidem poſteà nuper percußit arua
Ex tacitè fluenti profundifluo Oceano:
Hi ãt concauitatẽ puenerũt uenatores:ante autem ipſos
Veſtigia ſcrutantes canes ibant:at retrò
Filij Autolyci,cum his autem diuinus Vlyſſes
Ibat prope canes uibrans longam haſtam:
Tunc autem in ſylua denſa iacebat magnus aper,
Quã qdẽ neq; uẽtorũ penetrabat uis humida ſpirantium,
Neq; ipſam Sol lucens radijs percutiebat,
Neq; hymber penetrabat totaliter:ſic denſa

Erat

Ayuntamiento de Madrid

Erat:at ſoliorum inerat fuſio ualde multa:
Hunc autem uirorúmq; canúmq; ſonus peruenit pedum.
Sic euntes ibant:hic autem contrarius ex ſylua
Horrens bene ceruicem:igne autem oculis aſpiciens
Stetit ipſos prope:ipſe autem primus Vlyſſes
Iuit eleuans longam lanceam manu forti
Vulnerare prōptus:hic āt ipſum præueniēs ꝑcußit aper
Genu ſuper:multum autem extraxit carnis dente,
Obliquè ruens,neq; os peruenit uiri.
Hunc Vlyſſes uulnerauit in dextro humero,
Ex alia parte tranſiuit lucidæ lanceæ cuſpis:
Decidit aūt in pulueribus ſonās,lōgè āt uolauit animus.
Hunc quidem Autolyci filij dilecti circum laborabant:
Vulnus autem Vlyßis optimi,diuini,
Ligauerunt ſcienter,ob incantationē aūt ſanguinem nigrū
Tenuerunt:ſtatim autem iuerūt dilecti ad domos patris.
Hunc quidem Autolycusq; & filij Autolyci
Bene ſanantes,& ſplendida dona præbentes,
Statim gaudentem dilectam gaudentes miſerunt
In Ithacam:hoc quidem pater & ueneranda mater
Gauiſi ſunt redeunte,& interrogauerunt ſingula
Cicatricem quācunq; paſſus ſit:hic āt ipſis bene narrauit:
Sic ipſum uenantem percußit aper albo dente
Parnaſum euntem cum filijs Autolyci:
Hanc anus manibus pronis accipiens
Agnouit extergens:pedem autem dimiſit ferri:
In autem lebete cecidit ſura,ſonuit autem æs. (ē aqua:
Rurſus uerò in partē alterā inclinata ē, at ī terrā effuſa
Huius āt ſimul gaudiū et dolor inuaſit mētē,eius uerò ocu
Lachrymis impleti ſunt:dulcis uerò ipſi hæſit uox. (li

Vlyſſes adhuc adoleſcens ab apro uulneratus.

Vulnera incantari ſolita.

Contingens autem mentum,Vlyſſem allocuta eſt:
  Certè Vlyſſes es chare fili,neq; equidem te
Priùs agnoui,quàm totum Regem meum contrectaui.
Quippe & Penelopem inſpexit oculis,
Indicare uolens dilectum maritum intùs exiſtentem:
Hæc aũt neq; uidere potuit contraria,neq; cognoſcere:
Huic enim Minerua mentem uertit:at Vlyſſes
Manu palpans guttur cepit dextra:
Ipſa autem altera ipſam propè traxit,dixitq́;:
  Nutrix,cur me uis perdere?tu autem me nutriuiſti ipſa
Ipſo tuo in ubere:nunc autem dolores multos laborans
Veni uigeſimo anno in patriam terram:
Sed poſtquàm intellexiſti,& tibi Deus iniecit animo,
Tace,ne quis alius in domibus diſcat.
Sic enim dico,hoc autem & perfectum erit,
Si mihi Deus interficiet procos ſuperbos,
Neq; nutricæ exiſtente te tenebor,quando alias
Famulas in domibus meis interficiam mulieres.

Vlyßes Eurycleam cohibet,ne ſe prodat.

  Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Euryclea:
Fili mi,quale uerbum fugit ſeptum dentium?
Scis quidem qualis mea fortitudo firma,neq; ſubdita:
Tenebo ãt ſicut quãdo aliquid ſolidus lapis,uel ferrum:
Aliud autem tibi dico,tu autem in mentibus pone tuis:
Si tibi Deus domabit procos ſuperbos,
Iam tunc tibi narrabo in domibus mulieres,
Quæ te inhonorant,& quæ peccantes ſunt.
  Hanc aũt reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Nutrix,cur autem tu has dicis?neq; aliquid te oportet,
Bene & ipſe intelligam,& cognoſcam ſingulam:
Sed tene ſilentio uerbum:uerte autem Deis.

Sic

Ayuntamiento de Madrid

Sic dixit:anus autem per domum exiuit
Portans lauacra:hæc enim priora effuderat omnia:
Sed poſtquàm lauitq́;,& unxit pingui oleo,
Iterum prope ignem traxit ſedem vlyſſes
Calefaciendus:cicatricem autem pannis cooperuit:
His autem uerbis incœpit prudens Penelope:
Hoſpes,hoc quidē tibi adhuc parũper ego dicã ipſa,
Etenim iam ſomni citò dulcis erit hora,
Quem ſomnus capit dulcis & dolentem,
Sed mihi & dolorem magnum præbuit fortuna.
Dies quidem enim delector lamentans,lugens,
In mea opera inſpiciens,& ancillarum in domo:
At poſtquàm nox uenit,capitq; ſomnus omnes,
Iaceo in lecto:denſè autem mihi circa ualde cor
Acutæ cogitationes lugentem deſtruunt.
Sicut autem quando Pandarei filia chloreis luſcinia
Bene canit uere nuper ſtante,
Arborum in folijs ſedens denſis,
Quæ frequenter uertens fundit perſonantem uocem:
Filium autem lugens Itylum dilectum,quem quondã ferro
Interfecit per inſanias filium Zethi Regis:
Sic & mihi bifariàm animus mouetur huc & illuc,
Vel maneo apud filium,& firma omnia ſeruo,
Poſſeßionem meã,famulasq́;,& altam magnam domum,
Lectumq́; honorans mariti,populiq; famam,
Vel iam ſimul ſequor Achiuorum qui optimus
Nubere in domibus præbens infinitas dotes:
Filius ãt meus quouſq; quidē fuit adhuc infans et demēs,
Nubere non me ſinebat mariti domum derelinquentem:
Nũc ãt quãdo iã magnus eſt,et pubertatis mēſurã puenit

Et iam

Ayuntamiento de Madrid

Et iam me precatur iterum ire ex domus
Poſſeßione iratus, quam ei conſumunt Achiui.
Sed agè mihi ſomnium dijudica, & audi:
Penelope narrat Vlyſſi ſuum ſomnium coniectandum.
Anſeres mihi in domo uiginti triticum edunt
Ex aqua, & ipſis lætor inſpiciens:
Veniens autem ex monte magna aquila curuoroſtro
Omnibus in ceruices ruit, & interfecit: hi autem fuſi ſunt
Cõgregati in domibus: hæc ãt in æthera diuinũ eleuata ẽ:
At ego flebam, & lugebam in ſomnio:
Circũ ãt me cõgregatæ ſunt pulchræcrinibus Achiuæ
Miſerabiliter lugentẽ, ꝙ mihi aquila interfecit anſeres:
Retrò autem ueniens deſedit in præhabenti domo,
Voce autem humana detinuit, uociferauitq́;
Confide Icarij filia ualde inclyti,
Non ſomnium, ſed uerè bonum quod perfectum erit.
Anſeres quidem proci, ego autem auis
Fui anteà, nunc rurſus tuus maritus ueni,
Qui omnibus procis indecentem mortem immittam.
Sic dixit: at me dulcis ſomnus dimiſit:
Aſpiciens autem anſeres in domibus intellexi
Triticum comedentes apud ſcyphum ubi anteà.
Hanc autem, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O mulier, non aliquomodo eſt declarare ſomnium
Aliò reclinatum, quoniam certè tibi ipſe Vlyſſes
Dixit aũt quomodò ꝑficiet: procis aũt apparebit cædes
Omnibus ualde, neq; aliquis mortem & parcas fugiet.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Hoſpes certè quidem ſomnia, impotentia, indiſcernibilia
Somni portæ.
Sunt, neq; quid omnia perficiuntur hominibus.
Duæ enim portæ debilium ſunt ſomniorum:

Vnæ

Vnæ quidem enim cornibus factæ ſunt:alteræ aũt ebore.
Horum qui quidem egreßi fuerint per ſectum ebur,
Hi læduntur uerba imperfecta portantes:
Qui autem per polita cornua eunt foràs,
Hi uera perficiunt hominum quando aliquis uidet:
At mihi non hinc puto graue ſomnium
Veniſſe:certè placidum mihi & filio fiat:
Aliud autem tibi dico:tu autem in mentibus pone tuis:
Hæc iam Aurora ueniet infamis,quæ me Vlyßis
Domo ab tenebit,nunc enim deponam certamen:
Annulos quos ille in domibus ſuis
Statuit ordinatim annulos,ſic duodecim omnes:
Stans autem hic multum longè iaciebat ſagittam.
Nunc autem procis hoc certamen immittam:
Qui autem facillimè extendet arcum in manibus,
Et perſagittabit annulos duodecim omnes,
Hunc ſequar linquens hanc domum
Iuuenilem,perpulchram,plenam uictu,
Cuius aliquando recordaturam puto in ſomnio.
Hanc autem reſpondens,alloqutus eſt prudens Vlyſſes:
O uxor ueneranda Laërtiadæ Vlyßis,
Non amplius nunc proijce in domibus hoc certamen,
Ante enim prudens ueniet huc Vlyſſes,
Quàm hos aliquando arcum bene politum tractantes
Neruum extendere, perſagittareq; annulum.
Hunc autem rurſus alloquta eſt prudens Penelope:
Si uelis mihi hoſpes aßidens in domibus
Delectare,non mihi ſomnus in palpebris fundetur:
Sed non enim aliquomodo eſt inſomnes eſſe ſemper
Homines:in enim unoquoq; parcam poſuerunt

Immor-

Ayuntamiento de Madrid

Immortales mortalibus ſupra fertilem terram:
Sed certè quidem ego ſuperiora in aſcendens
Dormiam in lectum, qui mihi ſuſpirioſus factus eſt,
Semper lachrymis irrigatus, ex quo Vlyſſes
Iuit uiſurus malum Ilium, neq; nominandum:
Illic dormiam: tu autem dormi hac in domo,
Vel humi ſternens, uel tibi lectos ponant.
Sic dicens, aſcendit ſuperiora ſplendida,
Non ſola, cum ea & famulæ ibant aliæ:
In autem ſuperiora aſcendens cum ancillis mulieribus,
Flebat poſteà Vlyſſē dilectū maritū, quouſq; ei ſomnum
Dulcem in palpebris iecit cæſia Minerua.

## ARGVMENTVM .Y. HOMERI COMPOSITIONIS.

Volens interficere Vlyſſes mixtas procis ancillas, & mutata ſententia, exinde cum Eumæo & Philœtio diſputat, in quo & procorum fit collocutio.

# ODYSSEAE. Y. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Ypſilon tonitribus Iupiter audacem fecit Vlyſſem, & tenuit Achiuos.*

*AT ipſe in ueſtibulo dormiuit diuinus Vlyſſes:*
*Subter quidem crudam bouinam ſtrauit: ſed deſuper*
*Pelles multas ouium, quas ſacrificaue-runt Achiui:*
*Eurynome autem ſuperindumentum iniecit dormienti.*
*Illic Vlyſſes procis mala cogitans in animo*
*Iacebat uigilans: hæ autem ex domo mulieres*
*Iuerunt, quæ procis miſcebantur anteà,*
*Mutuò riſum, & lætitiam præbentes:*
*Huius autem mouebatur animus in pectoribus dilectis:* *Vlyſſes uaria noctu ſecũ uerſans.*
*Multa autem cogitabat in mente, & in animo,*
*An irruens mortem pararet ſingulæ,*
*An ſineret cum procis ſuperbis miſceri*
*Extremo & ultimo: cor autem ei intùs latrabat:*
*Sicut autem canis teneros circum catulos iens,*
*Virum ignorans latrat, prompta eſtq; pugnare,*
*Sic huius intùs latrabant irati mala opera:*
*Pectus autem percutiens cor increpuit uerbo:*
*Tolera utiq; cor, & peius aliud aliquando pertoleraſti,*
*Die quo, quãdo tibi robore indetentus comedit Cyclops*
*Fortes ſocios: tu autem auſus es quouſq; te prudentia*
*Eduxit ex antro putantem mori.*
*Sic dixit in pectoribus morſus dilectum cor:*

Huic

Ayuntamiento de Madrid

Huic ualde in paßione cor manebat tolerans
Indeſinenter:at ipſe uertebatur huc & illuc.
Sicut autem quando uentrem uir multo igne ardenti
Plenum pinguedineq́;,& ſanguine huc & illuc
Mouet,ualde autem citò cupit aſſare:
Sic hic huc & illuc uerſus eſt,cogitans
Quomodò iam procis impudentibus manus immittat
Solus exiſtens multis:prope autem ipſum uenit Minerua
Cœlitùs deſcendẽs,corpore aũt aßimilata erat mulieri.
Stetit igitur ſuper capite,& ipſum ad uerbũ locuta eſt:
Cur rurſus uigilas omnes ſupra infortunate uiros?
Domus quidem tibi hæc eſt:uxor aũt tibi hac in domo,
Et filius,qualem aliquis cuperet eſſe filium.
Hanc autem reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Certè iam hæc omnia Dea ſecundum decens dixiſti:
Sed quid mihi hoc animus in mentibus cogitat,
Quomodò iam procis impudentibus manus imponam
Solus exiſtens:hi autem ſemper congregati intùs ſunt:
Ad autem aliquid & hoc maius in mentibus cogito:
Siquidem enim interficiam Ioue teq́; nolente,
Quò ſubterfugiam?hoc autem conſultare uolui.
Hunc autem rurſus allocuta eſt Dea cæſia Minerua:
Miſer,& quidem aliquis peiori perſuadetur ſocio;
Tamen mortalis eſt,& non tot curas uidet:
At ego Dea ſum continuè,quæ te cuſtodio
In omnibus laboribus:dico autem tibi clarè,
Siquidem quinquaginta agmina diuerſilinguium hoĩum
Nos circumſtarent interficere prompti Marte,
Et horum expelleres boues & pingues oues:
Sed capiat te & ſomnus:dolor & cuſtodire

Minerua Vlyßem animat in procorum cædem.

Tota

Tota nocte uigilantem, malis ab recedes iam.
Sic dixit, & ei ſomnum in palpebras fudit:
Ipſa autem retrò in olympum abiuit diuina Dearum,
Quando hunc ſomnus cepit ſoluens curas animi,
Soluens membra: uxor autem ſurrexit prudentia ſciens:
Flebat autem in lectis ſedens mollibus:
At poſtquàm flens ſatiata eſt ſuo in animo,
Dianæ primùm ſupplicauit diuinæ Dearum:
Diana ueneranda Dea Iouis filia, utinam mihi iam
Sagittam in pectoribus iaciens extra animum capias
Statim nunc, uel poſteà me diſcerpens procella
Eat portans in obſcuras uias,
In oſtijs autem iaceat retrogradi Oceani.
Sicut quando Pandari filias ſuſceperunt procellæ.
His parentes quidem corrũpunt Dei: hæ ãt relictæ ſunt
Orphanæ in domibus: nutriebat autem diuina Venus
Caſeo, & melle dulci, & ſuaui uino:
Iuno autem ipſis præ omnibus dedit mulieribus
Spedẽ et prudẽtiã: magnitudinẽ ãt præbuit Diana caſta:
Opera autem Minerua docuit inclyta operari.
Quando Venus diuina adiuit altum olympum,
Puellis petens perfectionem dulcium nuptiarum
Ad Iouem gaudentem fulmine: hic enim bene nouit omnia
Fortunamq́; , infortuniumq́; in mortalibus hominibus:
Interim autem puellas Harpyiæ arripuerunt,
Et dederunt odioſis Erynnibus ſeruire:
Sic me deſtruant olympias domos habentes.
Vel me pulchricrinibus percutiat Diana, ut Vlyſſem
Viſura & terram ſub odioſam abeam:
Ne autem quid peioris uiri lætificem mentem.

Pene. Dian prec

Pandari filiæ.

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed hoc quidem & tolerabile habet malũ,quãdo aliquis
Dies quidem flet frequenter dolens cor:
Noctes ãt ſomnus habet:hic enim obliuiſcifacit oẽs hoĩes
Bonorũ & malorũ,poſtquàm palpebras amplexus eſt:
At mihi & inſomniaq́; immiſit mala fortuna,
Hac enim me nocte apud dormiuit ſimilis ipſi,
Talis exiſtens,qualis iuit cum exercitu:at meum cor
Lætatum eſt,quoniã non dicebã ſomniũ eſſe,ſed uerũ iã.
Sic dixit:ſtatim autem aureaſede uenit Aurora:
Huius aũt igitur flentis uocem audiuit diuinus Vlyßes:
Cogitauit autem poſteà:apparuit autem ei in animo
Iam cognoſcens aſtare capiti:
Veſtem quidẽ ſimulcapiẽs:& pelles quibus in dormiebat,
In domum depoſuit in ſede:extrà autem bouinam
Poſuit foràs portans:Ioui aũt precatus eſt manus extollẽs:

Vlyſſes Iouem orat.

Iupiter pater, ſi me uolentes in ſiccamq́; & humidam
Duxiſtis meã in terrã,poſtq̃ mihi maleficiſtis ualde,
Vocem aliquis mihi dicat exercitatorum hominum
Intùs:extrà autem Iouis monſtrum aliud appareat.
Sic dixit precatus:hunc ãt audiuit cõſiliarius Iupiter:

Dat ſignũ cœlo.

Statim autem tonuit à ſplendido olympo
Ab alto ex nebulis:lætatus eſt autem diuinus Vlyſſes:
Vocem autem è domo mulier præmiſit molendinaria
Propè,illic igitur ei molæ erant paſtori populorum:
His autem duodecim omnes irruebant mulieres
Farinas facientes,& farinas medullam uirorum.
Illæ quidem aliæ dormiebant,poſtq̃ triticũ moliuerant:
Hæc aũt una nondum ceſſarat:debiliſſima aũt facta eſt:
Hæc igitur molam ſtatuens uerbum dixit ſignum Regi:
Iupiter pater,qui Deis & hominibus imperas,

Certè

Ayuntamiento de Madrid

*Certè ualde tonuiſti à cœlo ſtellato,*
*Neq; alicubi nubes eſt: monſtrum cui hoc oſtendis?*
*Perfice nunc, & mihi miſeræ uerbum quod dicam:*
*Proci poſtremoq; & extremo die hoc*
*In domibus Vlyſſis capiant conuiuium deſyderabile,*
*Qui iam mihi labore triſti genua ſoluerunt*
*Farinas facienti: nunc ultimò cœnent.*
*Sic dixit: lætatus eſt autem uoce, diuus Vlyßes,*
*Iouisq; tonitru: dixit enim punire peccatores:*
*Illæ autem aliæ famulæ in domos pulchras Vlyßis*
*Congregatæ, accendebant in foco magnum ignem.*
*Telemachus autem è lecto ſurrexit diuinus uir*
*Veſtes indutus: acutum autem enſem poſuit humerum:*
*Pedibus autem ſub fortibus ligauit pulchra calciamenta:*
*Accepit autem fortem lanceam acutam acuto ferro:*
*Stetit aũt in pauimentum iens: ad aũt Eurycleam dixit:*
*Nutrix dilecta, hunc hoſpitem honoraſtis in domo*
*Lecto & cibo, an ſic iacet neglectus?*
*Talis enim mihi mater prudens exiſtens*
*Admirabiliter alterum honorat diuerſilinguiũ hoĩum*
*Minorem: hunc autem meliorem inhonorans repudiat.*
*Hunc autẽ rurſus allocuta eſt prudens Euryclea;*
*Non ipſam nunc fili inſontem accuſo.*
*Vinum quidem enim bibit ſedens, donec uoluit ipſe:*
*Cibo aũt non amplius dixit eſurire, interrogauit.n.ipſum;*
*Sed quando iam lecti, & ſomni meminit,*
*Hæc quidem lectos iußit ſubſternere ancillis:*
*At hic tanquàm aliquis oĩno ærumnoſus, & infortunatus,*
*Noluit lectis, & in cooperimentis dormire,*
*Sed in cruda bouina, & pellibus ouium*

*Famula prodigij cõiectrix.*

*Telemach⁹ monet Eurycleam, ne hoſpitẽ negligat.*



Ayuntamiento de Madrid

Dormiuit in ueſtibulo:ſuperindumentū aūt iniciamus nos.
Sic dixit:Telemachus autem ex domo tranſiuit
Lanceā habens,ſimul hūc canes pedibus ueloces ſe q̄bātur:
Perrexit aūt ire in concionem ad fortes Achiuos.
Hæc autem rurſus ancillis iuſsit diua mulierum
Euryclea Opis filia Piſenoridæ:
Agitè,partim quidem domum ornateq́; feſtinantes
Aſpergiteq́;,in ſedibus benefactis tapetes
Iacite purpureos:partim autem ſpongijs menſas
Omnes abſtergite,purgate autem crateras
Et pocula rotunda facta:partim autem ad aquam
Ite fontemq́;,& portate cito euntes.
Non enim iam procul aberunt domo,
Sed ualde manè uenient:quoniā & omnibus conuiuium.
Sic dixit:hæ aūt igitur hāc ualde quidē audiuerūt et obe- (diuerūt:
Hæ qdē uiginti iuerūt ad fontē nigrū aquis:
Aliquæ illic in domo ſcienter laborabant:
Intrò autem uenerunt proci ſuperbi: hi quidem poſteà
Bene & ſcienter ſcindebant ligna:aliæ autem mulieres
Venerunt à fonte:poſt autem ipſas uenit ſubulcus
Tres porcos adducens,qui erant inter omnes optimi,
Et hos quidem ſiuit in ſeptis bene paſcere.
Ipſe autem rurſus Vlyſſem allocutus eſt ſuauibus:
Hoſpes, nūquid igitur aliquid te magis Achiui inſpiciunt?
An te inhonorant in ædibus ſicut anteà?
Hunc autem,reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſses:
Vtinam enim iam Eumæe Dei puniant hanc contumeliā,
Quod hi iniuriantes indecenter operantur
Domo in aliena,neq; pudoris partem habent.
Sic hi quidem talia mutuò loquebantur:

Inſtruitur domus aduentui procorum.

Propè

Ayuntamiento de Madrid

Propè autem ipſos uenit Melanthius cuſtos caprarum
Capras ducens, quæ omnes inter excellebant greges,
Cœnam procis: duo autem ſimul ſequebantur paſtores:
Et has quidem religauit ſub porticu ualde ſonanti:
Ipſe autem rurſus Vlyſſem allocutus eſt conuitijs: Melanthius inſolens ad Vlyſſem.
Hoſpes, adhuc & nunc hîc triſtitia affiás in domo,
Viros petens? at non exibis foràs
Omnino? non amplius nos ſeparari puto
Ante manus guſtare: quoniam tu non ſecundum ornatum
Petis: ſunt autem & alia conuiuia Achiuorum.
Sic dixit: hūc aūt nō aliquid allocutus eſt prudēs Vlyſſes,
Sed tacitus mouit caput, mala profundè cogitans:
Hos autem poſt tertius uenit Philœtius princeps uirorū,
Bouem ſterilem procis ducens, & pingues capras:
Portitores autem igitur hos duxerunt, qui & alios
Homines mittunt, qui ipſos accedit:
Et hæc quidem igitur religauerunt ſub porticu reſonanti.
Ipſe autem rurſus interrogauit ſubulcum propè aſtans: Philœtius Eumæo & Vlyßi.
Quis iam hic hoſpes nuper uenit ſubulce
Noſtram ad domum? ex quibus dicit eſſe
Viris? ubi ei generatio & patria terra?
Infelix, certè ſimilis eſt corpore Regi imperanti.
Sed Dei ſummergunt multùm errantes homines,
Quando Regibus contrafilant ærumnam.
Dixit, & dextra oſtendit manu aſtans,
Et ipſum uociferans uerba ueloci allocutus eſt:
Salue pater ò hoſpes: fiat tibi tamen in futurum
Opulentia: at quidem nunc malis teneris multis:
Iupiter pater, nullus te Deorum pernitioſior alius,
Non miſereris uiros poſtquàm iam generaſti ipſe



Ayuntamiento de Madrid

Dolet propter heri infortunium.

Miſereri malo & doloribus triſtibus
Propriè ut intellexi: lachrymantur mihi oculi
Recordanti Vlyßis, quoniam & illum puto
Tales ueſtes habentem inter homines errare,
Siaubi adhuc uiuit, & uidet lumen ſolis:
Si autem iam mortuus eſt in inferni domibus,
Hei mihi poſteà Vlyſſe ſtrenuo, qui me in bobus
Miſit adhuc paruulũ exiſtentẽ Cephallenorũ in populo:
Nunc autem hæ quidem fiunt immenſæ: neq; aliter
Viro ageretur boum generatio latarum frontium:
Has autem alij me iubent ducere ſibi ipſis
Edere, neq; filium in ædibus curant,
Neq; curam timent Deorum: prompti ſunt enim iam
Res comedere diu abſentis Regis.
At mihi hoc animus in pectoribus dilectis
Multum uoluit: ualde quidem malum filio exiſtente
Aliorum populum ire euntem ipſis bobus
Viros in alienos: hoc autem peius hic manentem
Bobus in alienis ſedentem dolores pati:
Et iam diu alijs ſuperbis Regibus
Diſceßi fugiens: quoniam non tolerabilia ſunt.
Sed adhuc hunc infelicem puto ſicunde ueniens
Virorum procorum deſtructionem in domos ponet.
Hunc autem, reſpondens, alloquutus eſt prudens Vlyſſes:

Vlyſſes Philœtio.

Bubulce, quoniã neq; malo, neq; inſipienti uiro ſimilis es,
Cognoſco autẽ & ipſe q; tibi prudentia in mentes uenit,
Ideo tibi dico & in magnum iuramentum iuro:
Sciat nũc primùm Iupiter Deorum, hoſpitaliſq; menſa,
Domuſq; Vlyßis ſtrenui quam perueni:
Certè te hic exiſtente ueniet domum Vlyſſes:

Tuis

Ayuntamiento de Madrid

Tuis autem oculis uidebis, ſi uolueris,
Interfectos procos qui hic dominantur.
Hunc autem rurſus allocutus eſt boum bubulcus uir:
Vtinam enim hoc hoſpes uerbum perficiat Saturnius,
Cognoſceres qualis mea potentia & manus ſequerentur:
Sic ſimiliter Eumæus ſupplicabat omnibus Deis,
Redire Vlyſſem multum ſapientem ſuam domum.
Sic hi quidem talia inter ſe confabulabantur:
Proci autem Telemacho interitumq́; mortemq́;
Parabant: at hæc his ſiniſtra uenit auis
Aquila altiuolans: tenebat autem timidam columbam:
His autem Amphinomus locutus eſt, & dixit:
O amici, non nobis perficietur hoc conſilium,
Telemachi cædes: ſed recordemur conuiuij.
Sic dixit Amphinomus: his autem placuit uerbum:
Venientes autem in domos Vlyſſis diuini,
Pallia quidem depoſuerunt in lectiasq́; ſedibusq́;:
Hi autẽ ſacrificabant oues magnas, & pingues capras:
Sacrificabant autẽ porcos pingues, & bouem indomitam:
Viſcera autem aſſantes diſtribuebant: in autem uinum
Crateris miſcebant: pocula aũt diſtribuebat ſubulcus:
Panem aũt ipſis diſtribuebat Philœtius eximius uirorum
Pulchris in caniſtris: potum miniſtrat autem Melanthius:
Hi autem in cibos paratos, præiacentes, manus mittebant:
Telemachus autem Vlyſſem ſedere faciat aſtutias cogitans
Intra bene ordinatam domũ, apud lapideum pauimentũ,
Sedem indecentem apponens paruamq́; menſam:
Apud autem poſuit uiſcerũ partes: infudit autem uinum
In poculo aureo, & ipſum ad uerbum dixit:
Hìc nunc ſede cum uiris uinum bibens:

Procĩ ſiniſtro omine à Telẽachi cæde deterrentur.

Telemach⁹ procis, ne hoſpitem infeſtent.

*Conuicia autem tibi ipſe ego & manus expellam
Omnium procorum: quoniam non popularis eſt
Domus hæc, ſed Vlyßis: mihi autem ædificauit ille:
Vos autem proci continete animum conuicio,
Et manus, ut non aliqua lis, & contentio oriatur.
Sic dixit: hi autem igitur omnes mordicùs labra tenentes,
Telemachum admirabantur, quòd audacter locutus eſſet:
His autem Antinous locutus eſt Eupithei filius:
Et moleſtum exiſtens ſuſcepimus uerbum Achiui
Telemachi, ualde autem nobis minans locutus eſt.
Non enim Iupiter ſiuit Saturnius: ideo ipſum iam
Sedauiſſemus in domibus canorũ exiſtentẽ cõdonatorem.
Sic dixit Antinous: hic autem non curauit uerbum:
Præcones autem per ciuitatem ſacram hecatombem
Duxerunt: ipſi aũt congregati ſunt capitecriniti Achiui
Nemore ſub umbroſo longè iaculantis Apollinis.
Hi aũt poſt q̃ aſſauerunt carnes ſuperiores, & traxerunt
Partes diuidentes, conuiuabantur glorioſum conuiuium:
Apud autem Vlyſſem partẽ poſuerunt, qui miniſtrabant,
Aequalem, ſicut ipſi ſortiti ſunt (ſic enim iuſſerat
Telemachus dilectus filius Vlyßis diuini)
Procos autem non omnino ſuperbos ſiuit Minerua
Conuicio teneri triſti, ut adhuc magis
Intraret dolor in corde Laërtiadem Vlyſſem.
Erat autem quidam in procis uir iniuſta ſciens,
Cteſippus autem nomen erat Samide in domo habitans,
Qui iam poſſeßionibus fretus patris ſui,
Petebat Vlyſſis diu profecti uxorem:
Qui tunc procos ſuperbos allocutus eſt:
Audite me proci ſtrenui, ut quid dicam,*

Partem

Partem quidem iam hoſpes habet diu ſicut decet
Aequalem:non enim bonum priuare,neq; iuſtum
Hoſpites Telemachi, quicunq; ad has domos peruenerit:
Sed agè ei & ego dabo hoſpitium,ut & ipſe
Vel balneatori det munus,uel alicui alij
Famulorum,qui in domibus Vlyßis diuini.
Sic dicens,proiecit bouis pedem manu forti
Iacentem ex caniſtro capiens:ipſe autem euitauit Vlyſſes,
Quietè declinans caput:ſubriſit autem animo
Sardaniũ ualde talẽ:hic bene ædificatũ percußit murum.
Cteſippum autem Telemachus increpauit uerbo:
Cteſippe,certè ualde tibi hoc utilius fuit animo: Telemachꝰ Cteſippum minitabun=dꝰ obiurgat
Non percußiſti hoſpitem,euitauit enim telum ipſe:
Certè enim te medium percutiam lancea acuta,
Et tibi pro nuptijs pater ſepulchrum faciet
Hic:ideo ne quis mihi indecentias in domo
Oſtendat:iam enim intelligo,& ſcio ſingula,
Bonáq; & peiora:anteà autem infans eram.
Sed tamen hæc quidem,& tolerauimus inſpicientes
Ouibus iugulatis,uinoq; bibito,
Et pane.difficile enim trahere unum multos.
Sed agitè,non amplius mihi mala facite inimicantes:
Si iam me ipſum interficere prompti eſtis ære,
Et hoc uellem,& multò utilius eſſet
Mori,quàm hæc ſemper indecentia opera uidere,
Hoſpites uerberatos, famulasq; mulieres
Violantes indecenter in domibus bonis.
Sic dixit: hi autem omnes quieti facti ſunt ſilentio:
Tardè autem iam locutus eſt Damaſtorides Agelaus:
O amici,non iam aliquis in mendicum iuſtum



Ayuntamiento de Madrid

*Agelaus procos ut nuptias maturent.*

Contrarijs uerbis mordens ſæuiat:
Neq; amplius hoſpitem uerberare, neq; aliquem alium
Seruorum, qui in domibus Vlyßis diuini:
Telemacho autem uerbum ego & matri dicam
Mite, ſi ipſis corde placeat ambobus:
Quandiu quidem uobis animus in pectoribus ſperat
Redire Vlyßem perprudentem ſuam ad domum,
Tandiu nulla accuſatio manereq; erit, teneriq;
Procos in domibus: quoniam hoc utilius erit:
Si redibit Vlyſſes, & rediens uenerit domum:
Nũc ãt iã hoc manifeſtũ, quòd nõ amplius reuerſurus eſt.
Sed agè tuæ hæc matri aßidens narra:
Nubat quicunq; optimus uir, & plurima præbeat,
Vt tu quidem gaudens paterna omnia paſcaris
Edens & bibens, hæc alterius domum curet.
Hunc Telemachus prudens contra locutus eſt:
Non per Iouem Agelaë, & dolores patris mei,
Qui alicubi longè Ithacæ, uel mortuus eſt, uel errat,
Non immorabor matris nuptias, ſed iubebo
Nubere cuicunq; uelit: ad autem multa dona dabo:
Erubeſco autem nolentem à dono amouere
Verbo neceſſario: non hoc Deus perficiat.
Sic dixit Telemachus: procis autem Pallas Minerua
Inextinguibilem riſum mouit, errareſecit aũt mentem:

*Minerua procos dementes reddit.*

Hi autem iam maxillis ridebant alienis:
Cruentatas autem carnes comedebant: oculi autem ipſorũ
Lachrymis impleti erant: luctum autem cogitabat aĩus:
His autem & locutus eſt Theoclymenus diuinus:
Ah miſeri, quid malũ hoc patimini? nocte quidem ueſtra

*Dira portẽta in procos*

Cooperiuntur capitaq;, facieſq;, infraq; genua:

Vlulatus

Ayuntamiento de Madrid

Vlulatus aũt diuiſus eſt:lachrymantur autem genæ.
Sanguine autem fluibiles parietes,pulchræq́; mediæ.
Vmbris uerò plenum eſt ueſtibulum: plena uerò & aula
Euntibus:Erebus autem ſub tenebris:Sol autem
Ex cœlo perijt:mala autem inceßit caligo.
Sic dixit:hi autem omnes in ipſo ſuauiter riſerunt:
His autem Eurymachus Polybi filius incœpit dicere:
Deſipit hoſpes nuper aliunde ueniens:
Sed ipſum ſtatim domo emittite foràs
In forum ire:quoniam hæc nocti aßimilat.
Hunc autẽ rurſus allocutus eſt Theoclymenus diuinus:
Eurymache,non te iußi mihi comites dare:
Sunt mihi oculiq́; & aures & pedes ambo,
Et mens in pectoribus facta,neq; indecens.
His exibo foràs,quoniam intelligo malum uobis
Imminens,quod non aliquis ſubterfugiet,neq; euitabit
Procorum,qui domo in diuini Vlyßis
Viros iniuriantes iniuſta operamini.
Sic dicens,exiuit domibus bene habitatis:
Iuit autem ad Piræum,qui ipſum promptus ſuſcepit.
Proci autem igitur omnes inter ſe aſpicientes,
Telemachum irritabant ſupra hoſpite ridentes:
Sic autem aliquis dixit iuuenum ſuperborum:
Telemache,non te peior hoſpitator alius,
Qualem quidem aliquẽ hunc habes famelicũ erratorem,
Panis & uini indigentem,neq; operum
Scientem,neq; fortitudinis:ſed uanè pondus terræ.
Alius autem rurſus aliquis hic ſurrexit diuinare:
Sed ſi iam perſuadeberis,quod multò utilius erit,
Hos hoſpites in naui multiſeda ponentes,

In

Ayuntamiento de Madrid

In Siculos mittemus,unde tibi dignum inueniat.
  Sic dixerunt proci:hic autem non curauit uerba:
Sed tacitè patrem aſpiciebat expectans ſemper,
Quando iam procis impudentibus manus immittat.
Hæc in contrarium ponens perpulchram ſedem
Filia Icarij prudens Penelope,
Virorum in domibus uniuſcuiusq; uerbum audiuit:
Cœnam quidem enim ridentes parabant,
Suauiterq́; & placidè, poſtquã ualde multa comederant,
Cœna autem non aliquomodo ingratior alia fieret,
Qualem iam cito cogitauit Dea & fortis uir
Ponere: priores enim indecentia operabantur.

## ARGVMENTVM .Φ. HOMERI COMPOSITIONIS.

PENELOPE *tendenti arcum pollicetur ſuiipſius nuptias: Vlyſſes autem Eumæo,& Philœtio mandans de ianuarum cuſtodia, ipſe dimiſit ſagittam per annulos, alio tendere non ualente.*



Ayuntamiento de Madrid

# ODYSSEAE .Φ. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Phi autem arcum proponit certamen Penelope.*

IPSI autem in mentibus poſuit Dea cæſia Minerua
Filiæ Icarij prudenti Penelopæ,
Arcum procis ponere, albumq́; ferrum,
In domibus Vlyßis certamina & cædis prĩ(cipiũ:
Scalã autẽ altam aſcendit propriæ domus:
Accepit autem clauem bene flexam manu forti,
Pulchram, æream: manubrium autem eboris inerat:
Perrexit aũt ire ad thalamum cum ancillis mulieribus
Vltimum: illic autem ei theſauri iacebant Regis,
Aesq́;, aurumq́;, multilaborisq́; ferrum:
Illic autem arcus iacebat reflexus & pharetra
Sagittifera: multæ autem inerant ſuſpirioſæ ſagittæ,
Dona, quæ ei hoſpes Lacedæmoni dedit obuians
Iphitus Eurytides ſimilis immortalibus:
Hi autem in Meſſena obuiarunt adinuicem
Domo in Ortilochi bellicoſi: certè Vlyſſes
Iuit ad debitum, quod ei omnis populus debebat.
Oues enim ex Ithaca Meſenij uiri extulerant
Nauibus multiſedis trecentas, & paſtores:
Horum gratiâ legationem multam uiam uenit Vlyſſes
Paruus exiſtens: præmiſit enim pater alijq́; ſenes:
Iphitus rurſus equas quærens, quæ ei perditæ erant

Penelope procis certamen proponit.

De arcu Vlyßis.

Iphitus Eurytides.

Duodecim

Ayuntamiento de Madrid

Duodecim fœminæ:pòſt autem mulæ patientes operum,
Quæ iam ei & poſteà cædes & parca factæ ſunt.
Poſtquàm iam Iouis filius peruenit magnanimum
Heracles Virum Heraclem,magnorum ſcientem operum,
proditor Qui ipſum hoſpitem exiſtentem interfecit propè domum:
hoſpitij. Miſer,neq; Deorum uocem ueneratur,neq; menſam
Illam quã ei appoſuit:poſteà autem occidit & ipſum:
Equas autem ipſe tenuit fortes unguibus in domibus,
Quas quærens Vlyßi obuiauit:dedit autem arcum,
Quẽ anteà quidem portabat magnus Eurytus:at hic filio
Reliquit moriens in domibus altis:
Huic Vlyſſes enſem acutum,& fortem lanceam dedit,
Principium hoſpitalitatis doloroſæ, neq; in menſa
Cogniti ſunt inter ſe:ante enim Iouis filius interfecit
Iphitum Eurytidem ſimilem immortalibus,
Qui ei arcum dedit:hunc aũt nunquã diuinus Vlyſſes
Iens ad bellum nigris in nauibus
Portauit,ſed ipſius memoria hoſpitis dilecti
Tenuit in domibus:portabat autem ſua in terra.
Hæc aũt quãdo iã thalamũ hũc ꝑuenit diuina mulierũ,
Pauimentumq; quernũ aſcendit(quod quondam faber
Poliuit ſcientificè,& in perpendicula direxit:
In autem limina aptauit,ianuas aũt impoſuit ſplendidas.)
Statim hæc lorum uelociter abſoluit annuli,
In autem clauem miſit:ianuarũ aũt ſuperinadit ſeras
Contra obſeruans:hæ autem reſonuerunt:uelut taurus
Paſcens prato,tantum ſonuerunt pulchræ portæ
Percuſſæ claui:apertæ ſunt ei cito.
Hæc autem in alta tabulata iuit:illic autem capſæ
Stabant:in autem igitur his odoriferæ ueſtes iacebant:

Hinc

Ayuntamiento de Madrid

Hinc extenſa à clauo accepit arcum
Ipſa uagina, quæ ei adiacebat lucida:
Sedens autem illic dilectis in genibus ponens,
Flebat ualde ſtridulè: excepit autem arcum Regis.
Hæc aũt poſt q̃ igitur ſatiata eſt multarũ lachrymarũ luctu,
Perrexit ire domum ad procos ſuperbos,
Arcum tenens in manu reflexum & pharetram
Sagittiferam: multæ autem inerant ſuſpirioſæ ſagittæ:
Hac autem cum ancillæ portabant arcam, ubi ferrum
Iacebat multum & æs, certamina regis:
Hæc autẽ quando iam procos peruenit diuina mulierum,
Stetit apud limen domus benefactæ,
Contra genas tenens tenues uittas:
Ancilla autem ei utrinq; aſtitit:
Statim autem procis locuta eſt, & dixit uerbum:
Audite proci ſuperbi, qui hac domo
Vtimini comedere, & bibere aßiduè ſemper
Viro abſente multo tempore, neq; aliquam aliam
Verbi facere continentiam poteſtis:
Sed me cupientes nubere, facereq́; uxorem:
Sed agitè proci, quoniam hoc apparet certamen,
Ponam enim magnũ arcum Vlyßis diuini:
Quicunq; autem facillimè extendet arcum in manibus,
Et per ſagittabit annulos duodecim omnes,
Hunc ſimul ſequar linquens hanc domum
Iuuenilem, pulchram, plenam uictu:
Cuius aliquando recordari puto in ſomnio.
Sic dixit, & Eumæum iußit ſubulcum
Arcum procis ponere, albúmq; ferrum:
Lachrymans autem Eumæus ſuſcepit & depoſuit:

Penelope depromit Vlyßis arcũ certamini procorum.

Promittit ſe uictoris coniugem fore.

Fleuit

Ayuntamiento de Madrid

Fleuit aũt bubulcus alibi poſtquàm uidit arcum regis.
Antinous aũt increpauit,uerbũq́; dixit,denominauitq́;:
Stulti ruſtici,moleſta cogitantes,
Ah miſeri,cur lachrymas defuderunt? & mulieri
Animum in pectoribus mouetis? cui aliter
Iacet ĩ doloribus aĩus poſtquàm dilectũ perdidit maritũ.
Sed tacitè comedite ſedentes,uel foràs
Arcus Vlyſſis. Flete exeuntes,hic arcus linquentes
Procis certamen difficile:non enim puto
Facilè hunc arcum politum tendi.
Non enim aliquis adeſt talis uir in his omnibus,
Qualis Vlyſſes fuit:ego autem ipſum ipſe uidi:
Etenim memor ſum,puer autem paruus eram.
Sic dixit: huic aũt igitur animus in pectoribus ſperabat
Arcum tendere,perſagittareq́; ferrum:
Certè ſagittam primus guſtare cogitabat
Ex manibus Vlyßis ſtrenui,quem tunc inhonorabat
Sedens in domo,quoniam mouebat omnes ſocios.
His autem & dixit ſacra uis Telemachi:
O amici,certè ualde me Iupiter dementẽ fecit Saturnius:
Mater quidem mihi dicit dilecta prudens exiſtens
Alium ſimul ſequi,linquens hanc domum:
At ego rideo & delector inſano animo.
Sed agitè proci,quoniam hoc apparuit certamen,
Qualis nunc non eſt mulier in Achaica terra,
Neq; Pyli ſacræ,neq; Argi,neq; Mycenæ,
Neq; ipſius Ithacæ,neq; Epiri nigræ:
Et autem ipſi hoc ſatis, quid me oportet matris laudis.
Sed agitè,non excuſationes trahite,neq; arcus
Diu abuertimini tenſione,ut ſciamus.

Et

Ayuntamiento de Madrid

Et autem ipſe ego hunc arcum experiar:
Si autem tendam,perſagittaboq́; ferrum,
Non mihi dolenti has domos ueneranda mater
Linquet cum alio iens,quòd ego in retrò relictus ſum,
Solus iam patris certamina pulchra accipere.
Dixit,& ab humeris pallium poſuit purpureum,
Rectus ſurgens:ab autem enſem acutum poſuit humeris:
Priùs quidem annulos ſtatuit perfodiens,
Omnibus unam longam & per lineam direxit:
Circùm autē terrā induxit: ſtupor aūt cepit oēs uidentes:
Sic bene ornatè ſtatuit:antè autem nunquam uidit:
Stetit autem in pauimentum iens & arcum tentauit:
Ter quidem ipſum appropinquauit trahere promptus:
Ter autem dimiſit potentijs inſperans hoc animo
Neruum tendere,perſagittareq́; ferrum,
Et iam tendiſſet ui quartò attrahens,
Sed Vlyſſes annuit,& tenuit cupientem.
His autem rurſus locuta eſt magna uis Telemachi:
O amici,uel & poſteà malusq́; ero & impotens,
Vel iunior ſum,& nondum manibus confiſus ſum
Virum expellere,quando aliquis prior moleſtus ſit:
Sed agitè,qui me ui multò potentiores eſtis,
Arcum tentate,& perficiamus certamen.
Sic dicens,arcum quidem à ſe poſuit humum,
Acclinans conglutinatis politis tabulis:
Illic autem citum telum pulchro acclinauit capiti:
Retrò autem iterum deſedit in ſede unde ſurrexerat.
His autem Antinous locutus eſt Eupithei filius:
Mouimini ordinatim decenter omnes ſocij
Incipientes à loco,unde uinum miniſtratur.

Telemachꝰ experitur uires ſuas arcu.

Sic

Sic dixit Antinous:his autem placuit ſermo:
Liodes autem primus ſurrexit Oenopis filius,
Qui ipſis uates fuit:apud autem crateram pulchram
Sedebat ſemotiſſimus ſemper: ſtoliditates autem ei ſoli
Inimicæ erant:omnibus autem ſuccenſebat procis:
Qui tunc primus arcum accepit, & telum uelox:
Stetit autem in pauimentum iens,& arcum tentabat:
Neq; ipſum intẽdit:prius enim fatigauit manus ſurſũ trahens
Inſuetas,teneras:ad autem procos dixit:
O amici,nõ quidem ego intendo:capiat autem & alius.
Multos enim hic arcus optimos priuabit
Animo & anima,quoniam multò melius eſt
Mori,quàm uiuos aberrare,cuius gratiâ ſemper
Hîc conuerſamur ad expectantes dies omnes.
Nunc quidem aliquis & ſperat in mentibus,& cogitat
Ducere uxorem Penelopem,Vlyſſis uxorem:
At poſtquàm arcum tentauerit,& uiderit,
Aliam iam aliquam poſteà Græcarum bene indutarum
Petat uxorem dotibus quærens:hæc autem poſteà
Nubat qui plurima det,& fortunatus ueniat.
Sic dixit,& à ſe arcum poſuit,
Acclinans conglutinatis politis tabulis:
Illic autem citam ſagittã pulchræ acclinauit extremitati:
Retrò autem iterum deſedit in ſede unde ſurrexerat:
Antinous aũt increpauit,uerbumq; dixit,denominauitq;:
Liodes, quale te uerbum fugit ſeptum dentium
Graueq; moleſtumq;:iraſcor autem tibi audiens.
Si iam hic arcus optimos priuabit
Animo & anima,quoniam non potes tu intendere:
(Non enim te talem genuit bona mater,

Liodes uiribus diffidit.

Qualem

Ayuntamiento de Madrid

Qualem & extenſorem arcusq́; eſſe & ſagittarum)
Sed alij tendent fortè proci inclyti.
Sic dixit,& iuſſit Melanthium cuſtodem caprarum:
Agè ignem accende in domibus Melanthie:
Apud autem pone ſedemq́; magnam,& pelles in ipſa:
Effer autem pinguedinis magnam rotam intùs exiſtentis,
Vt iuuenes calefacti inuncti unctione
Arcum tentemus,& perficiamus certamen.
Sic dixit:hic ãt ſtatim accendit Melãthius magnũ ignẽ:
Apud autem portans ſedem poſuit,& pelles in ipſa:
Ex autem pinguedine magnam rotam intùs exiſtente.
Ideo iuuenes calefacti tentarunt,neq; poterant
Tendere:multum enim fortitudinis indigentes erant:
Antinous autem abſtinebat,& Eurymachus diuinus,
Principes procorum:uirtute autem erant ualde optimi.
Hi autem ex domo iuerunt ſequentes ſimul ambo
Bubulcus & ſubulcus Vlyſſis diuini:
Ipſe autem poſt hos domo exiuit diuus Vlyſſes.
Sed quando iam extra ianuas fuerunt,ac & aulam,
Loquens,ipſos uerbis allocutus eſt ſuauibus:
Bubulce,& tu ſubulce,uerbum aliquod dicam?
Nunquid ipſe celabo?dicere autem,me animus iubet:
Quales eſtis Vlyſſi auxiliari,ſi unde ueniat
Sic ualde ex repente,& aliquis Deus ipſum ferat?
Nunquid & procis auxiliaremini,an Vlyſſi?
Dicite quomodò uos cor animusq́; iubet.
Hunc autem rurſus allocutus eſt boum bubulcus uir:
Iupiter pater,utinam enim hoc perficias deſyderium,
Vtinam ueniat quidem ille uir:ducat autem ipſũ fortuna,
Cognoſceres qualis mea potentia,& manus ſequerentur.

Proci uiribus impares arcui tendendo.

AA Sic

Sic autem ſimiliter Eumæus ſupplicauit omnibus Deis,
Redire Vlyſſem prudentem ſuam domum.
At poſtquàm horum mentem ueram cognouit,
Ex iterum ipſos uerbis reſpondens, allocutus eſt:
Intùs quidem iam hic ipſe ego mala multa paſſus
Veni uigeſimo anno in patriam terram:
Cognoſco autem, quòd uobis cupientibus ueni
Solis ſeruorum: horum aũt aliorum non aliquem audiui
Precantem me iterũ redeuntem domum uenire.
Vobis autem, ſicut erit, ueritatem dicam:
Vtinam gratiâ mei Deus domet procos ſuperbos,
Dabo ambobus uxores, & res præbebo,
Domosq; prope me ædificatas, & mihi poſteà
Telemacho ſocijq; fratresq; eritis.
Eia agè, iam & ſignum ualde manifeſtum aliud oſtendã,
Vt me bene cognoſcatis fideli hunc eſſe in animo:
Cicatricem quam quondam ſus percuſsit albo dente
Ad Parnaſum euntem cum filijs Autolici.

Vlyſſes ſe ſeruis manifeſtat.

Sic dicens, ueſtes magna ſeparauit à cicatrice:
Hi aũt poſt q̃ inſpexerunt, beneq; cognouerunt ſingula,
Fleuerunt circa Vlyſſem prudentem manus mittentes,
Et oſculati ſunt amplectentes caputq; & humeros:
Sic ãt eodem modo Vlyſſes capita & manus oſculatus eſt:
Et lugentibus occidiſſet lumen Solis,
Niſi Vlyſſes ipſe prohibuiſſet, locutusq; fuiſſet:
Ceſſate fletu luctuq;, ne quis uideat
Egreſſus domo, at dicat & intùs:
Sed parati intrate, neq; ſimul omnes:
Primus ego, pòſt autem uos: at hoc ſignum fiat:
Alij quidem enim omnes quicunq; proci ſuperbi

Non

Ayuntamiento de Madrid

*Non ſinent mihi dari arcum & pharetram:*
*Sed tu diuine Eumæe portans ſupra domos arcum*
*In manibus mihi dato,dicq́; mulieribus*
*Claudere domus ianuas firmiter factas:*
*Si aũt aliquis uel ſuſpirium,uel ſtrepitum intùs audiat*
*Virorum noſtris in ſeptis,non foràs*
*Exire,ſed illic quietè eſſe ad opus:*
*Tibi autem Philœtie diuine fores mando aulæ,*
*Claudas claui,citò autem ligamen appone.*
*Sic dicens, intrauit domos benehabitatas:*
*Sedit poſteà in ſede iens unde ſurrexerat:*
*Tum etiam famuli ingreßi ſunt diuini Vlyßis.*
*Eurymachus autem iam arcum in manibus mouebat,*
*Calefaciens huc & illuc ſplẽdore ignis:ſed ipſum neq; ſic*
*Tendere potuit:ualde autem ſuſpirauit glorioſum cor:*
*Suſpirãs ãt igitur locutus eſt,uerbũq; dixit,denominauitq́;:*
*O amici,certè mihi dolor circa meipſum,& circa omnes,*
*Non nuptias tantùm lugeo triſtis:*
*(Sunt & aliæ multæ Græcæ,quæ quidem in ipſa*
*Circum mare Ithaca,& alijs ciuitatibus)*
*Sed ſi iam tantùm fortitudinis indigentes ſumus*
*Diui Vlyßis,quòd non poſſumus tendere*
*Arcum,increpatio autem & futuris audiri.*
*Hunc ãt rurſus Antinous allocutus eſt Eupithei filius:*
*Eurymache,non ſic erit:intelligis autem & ipſe.*
*Nunc quidem enim in populo feſtum Dei*
*Purum:quis autem arcus tendet?ſed quieti*
*Deponite:at annulos & tacitè ſinamus omnes*
*Stare:non quidem enim aliquem ſuſtollere puto*
*Venientem in domum Laërtiadæ Vlyßis.*

*Philœtio mandatur ianuæ cuſtodia.*

*Eurymachus arcui tendẽdo impar dolet.*



Ayuntamiento de Madrid

Sed agè,pincerna quidem incipiat poculis,
Vt libantes deponamus curuos arcus:
Manè autem iubete Melanthium cuſtodem caprarum
Capras ducere,quæ omnibus ualde excellentes gregibus,
Vt in crura ponentes Apollini inclyto arcu
Arcum tentemus,& perficiamus certamen.
Sic dixit Antinous:his autem placuit ſermo.
His autem præcones quidem aquam in manus fuderunt:
Iuuenes autem crateras coronauerunt potu:
Diuiſerunt autem igitur omnibus incipientes poculis:
Hi aũt poſtq̃ libauerunt,biberuntq́; quantũ uoluit aĩus:
His autem callens locutus eſt prudens Vlyſſes:
Audite proci inclytæ Reginæ,
Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet:
Eurymachum autem maximè & Antinoum Regem
Oro,quoniam & hoc uerbum ſecundum decens dixiſti:
Manè autem Deus dabit fortitudinem cui uoluerit:

Vlyſſes petit expiri uires arcu.

Sed agè mihi date arcum bene politum,ut cum uobis
Manus & robur experiar,ſi mihi adhuc eſt
Vis qualis anteà fuit in flexibilibus membris:
An iam mihi perdidit errorq́; incommodumq́;.
Sic dixit:hi autem igitur omnes ualde irati ſunt,
Timentes ne arcum bene politum tenderet.
Antinous aũt increpauit,uerbũq́; dixit,denominauitq́;:
Ah miſer hoſpitum,inſunt tibi mentes neq; paruæ:
Non amas,quòd quietus immenſis cum nobis
Conuiuaris?neq; quòd conuiuio priuaris?at audis
Verba noſtra,& locutionem,non autem aliquis alius
Verba noſtra hoſpes & pauper audit.
Vinum te lædit dulce,quod & alios

Lædit,

*Lædit,quicũq; ipſũ abũdãter capit,neq; decenter bibit.* Vinum immodicũ malorũ cauſa.
*Vinum & centaurum ualde inclytum Eurytiona*
*Læſit in domo magnanimi Perithoi*
*In Lapithas euntem:hic ãt quoniam mentes læſit uino,*
*Inſaniens mala fecit domo in Perithoi:*
*Heroas autem dolor cepit:ex ueſtibulo autem foràs*
*Traxerunt inſurgentes,aures ſæuo ære*
*Nareſq; demetentes:hic autem mentibus ſuis læſus,*
*Iuit ſuum nocumentum portans inſano animo,*
*Ex quo centauris & uiris contentio facta eſt:*
*Sibiq; ipſi primo malum inuenit uino grauatus:*
*Sic & tu (magnum nocumentum dico) ſi hunc arcum*
*Tendes:non enim alicui prudenti ſupplicabis*
*Noſtra in domo:ſtatim autem te naui nigra*
*In Echetum Regem,hominum peßimum omnium*
*Mittemus:hinc autem non ſeruaberis.ſed quietus*
*Bibeq;,neq; contende cum uiris iunioribus.*
*Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:*
*Antinoë,non quidem bonum lædere,neq; iuſtum,* Penelope Antinoum obiurgat.
*Hoſpites Telemachi,quicunq; has domos peruenit.*
*Exiſtimas,ſi hic hoſpes Vlyßis magnum arcum*
*Tendet manibuſq;,uiq; ſua fretus,*
*Domum me ducere,& ſuam facere uxorem?*
*Neq; ipſe hoc in pectoribus exiſtima,*
*Neq; aliquis ueſtrûm huius gratiâ animo dolens*
*Hîc conuiuetur,quoniam neq; quidem,neq; decet.*
*Hãc ãt rurſus Eurymachus Polybi filius cõtra locutus*
*Filia Icarij prudens Penelope,* *(eſt:*
*Non te hunc ducere putamus,neq; decet:*
*Sed uerecundantes famam uirorum & mulierum,*



Ayuntamiento de Madrid

Ne aliquando aliquis dicat peior alius Achiuis:
Certè multò peiores uiri,ſtrenui uiri uxorem
Petunt,quoniam non arcum politum tendunt:
Sed alius quidam pauper uir errans ueniens,
Facilè tendit arcum:per autem miſit ferrum:
Sic dicent:nobis autem improperia hæc fient.
 Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Eurymache,non aliquomodò eſt inclytos in populo
Eſſe,qui iam domum inhonorantes edunt
Viri optimi:cur autem improperia hæc facitis?
Ipſe autem hoſpes ualde quidem magnus & pinguis:
Viri autem ex bono genere gloriatur eſſe filius.
Sed agè,ei date arcum politum,ut uideamus:
Sic enim dico,hoc autem & perfectum erit.
Si ipſum tendet,dabit autem ei gloriam Apollo,
Induā ipſum chlænamq́;,chitonaq́;,ueſtimenta pulchra:
Dabo aũt acutum iaculũ canum adiuuamentũ & uirorũ,
Et enſē utrinq; incidētē:dabo āt ſub pedibus calcamēta:
Mittam autem quò ipſum cor animusq́; iubet.
 Hāc āt rurſus Telemachus prudēs cōtrà allocutus eſt:
Telemacho matri. Mater mea,arcum quidem Achiuorum nullus me
Potentior,cui uolo dareq́; & negare,
Neq; quicunq; aſperam Ithacam in dominantur,
Neq; quicunq; habitant in Elide equos paſcente:
Horum nullus me inuitum coget,ſi uoluero
Et omnino hoſpiti dare hos arcus ferre:
Sed in domum iens ipſa tui ipſius opera cura,
Telámq;,colúmq;,& ancillis iube
Opus adire:ſermo autem uiris curæ erit
Omnibus:maximè āt mihi:huic enim potētia eſt in domo.

Hæc

Hæc quidem ſtupefacta, retrò domum iuit:
Filij enim uerbum prudens impoſuit animo:
In autem ſuperiora aſcendens cum ancillis mulieribus,
Flebat poſteà Vlyſſem dilectum maritū, quouſq; ei ſomnū
Dulcem in palpebris iecit cæſia Minerua.
At hic arcus capiens portabat flexilem diuus ſubulcus:
Proci autem igitur omnes tumultuabantur in domibus:
Sic autem aliquis dixit iuuenum fortium:
Quò iam curuum arcum portas non inuiſe ſubulce
Errator? citò rurſus te in ſuibus canes ueloces edent
Solum ab hominibus, quos nutriuiſti: ſiquidem Apollo
Nobis propitius, & immortales Dei alij.
Sic dixerunt: at hic poſuit ferens ipſo in loco
Timens, quoniam multi minabantur in domibus.
Telemachus autem ex altera parte minans iuit:
Heus, ulteriùs porta arcū citò, nō bene omnibus obedies,
Ne te, & iunior licet exiſtens, ad agrum expellam
Percutiens ſaxis: tui autem fortior ſum.
Vtinam enim omnibus quotquot in domibus ſunt
Procis, manibus uiq; fortior eſſem:
Ideo & citò mœſtè aliquem ego mitterem ire
Noſtra ex domo, quoniam mala operantur.
Sic dixit: hi aūt igitur omnes in ipſo dulciter riſerunt
Proci, & iam ceſſarunt graui ira:
Telemacho autem arcum ferens in domum ſubulcus, Affertur Vlyßi tandē arcus.
In manibus Vlyßi prudenti poſuit aſtans:
Ex autem uocans allocutus eſt nutricem Eurycleam:
Claude domus ianuas fortiter compactas:
Si autem aliquis uel ſuſpirium, uel ſonum intùs audiat
Virorum noſtrorum in ſeptis, non forâs



Ayuntamiento de Madrid

Edat:ſed illic tacitè ſit apud opus.
Sic dixit:huic autem uelox fuit uerbum:
Clauſit autem ianuas domorum bene habitatarum:
Tacitè autem ex domo Philœtius ſaltauit foràs:
Clauſit autem poſteà ianuas ſepti aulæ:
Iacebat autem ſub porticu lignum nauis àrcum agitabilis
Biblinum,quo ligauit ianuas:introiuit autem ipſe:
Sedit poſteà in ſede,iens unde ſurrexerat,
Inſpiciens Vlyſſem:hic autem iam arcum mouebat
Penitùs reuoluens,experiens huc & illuc,
Ne cornua uermes ediſſent profectò Rege.
Sic autem aliquis dixit uidens in propinquum alium:
Certè aliquis admirator & doloſus eſt arcuum.
Certè talia & ipſi domi iacent:
Vel hic ruit facere ſicut in manibus
Mouet huc & illuc, malorum ſciens errator.
Alius autem rurſus dixit iuuenum ſuperborum:
Vtinam enim iam tantum utilitati obuiaret,
Quantum hic hunc poterit tendere.
Sic dixerunt procis:at prudens Vlyſſes
Statim poſtq̄ magnum arcum portauit,& uidit penitùs:
Sicut autem quando uir citharæ peritus & cantus,
Facilè extendit nouo in ſinu chordam,
Tangens utrinq; bene retortum inteſtinum ouis:
Vlyſſes tendit arcum.
Sic ſine diligentia tendit magnum arcum Vlyſſes:
Dextera autem igitur manu capiens tentauit neruum:
Hic autem ſub bene ſonuit,hirundini ſimilis uoce:
Procis āt igitur dolor factus ē magnus:oībus āt igitur co-
Mutatus eſt:Iupiter āt ualde ſonuit ſigna oſtēdēs: (lor
Lætatus eſt poſteà pertolerans diuus Vlyſſes,

Quòd

Ayuntamiento de Madrid

Quòd ei monſtrum miſit Saturni filius uerſuti:
Accepit aũt uelocẽ ſagittã, quæ ei apud iacebat menſam
Nuda (ipſæ autem aliæ concauam intra pharetram
Iacebant, quibus citò futuri erant Achiui tentari)
Hanc in brachio capiens, traxit chordam concauitatesq́;
Illinc ex ſede ſedens: miſit autem ſagittam
Contra obſeruans: ſecurium autem non errauit omnium
Primo foramine: tranſiuit autem penitus foràs
Sagitta ære grauis: hic autem Telemachũ allocutus eſt:
Telemache, non te hic hoſpes in domibus uituperat
Sedens: neq; propoſito erraui, neq; arcum
Diu fatigaui tendens: adhuc mihi robur firmum eſt,
Non ſicut me proci inhonorantes uituperabant.
Nunc autem hora & cœnam Achiuis præparare
In luce: at poſteà & aliter delectari
Cantu & cithara: hæc enim additamenta conuiuij.
Dixit, et ſuꝑcilijs annuit: hic ãt arcũ poſuit enſẽ acutũ
Telemachus dilectus filius Vlyßis diuini:
Circũ aũt manum dilectam poſuit lanceã: propè ãt ipſũ
Apud ſedem ſtetit armatus ſplendido ære.

## ARGVMENTVM. X. HOMERI COMPOSITIONIS.

PRocorum cædem cùm peregiſſet Vlyſſes præſente Minerua, exinde ancillas per Telemachum & familiares punit cum Melanthio.

ODYS

Ayuntamiento de Madrid

## ODYSSEAE .X. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Chi Vlyſſes procos abſtulit ſæuo ære.*

SED ipſe exutus eſt pannis prudens Vlyſſes:
Inſiluit autem magno limini, habens arcum & pharetram
Sagittis plenam, celeres uerò effudit ſagittas
Ibi ante pedes: ſubinde autem procis dixit:
Hoc quidem iam certamen innocuum perfectum eſt:
Nūc rurſus propoſitū aliud, quod nōdū aliqs ꝑcuſſit uir,
Speculabor ſi cōſequar: præbeat āt mihi gloriā Apollo.
Dixit, & in Antinoum direxit amaram ſagittam:
Procorum cædes. (Certè hic pulchrum poculum eleuare uolebat
Aureum utrinq; anſatum, & iam manibus mouebat,
Vt biberet uinum: cædes autem ei non in animo
Cogitabatur: quis putaſſet inter uiros conuiuas
Solum in plures, etſi ualde fortis eſſet,
Ei facere cædemq; malam, & mortem nigram)
Hunc autem Vlyſſes in gutture detentum ꝑcuſſit ſagitta:
Contrà autem teneram per ceruicem iuit cuſpis:
Vlyſſes Antinoū ſagitta interficit. Declinatus eſt autem aliò: poculum aūt ei excidit manu
Percuſſi: ſtatim autem fiſtula ad nares craſſa uenit
Sanguine uirili: citò autem à ſe menſam
Impulit pedibus ꝑcutiens: lōgè āt cibos fudit ad terram,
Paniſq;, caróq; aſſata fœdata eſt: hi autem ſtrepuerunt
Proci in domo, ut uiderunt uirum cadentem:

Ex

Ayuntamiento de Madrid

Ex autem ſedibus ſurrexerunt turbati in domo,
Vndiq; aſpicientes bene inciſos ad parietes:
Neq; alicubi ſcutum erat, neq; fortis lancea capere:
Increpabant autem Vlyſſem iratis uerbis:
Hoſpes, malè uiros ſagittas: non amplius certaminibus
Alijs obuiabis, nunc tibi ſalua alta mors:
Etenim iam nunc uirum inteſerciſti, qui ualde optimus
Iuuenum in Ithaca, ideo te hîc uultures edent.
Dixit ſingulus uir, quoniam dixerunt non uolentem
Virum interfeciſſe: hoc autem ſtulti non cognouerunt,
Quòd iam ipſis & omnibus mortis fines imminebant.
Hos aũt toruè aſpiciens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Canes, nõ me ãpliùs exiſtimabatis rediẽtẽ domũ ueire
Populo à Troianorum, q̃ mihi conſumebatis domum,
Ipſiusq; uiuentis petebatis uxorem:

Vlyſſes procis ſe manifeſtat.

Ancillas autem mulieres apud dormiebatis uiolenter:
Neq; Deos timentes, qui cœlum latum habitant,
Neq; aliquam hominum accuſationem impoſterùm fore:
Nunc uobis & omnibus mortis fines contigerunt.
Sic dixit: hos autem igitur omnes nouus timor ſuſcepit:
Aſpiciebat autem ſingulus, quò fugeret altam mortem:
Eurymachus autem ipſum ſolus reſpõdens allocutus eſt:
Siquidem iam Vlyſſes Ithacenſis ueniſti,
Hæc quidem decenter dixiſti, quæcunq; fecerunt Achiui,
Multa quidem in domibus iniuſta, multa autem in agro:
Sed hic quidem iam iacet, qui cauſa fuit omnium
Antinous: hic enim impoſuit hæc opera,
Non nuptiarum tantùm indigens, neq; cupiens:

Eurymachus ſupplex Antinoo imputat omnia.

Sed alia cogitans, quæ ei non perfecit Saturnius,
Vt Ithacæ in populo beneædificatæ regnaret

Ipſe

*Ipſe:at tuum filium interficeret inſidians:*
*Nūc āt hic qdē in parca interfectus ē:tu āt miſerere po-*
*Tuorū,at nos in futurū conciliati in populo (pulorū*
*Quæcunq; tibi ebibita ſunt, & comeſta ſunt in domibus,*
*Precium ſeparatim ducentes uigntiboues ſingulus:*
*Aeſq;,aurumq; reddemus,donec tuum cor*
*Lætum fuerit:antè autem non indignanter iraſcere.*
*Hunc aūt toruè uidens allocutus eſt prudens Vlyſſes:*
*Eurymache,neq; ſi mihi paterna omnia redderetis,*
*Quæcunq; ei nunc ſunt,& ſicunde alia imponeretis,*
*Neq; ſic ampliùs manus meas ceſſarem cæde*
*Ante omnem procos tranſgreßionem ſoluere.*
*Nunc uobis adiacet contrà uel pugnare,*
*Vel fugere,qui mortem & parcam euitarit.*
*Sed aliquem non fugere puto altam mortem.*
*Sic dixit:horum autem ipſorum ſoluta ſunt genua.*
*Hos autem Eurymachus allocutus eſt ſecundò rurſus:*
*O amici,non retinebit uir hic manus innocuas:*
*Eurymachus procis*
*Sed poſtquàm accepit arcum politum,& pharetram*
*Pauimento à polito,ſagittabit donec omnes*
*Nos interficiet:ſed recordemur pugnæ,*
*Enſeſq; trahite,& contra tenete menſas*
*Sagittas ueloces:contra autem ipſum omnes ſimus*
*Congregati,ſi ipſum pauimento expellemus & ianuis,*
*Eamus in ciuitatem,clamor citißimè fiet.*
*Et ideo citò hic uir nunc ultimò ſagittabit.*
*Sic igitur uociferans,traxit enſem acutum*
*Eurymachus occiditur.*
*Aereum,utrinq; acutum:ſaltauit autem in ipſum*
*Terribiliter ſonans:ipſe aūt ſequebatur diuus Vlyſſes*
*Sagittam proijciēs:percußit aūt pectus apud mammam,*

In

In aũt ei hepate fixit uelox telum:ex aũt igitur manu
Enſem miſit humum:proiecta autem menſa
Decidit uoluta:longè autem aquas fudit humum,
Et poculũ arcũanſatum:hic aũt terrã uerberauit frõte,
Animo dolens:pedibus autem thronum ambobus
Calcitrans quaſsauit:in oculis autem fuſa eſt tenebra.
Amphinomus autem Vlyſsi iuit glorioſo
Contrarius ruens:traxit autem enſem acutum,
Si quomodò eius exiret ianuis:ſed ipſum præuenit
Telemachus à tergo percutiens ærea lancea
Humerorum medio:per autem pectora penetrauit:
Sonuit autem cadens:terrã autem percuſsit tota fronte.
Telemachus autem ruit linquens longam lanceam
Illic in Amphinomo:ualde.n.timebat,ne quis Achiuorum
Lanceam trahentem longam,uel percutiat
Enſe ruens,uel in caput uerberans:
Iuit aũt currens,ualde aũt citò dilectum patrẽ ꝑuenit:
Propè autem ſtans,uerba uelocia allocutus eſt:
O pater,iam tibi ſcutum portabo,& duas lanceas,
Et galeam bene æream in temporibus aptam
Ipſe induar iens:dabo autem ſubulco
Et bubulco alia:armari enim melius.
Hunc aũt reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Porta currens,quouſq; auxiliari adſunt,
Ne me amoueant ianuis ſolum exiſtentem.
Sic dixit:Telemachus autem dilecto obediuit patri:
Perrexit aũt ire thalamũ,ubi ei inclyta arma iacebãt:
Hinc quatuor quidem ſcuta excepit,lanceas autem octo,
Et quatuor galeas æreas denſas:
Venit aũt ferens:ualde aũt citò dilectum patrẽ ꝑuenit.

Telemach⁹ Amphinomũ interficit.

Ipſe

Ayuntamiento de Madrid

*Vlyßes in procos ſe armat.*

*Ipſe autem primùm àrca corpus indutus eſt æs:*
*Sic ãt eodem modo hi famuli induti ſunt arma pulchra:*
*Steterunt autem àrcum Vlyſſem prudentem uarijcõſilij:*
*At hic quandiu quidem auxiliari erant ſagittæ,*
*Tandiu procorum unum ſemper in domo*
*Percußit inſpiciens:hi autem ſimul ſtricti cadebant.*
*At poſtquàm liquerunt ſagittæ ſagittantem Regem,*
*Arcum quidem ad ſtabulum benefirmæ domus*
*Inclinauit ſtare ad parietes ſplendidos:*
*Ipſe autem àrcum humeros ſcutum poſuit quadruplex:*
*Capite autem in forti galeam benefactam poſuit*
*Caudamequinã:grauiter autem criſta deſuper nuebat:*
*Accepit autem fortes lanceas duas armatas ære:*
*Ianua autem quædam erat beneædificato in pariete,*
*Vltimum autem apud pauimentum bene ſtantis domus*
*Erat uia in latitudine,tabulæ autem erant bene cõgruæ:*
*Hanc autem Vlyſſes cuſtodire iußit diuinum ſubulcum,*
*Stantem prope ipſam:una autem ſola erat uia.*
*His autem Agelaus dixit uerbum omnibus nuncians:*

*Agelaus procis.*

*O amici,non iam aliquis in ianuam aſcendat,*
*Et dicat populis,clamorq; citißimè fiat,*
*Ideo citò hic uir nunc poſtremò ſagittet.*
*Hũc aũt rurſus allocutus eſt Melãthius cuſtos caprarũ:*
*Non aliquomodo eſt Agelaë diuine:prope.n.grauiter*
*Aulæ pulchras ianuas & moleſtum os latitudinis,*
*Et unus omnes prohibebit uir,qui fortis ſit.*
*Sed agè,uobis arma portabo armari*
*Ex thalamo:illic enim puto,neq; aliò*
*Arma depoſuerunt Vlyſſes & illuſtris filius.*
*Sic dicens,aſcendit Melanthius cuſtos caprarum*

In

Ayuntamiento de Madrid

In thalamum Vlyßis ſupra ſcalas domus,
Vbi duodecim quidem ſcuta excepit, tot autem lanceas, Melāthius armis inſtruit procos.
Et tot galeas æreas crinedenſas:
Perrexit autem ire: ualde aūt citò portans procis dedit.
Et tunc Vlyßis ſoluta ſunt genua, & dilectum cor,
Poſtq̃ circumponentes uidit arma, manibus aūt lanceas
Longas quatientes: ualde autem ipſi uidebatur opus:
Statim autem Telemachum uerba uelocia allocutus eſt:
Telemache, certè ualde iam aliqua in domibus mulierū
Nobis contraparat bellum malum, uel Melanthius.
Hūc āt rurſus Telemachus prudēs cōtràallocutus eſt:
O pater, ipſe ego hoc peccaui, neq; aliquis alius
Cauſa, qui thalami ianuam ſpiſſè congruam
Reliqui inclinans: horum autem ſpeculatio fuit melior:
Sed uade diuine Eumæe, ianuam claude thalami,
Et obſerua ſi qua eſt mulierum, quæ hæc faciat,
An filius Dolij Melanthius, quem ego puto.
Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur:
Iuit aūt iterum thalamum Melanthius cuſtos caprarū,
Portaturus arma pulchra: intellexit aūt diuus ſubulcus:
Statim autem Vlyſſem allocutus eſt propè exiſtentem:
Diuine Laërtiade, prudens Vlyſſes,
Ille autem rurſus exitioſus uir quem putamus ipſi
It in thalamum: tu autem mihi uerum dic,
Nunquid interficiam ſi potentior ero?
An tibi huc ducam, ut iniuſtitias ſoluat
Multas, quantas hic operatus eſt tua in domo?
Hunc aūt, reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Certè ego & Telemachus procos ſuperbos
Retinebimus intra domos furentes:

vos

Ayuntamiento de Madrid

*Vos autem auertentes pedes & manus deſuper*
*In thalamum mittite:tabulas autem ligate à tergo:*
*Cathenam autem plicatam ex ipſo penetrantes*
*Columnam in altam trahite,propinquate trabibus,*
*Vt diu uiuus exiſtens,graues dolores patiatur. (uerũt,*
*Sic dixit:hi ãt igitur hũc ualde qdẽ audiuerũt et obedi*
*Perrexerũt ãt ire in thalamũ:feſellerũt ãt ipſũ ĩtùs exi-*
*Certè hic qdẽ thalami cõclaui in arma quærebat.(ſtẽtẽ.*
*Hi autem ſteterunt utrinq; apud limina manentes,*
*Quãdo in pauimẽtũ ibat Melanthius cuſtos caprarum.*
*Altera quidem manu ferens pulchram galeam,*
*Altera autem ſcutum latum antiquũ inquinatũ ſiccitate*
*Laërtis herois,quod iuuenis portabat.*
*Tũ quidẽ iacebat,cõglutinationesq; ſolutæ erãt lororũ.*
*Iam tunc irruentes ceperunt,traxeruntq; ipſum intrò*

*SubulciMe lanthium uinciunt.*

*Per caput:in pauimento ãt in terrã iecerũt dolentes cor:*
*Pedes autem manusq; colligauerunt triſti uinculo,*
*Bene ualde uertentes totaliter ſicut iuſſerat*
*Filius Laërtis pertolerans diuus Vlyſſes:*
*Cathenam autem plicatam ex ipſo tentantes,*
*Columnam in altã traxerũt,propĩquauerũtq; trabibus.*
*Hunc autem cauillans allocutus eſt Eumæus ſubulcus:*
*Nunc quidẽ iam ualde oĩno Melanthie noctem ſeruabis*
*Lecto in molli dormiens ſicut decet:*
*Neq; te Aurora ab Oceani fluxibus*
*Latebit ueniens auriſedis,quando adduces*
*Capras procis domo in conuiuium laborare.*
*Sic hic qdẽ illic relictus ẽ extẽſus pnitioſo in uinculo:*
*Hi autem in arma euntes,portamq; imponẽtes lucidam,*
*Iuerunt in Vlyſſem prudentem,uerſutum,*

*Vbi*

Ayuntamiento de Madrid

Vbi robur ſpirantes inſtabant: hi quidem in pauimento
Quatuor: hi autem intra domum multiq́; & boni:
Hos autem prope filia Iouis uenit Minerua,
Mentori aßimilata & corpore ac & uoce.
Hanc autẽ Vlyſſes lætatus eſt uidens, & uerbũ dixit: Minerua Mentori aßimilata.
Mentor, expelle maledictionẽ: recordare aũt ſocij dilecti
Quæcunq; bona ſacrificaui: coætanea autem mihi es.
Sic dixit, putans populorum ſaluatricem eſſe Mineruã:
Proci autem ex altera parte minabantur ex domo:
Primus hanc increpauit Damaſtorides Agelaus: Agelaus Mẽtori, ne Vlyſſem iuuet.
Mentor, ne te uerbis perſuadeat Vlyſſes
Procis pugnare, auxiliari autem ei ipſi.
Sic enim noſtram mentem perficì puto,
Quando hos interfecerimus, patrem ac & filium,
In autem tu his poſteà interficieris, qualia cogitas?
In autem domibus, tuo autem ipſius capite ſolues.
At poſtquàm ueſtrûm uiolentias abſtulerimus ære,
Poßeßiones quot tibi ſunt, quæq́; intùs, & quæ foris:
His autem Vlyſſis commiſcebimus, neq; filios
Viuere in ædibus ſinemus, neq; filias,
Neq; uxorem prudentem in ciuitate uerſari.
Sic dixit: Minerua autem iraſcebatur ex animo magis:
Increpauit autem Vlyſſem iratis uerbis:
Nõ ãplius tibi Vlyſſes robur firmũ, neq; aliqua fortitudo,
Qualis, quando pro Helena albaulnis bonopatrenata
Nouem annis Troianis pugnaſti inceſſanter ſemper:
Multos autem uiros interfeciſti in graui pugna:
Tuo autem capta eſt conſilio Priami ciuitas latauijs.
Quomodò iam nũc quando tuum populũ, & poſſeßiones
Contra procos luges fortis eſſe: (perueniſti,



Ayuntamiento de Madrid

*Sed agè huc amice apud me ſta, & uide opus,*
*Vt uideas qualis tibi in uiris inimicis*
*Mentor Alcimides beneficentias reddet.*
*Dixit, & nondum omnino dedit mutabilem uictoriam:*
*Sed adhuc potentiamq́; & fortitudinem tentabat*
*Et Vlyßis & filij glorioſi:*
*Ipſa autem ſplendidæ in domus trabem*
*Sedit ruens hirundini ſimilis contra.*
*Procos autem concitabat Damaſtorides Agelaus,*
*Eurynomusq́;, & Amphimedon, Demoptolemusq́;,*
*Piſandrusq́;, Polyctorides, Polybusq́; bellicoſus:*
*Hi enim procorum fortitudine erant egregiè optimi:*
*Quicunq; adhuc uiuebant circa animas pugnabant.*
*Hos autem iam domuit arcus & frequentes ſagittæ:*
*His autem Agelaus dixit uerbum omnibus nuncians:*
*O amici, iam retinebit uir hic manus innocuas,*
*Et iam ei Mentor quidē uenit inanes iactationes dicens:*
*Hi autem ſoli relicti ſunt in primis ianuis:*
*Ideo non ſimul omnes immittite lanceas longas:*
*Sed agitè, in eum primum iaculamini, ſicubi Iupiter*
*Det Vlyſſem percuti, & gloriam ſuſcipere:*
*Horum autem aliorum non cura, poſtquā hic ceciderit.*
*Sic dixit: hi autem igitur omnes iaculati ſunt ſicut iußit*
*Cupientes, hæc autem multum uana fecit Minerua:*
*Horum alius quidem limen benefirmatæ domus*
*Percußit: alius autem ianuam denſè congruam:*
*Alius autem in pariete fraxinus cecidit ære grauis.*
*At poſtquàm iam lanceas euitauerunt procorum,*
*His uerbis incœpit pertolerans diuus Vlyſſis.*
*O amici, iam quidem ego dicerem & nobis*

*Procorum*

Ayuntamiento de Madrid

Procorum in turmam iaculari,qui prompti ſunt
Nos interficere in prioribus malis.
Sic dixit:hi aūt igitur omnes iaculati ſunt acutas lanceas
Contrà inſpicientes:Demoptolemum quidem, Vlyſſes:
Euryadē aūt igitur,Telemachus:Elatum autem,ſubulcus:
Piſandrum aūt igitur interfecit boum bubulcus uir:
Hi quidem poſteà ſimul oēs mordicus ceperūt magnū paui
Proci aūt igitur iuerunt domus intimum: (mentū.
His aūt igitur irruerunt,mortuis aūt ex lanceas ceperunt:
Rurſus autem proci iaculati ſunt acutas lanceas
Cupientes:illas autem multum inanes poſuit Minerua:
Horum alius quidem limen benefirmatæ domus
Percuſſit:alius autem ianuam ſpiſſè congruam:
Alius autem in pariete fraxinus cecidit ære grauis.
Amphimedon aūt igitur Telemachū percuſſit manū in pal
In ſuperficie,extremam autem pellem læſit æs: (ma
Cteſippus autem Eumæum ſuper ſcutum lancea longa
Humerū extra tetigit,hoc āt ſuper uolauit,cecidit aūt hu-
Hi aūt rurſus circum Vlyſſem prudentē uerſutū (mū.
Procorum in turbā iaculati ſunt acutas lanceas: (ſes:
Tunc rurſus Eurydamāta percuſſit urbiū populator Vlyſ
Amphimedonta autē,Telemachus:Polybum aūt,ſubulcus:
Cteſippum autem igitur poſteà boum bubulcus uir
Percuſſit in pectus:iactans autem allocutus eſt:
O multumaudax amatorconuiciorum,nunquam omnino
Obediens ſtultitiæ ualde dic:ſed Deis
Verbum uerte,quoniam multò potentiores ſunt:
Hoc tibi pro pede hoſpitale, quem dediſti
Diuo Vlyßi domo in mendicanti.
Dixit igitur boum nigrarum bubulcus:at Vlyſſes

Euryades Elatus & Piſandrus occiduntur.

Vulnerauit Damaſtoridem cominus lanceâ longâ:
Telemachus autem Euenoridem Liocritum perculsit
Lanceâ medio uentre:penitus autem æs tranſireſcat:
Cecidit autem pronus:terram aūt perculsit tota fronte:
Iam tunc Minerua corruptiua hominum Aegida ſuſtulit
Alto ex faſtigio:horum autem mentes timuerunt:
Hi autem fugerunt in domum boues tanquàm gregariæ,
Cōparatio. Quas quidem doloſus Aeſtrus irruens agitauit
Tempore in uerno,quando dies longæ ſunt:
Hi autem ſicut uultures curuæ unguibus curuælabris
Ex montibus uenientes in aues ſaltant:
Hæ quidem in campo nebulas timentes eunt:
Hæ autem has perdunt inſilientes:neq; aliqua fortitudo
Fit,neq; fuga:gaudent autem uiri præda:
Sic igitur hi procos irruentes in domum (decens
Verberabāt cōuerſim:horū autē ſuſpiriū mouebatur in=
Capitibus uerberatis:pauimentū autē totū ſanguine ſpar=
Liodes ſup plex orat Vlyſſem. Liodes autem Vlyſsis irruens cepit genua, (gitur.
Et ipſum precans uerba uelocia allocutus eſt:
Oro te Vlyſſes,tu autem me uenerare,& mei miſerere.
Nondum enim aliquam dico mulierum in domibus
Dicere,neq; aliquid facere iniuſtum:ſed & aliò
Sedaui procos quicunq; talia faceret:
Sed mihi non obediuerunt malis à manus tenere:
Ideo & iniuſtitijs indecentem mortem ſecutus ſum:
At ego cum his uates nihil faciens
Iacebo:ſic non eſt gratia impoſterum benefactorum.
Hunc autem toruè uidens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Siquidem iam cum his uates dicis eſſe,
Sæpe curaſti orare in domibus,

Longè

Ayuntamiento de Madrid

Longè mihi reditus finem dulcis fieri:
Te autem uxoremq́; dilectam ſequi & filios parere:
Ideo non mortem grauem aufugies.
Sic igitur dicens, enſem cepit manu forti
Iacentem, quem Agelaus abiecerat humum
Interfectus, quo hunc in ceruicem mediam percußit:
Loquentis aũt igitur huius caput pulueribus mixtum eſt.
Terpiades autem cantor fugit mortem nigram
Phemius, qui canebat cum procis neceßitate:
Stabat in manibus tenens citharam ſtridulam
Propè apud ianuam: bifariàm autem mentibus cogitabat:
An egrediens domo Iouis magni ad aram
Aulæ ſederet factam, ubi multa
Laërtes Vlyßesq́; boum in crura combuſſerat,
An genibus precaretur ruens Vlyſſem:
Sic autem ei cogitanti, uiſum eſt melius eſſe,
Genua tangere Laërtiadæ Vlyßis:
Certè hic citharam concauam depoſuit humi
Medio crateræ & throni argenteiclauis:
Ipſe autem rurſus Vlyßis ruens cepit genua,
Et ipſum precans uerba ueloda allocutus eſt:
Oro te Vlyßes, tu autẽ me uenerare, & mei miſerere,
Ipſi tibi in futurum dolor erit, ſi cantorem
Interficies, qui Deis & hominibus cano:
Ipſe doctus ſum: Deus autẽ mihi mentibus cantilenas
Omnes produxit: uidetur autem tibi accinere
Tanquàm Deo: ideo ne me cupias collo truncare:
Et Telemachus hæc dicet tuus dilectus filius,
Quòd ego non uoluntarius in tuam domũ, neq; indigens,
Veni procis cantaturus poſt conuiuium:

Liodes occiditur.

Phemiꝰ muſicus Vlyßi.



Ayuntamiento de Madrid

*Sed multò plures & potentiores duxerunt neceſsitate.*
*Sic dixit: hunc autem audiuit ſacra uis Telemachi:*
*Statim autem ſuum patrem allocutus eſt propè exiſtentẽ:*
*Abſtine, neq; item hunc inſontem peraute ære,*
*Et præconem Medonta ſeruabimus, qui mei ſemper*
*Domo in noſtra curam habuit pueri exiſtentis:*
*Si iam non ipſum interfecit Philœtius, uel ſubulcus,*
*Vel tibi obuiauit ruenti in domo.*
*Sic dixit: hunc autem audiuit Medon prudentia ſciens.*
*Cadens enim iacebat ſub ſede: circùm autem pellem*
*Indutus bouis nuper excoriatam, fugiens mortẽ nigram:*
*Statim ãt à throno ſurrexit: cito aũt exuit bouinam:*
*Telemachum autem poſteà adruens cœpit genua,*
*Et ipſum precans uerba ueloca allocutus eſt:*
*O amice, ego quidẽ hic ſum: tu aũt tenearis: dic autẽ patri,*
*Ne me circa potentias lædat acuto ære*
*Viris procis iratus, qui ei totonderunt*
*Res in domibus: te autem ſtulti nihil honorauerunt.*
*Hunc autem, ſubridens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:*
*Fide, quoniam te hic liberauit & ſaluauit,*
*Vt noſcas in animo, & dicas & alij,*
*Quòd mala operatione bona operatio melior:*
*Sed exeuntes domibus ſedete foris*
*Ex cæde in aula, tuq; & multum famoſus cantor,*
*Vt ego in domo laborem quod me oportet.*
*Sic dixit: hi autem exiuerunt domo euntes:*
*Sederunt autem igitur hi Iouis magni ad altare,*
*Vndiq; aſpicientes, cædem expectantes ſemper:*
*Aſpiciebat autem Vlyſſes p ſuam domũ, ſiquis adhuc uiro=*
*Viuus ſublateret, fugiens mortem nigram:* *(rum*

*Phemius & Medõ à Telemacho ſeruantur.*

Hos

Ayuntamiento de Madrid

*Hos autem uidit ualde omnes in ſanguine, & pulueribus*
*Cadentes multos, ſicut piſces quos piſcatores*
*Concauum in littus album extra mare*
*Rete extraxerunt multoforaminibus: hi autem omnes*
*Vndas maris cupientes in arenis fuſi ſunt,*
*Horum quidem Sol lucens abſtulit animum:*
*Sic tunc igitur proci adinuicem fuſi erant.*
*Iam tunc Telemachum allocutus eſt prudens Vlyſſes:*
*Telemache, eia agè mihi uoca nutricem Eurycleam,* Vlyßes Eurycleam accerſiri iubet
*Vt uerbum dicam, quod mihi in animo eſt.*
*Sic dixit: Telemachus autem dilecto obediuit patri:*
*Mouens autem ianuã, allocutus eſt nutricem Eurycleam:*
*Eia, iam mouere anus diu generata, quæ mulierum*
*Famularum ſpeculatrix es in domibus noſtris,*
*Veni, uocat te pater meus, ut aliquid dicat.*
*Sic locutus eſt, huic autem uelox fuit uerbum:*
*Aperuit autem ianuas domorum bene habitatarum,*
*Perrexit autem ire: at Telemachus antè præibat:*
*Inuenit poſteà Vlyſſem cum interfectis mortuis,*
*Sanguine & puluere inquinatum tanquàm leonem,*
*Qui comeſturus bouem uenit pernoctantem in agro:*
*Omne autem igitur ei pectuſq; genæq; utrinq;*
*Cruentæ ſunt, grauis autem in uultum uideri:*
*Sic Vlyſſes inquinatus erat pedes & manus deſuper:*
*Hæc ãt poſt q̃ igitur mortuoſq; et magnũ ĩſpexit ſãguinẽ,*
*Ruit ululare, quoniam magnum uidit opus:*
*Sed Vlyſſes prohibuit, & tenuit cupientem,*
*Et ipſam uociferans uerba uelocia allocutus eſt:*
*In animo anus gaude & abſtine, neq; ulula,*
*Non pietas interfectis in uiris orare:*

Hos autem parcæ domuit Deorum & impia opera.
Non aliquem enim honorabant terreſtrium hominum:
Nõ malum, neq; quidem bonum, qui ad ipſos perueniſſet:
Ideo & peccatis indecentem mortem aſſecuti ſunt:
At agè mihi tu mulieres in domibus dic,
Quæ me inhonorant, & quæ peccantes ſunt
  Hunc aũt rurſus allocuta eſt dilecta nutrix Euryclea:
Tibi enim ego tibi fili ueritatem dicam:
Quinquaginta tibi ſunt in domibus mulieres
Famulæ: has quidem opera docuimus operari,
Lanas q́; extendere, & ſeruitutem tolerare:
Harum duodecim omnes impudentias iniuerunt,
Neq; me honorantes, neq; ipſam Penelopem:
Telemachus ãt nuper quidẽ auctus eſt, neq; ipſum mater
Imperare ſiuit in famulis mulieribus.
Sed agè ego aſcendens ſuperiora ſplendida,
Dicam tuæ uxori, cui aliquis Deus ſomnum immouit.
  Hanc autem reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Nondum hanc excita: tu autem huc dic mulieribus
Venire, quæ anteà indecentia operatæ ſunt.
  Sic dixit: anus autem per domum exiuit
Nuncians mulieribus, & mouens ire:
At hic Telemachum, & bubulcum, & ſubulcum
Ad ſe uocans, uerba uelocia allocutus eſt:
  Incipite nunc mortuos portare, & iubete mulieres:
Vlyſſes iubet mortuos efferri.
At poſteà thronos pulchros, & menſas
A quâ & ſpongijs multisforaminibus purgare.
Et poſtquàm iam totam domum ornauerunt,
Famulas educentes ſtabilis domus
Mediæq; teſtudinis, & boni ſepti aulæ,

Interficite

Interficite enſibus longè acutis, donec omnium
Animas auferatis & obliuiſcantur Veneris,
Quam à procis habuerunt, mixtæ ſuntq́; clàm.
Sic dixit: hæ autẽ mulieres congregatæ uenerunt oẽs
Grauiter lugentes, teneram lachrymam defundentes:
Primùm quidem igitur mortuos portauerunt interfectos:
Sub autem porticu depoſuerunt beneſeptæ aulæ
Adinuicem innitentes: imperauit autem Vlyſſes
Ipſe iens: hæ autem exportabant & neceſſitate:
At poſteà thronos pulchros, & menſas
Aquâ & ſpongijs multisforaminibus purgarunt.
At Telemachus, & bubulcus, & ſubulcus
Scopis pauimentum prudenter factæ domus
Verrebant: hæ ãt exportauerũt famulæ: poſuerũt ãt foris.
At poſtquàm omnem domum ornauerunt,
Famulas educentes ſtabilis domus
Mediæq́; teſtudinis, & boni ſepti aulæ,
Loco in ſtricto, unde non aliquo modo erat fugere:
His autem Telemachus prudens incepit dicere:
Non quidem iam pura morte animum auferam
Harum, quæ iam meo capiti opprobria fuderunt,
Matriq́; meæ, apudq́; procos dormiebant.
Sic dixit, & funem nauis nigræproræ
Columna ex ſuſpendens magna circumiecit nigra *Impudicæ famulæ laqueo ſuſpẽduntur.*
Altè extendens, ne qua pedibus terram tangeret.
Sicut autẽ quando uel turdellæ extenſæalis, uel columbæ
Septo in percutiunt, quod ſtat in luco
Aulim intrantes: odioſum autem ſuſceptum eſt cubile:
Sic hæ ordinatim capita habebant: circùm autẽ omnibus
Collis laquei erant, ut miſerrimè morerentur:

Tremebant

Tremebant autem pedibus paululum non ualde d
Educũt autem Melanthium in ueſtibulumq́; & a.
Melanthius Hoc autem ab quidem naréſq; & aures ſæuo ære
truddatur Incĩderũt, genitaliáq; extraxerunt canibus cruda comedi,
Manuſq; & pedes incĩderunt irato animo:
Hi quidem poſteà abloti manuſq; pedeſq;
In Vlyſſeam domum iuerunt:perfectum eſt autem opus:
At hic allocutus eſt dilectam nutricem Eurycleam:
Porta ſulfur anus malorũ medelã:porta aũt mihi ignem
Igne luſtrã Vt fumigem domum:tu autem Penelopem
tur ædes. Venire huc iube cum ancillis mulieribus:
Omnes autem moue famulas in domum uenire.
Hunc autẽ rurſus allocuta eſt dilecta nutrix Euryclea:
Certè iam hæc fili mi ſecundum decens dixiſti:
Sed agè chlænamq́; chitonaq́; ueſtimenta portabo:
Non autem ſic ueſtibus tectus latos humeros
Sta in domibus:reprehenſibile autem eſſet.
Hanc autem rurſus allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Ignis nunc mihi primùm in domibus fiat.
Sic dixit,neq; non obediuit dilecta nutrix Euryclea:
Portauit autem igitur ignem & ſulphur:at Vlyſſes
Bene adoleuit domum amplam,& domum,& aulam.
Anus autẽ rurſus aſcendit per domos pulchras Vlyſsis,
Nuncians mulieribus,& mouens ire:
Hæ autem iuerunt domus tædas in manibus tenentes:
Hæ quidẽ igitur circũfundebantur & ſalutabant Vlyſſẽ,
Et oſculabantur amplectentes caputq́; & humeros,
Manuſq́; capientes:hunc autem dulce deſyderium cepit
Fletus & ſuſpirij,nouit autem igitur mentibus omnes.

ARGV

Ayuntamiento de Madrid

## ARGVMENTVM. ψ. HOMERI COMPOSITIONIS.

AGNITIO *Vlyßis apud uxorem: & erroris narrationum breuis narratio: & Vlyßis & Telemachi cum domeſticis exitus.*

## ODYSSEAE. ψ. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Ipſi autem, agnoſcat maritum ſuum quondam Penelope.*

ANVS *autem in ſuperiora aſcendit cachinnans,*
*Heræ dictura dilectum maritum intùs exiſtentem:*
*Genua autem firma habebat, pedes autem ſufficientes erant:*
*Stetit aũt igitur ſuper capite, & ipſam ad uerbum dixit:*
*Surge Penelope dilecta filia, ut uideas* — *Euryclea nũciat Penelopæ Vlyßẽ rediiſſe.*
*Oculis tuis, quæ cupiebas dies omnes:*
*Venit Vlyſſes, & domum applicuit ſerò licet ueniens:*
*Procos autem interfecit ſuperbos, qui ſuam domum*
*Deſtruebant, & res comedebant, uiolabantq; filium.*
*Hanc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:* — *Penelope Vlyſſem rediiſſe non credit*
*Nutrix dilecta, inſanam te Dei fecerunt, qui poſſunt*
*Inſipientem facere, etiam prudentem ualde exiſtentem:*

Et

Ayuntamiento de Madrid

Et inſipientem prudentiam inireſcœrunt,
Qui te læſerunt:anteà autem mentibus bona eras:
Cur me lædis perdolentem animum habentem
Hæc dicens:& ex ſomno ſuſcitas
Dulci:qui me ligauit dilectis palpebras complectens.
Nondum enim tantùm dormiui,ex quo Vlyſſes
Iuit uiſurus malum Ilium non nominandum:
Sed agè nunc deſcende,& retrò uade domum.
Si enim aliqua me alia mulierum,quæ mihi ſunt,
Hæc ueniens nunciaſſet,& ex ſomno excitaſſet,
Ideo cito odioſè ipſam ego remiſiſſem ire
Rurſus intra domos:te autem hæc ſenectus iuuat.
Hanc autẽ rurſus allocuta eſt dilecta nutrix Euryclea,

Euryclea Penelopæ

Non te lædo filia dilecta: ſed uerè tibi
Venit Vlyſſes,& domum ſuſcepit ſicut dico
Hoſpes,quem omnes inhonorabant in domibus:
Telemachus ãt igitur ipſum diu cognouit intùs exiſtentẽ,
Sed prudentijs cogitationes patris occultabat,
Vt uirorum puniret uiolentias ſuperborum.
Sic dixit:hæc autem lætata eſt , & à lecto ſaltans
Anui circũplicita eſt: à palpebris autẽ lachrymam miſit,
Et ipſam uociferans uerba uelocia allocuta eſt:
Eia agè,iam mihi nutrix dilecta uerum dic,

Penelope nutrici.

Si uerè iam domum uenit ut dicis,
Quomodò iam procis impudentibus manus immiſit
Solus exiſtens?hi aũt ſemper congregati intus manebant.
Hanc autẽ rurſus allocuta eſt dilecta nutrix Euryclea:

Euryclea Penelopæ.

Non uidi,non audiui,ſed ſuſpirium ſolum audiui
Interfectorum:nos autẽ in receſſu thalamorũ benefactorũ
Sedebamus timentes;tabulæ aũt tenebant bene congruæ

Anteà

Ayuntamiento de Madrid

Anteà,quando iam me tuus filius à domo uocauit
Telemachus:hunc enim præmiſit uocare:
Inueni poſteà Vlyſſem inter interfectos mortuos
Stantẽ:hi aũt ipſũ arcũ lapidibus ſtratũ pauimentũ tenẽ- (tes
Iacebant adinuicẽ:tu uidens aũt aĩum exhilarabis,
Sanguine & cruore fœdatum,tanquàm leonem.
Nunc hi quidem iam omnes in aularibus ianuis
Congregati:at hic domum fumigat perpulchram,
Ignem magnum accendens: te aũt me præmiſit uocare.
Sed ſequere,ut uobis lætitia ineatis
Ambo uos dilecto corde,quoniã mala multa paßi eſtis:
Nunc aũt iam hoc longum deſyderium perfectum eſt:
Venit quidem ipſe uiuus domeſticus:inuenit autem & te
Et filium in domibus:malè autem ſuper ipſum fecerant
Proci,quos omnes puniuit ſua in domo.
Hanc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope: Penelope
Nutrix dilecta,nondum ualde contrà glorieris ridens. Eurycleæ.
Scis enim quòd gratus in domo appareret
Omnibus:maximè autem mihiq; & filio quẽ genuimus:
Sed non hoc uerbum uerum ſicut dicis:
Sed aliquis immortalium interfecit procos ſuperbos
Iniuriam admirans animum crudantem,& mala opera.
Non aliquem enim honorabant terreſtrium hominum,
Non malum,neq; quidem bonũ, quicunq; ipſos adiuit:
Ideo iniuſtitiæ paßi ſunt malum:at Vlyſſes
Perdidit longè reditum Græciæ:perijt autem ipſe. Euryclea
Huic autem poſteà reſpondit dilecta nutrix Euryclea: Penelopæ.
Filia mea,quale te uerbum fugit ſeptum dentium?
Quæ maritum intus exiſtentem in foco nunquam dicis
Domum eſſe uenturũ:animus aũt tibi ſemper incredulus.
Sed agè tibi & ſignum permanifeſtum aliud dicam:

Cicatricem

Ayuntamiento de Madrid

Cicatricem quam quondã ipſum ſus perculßit albo dente,
Hanc abluens agnoui: uolebam autem tibi ipſa
Dicere, ſed me ille capiens in ore manibus
Non ſiuit prudentijs mentis.
Sed ſequere, at ego me circum concedam ipſam
Si te decepero, interfice me miſerrima morte.
Huic autem reſpondit poſteà prudens Penelope:
Nutrix dilecta, difficile Deorum ſempergenitorum
Conſilia trahere ualde multum ſcientem exiſtentem,
Sed tamen eamus ad filium, ut uideam
Viros procos interfectos, & qui interfecit.
Sic dicens deſcendit ſuperiora: multa autem ei cor
Mouebat, an longè dilectum cor interrogaret,
An aſtans oſcularetur caput & manus capiens:
Hæc ãt poſt q̃ ingreſſa eſt, & trãſiuit lapideũ pauimẽtũ,
Sedit poſteà Vlyſſem contra in ignis ſplendore
Parietis alterius: hic aũt igitur ad columnam longam
Sedebat deorſum uidens, expectans ſi ipſum alloqueretur
Fortis uxor, poſtquàm uidit oculis:
Hæc autem tacita diu ſedit: ſtupor autem ei cor cepit:
Aſpectu autem aliquando ipſum clarè uidebat:
Aliquãdo aũt ignorabat mala corpori ueſtimẽta habentẽ:
Telemachus aũt locutus eſt, uerbũq; dixit, denominauitq;:
Mater mea mala mater, ſæuum animum habens,
Cur ſic patre ſepararis? neq; apud ipſum
Sedens uerbis interrogans, neq; ſcrutaris?
Non quidem alia ſic mulier tolerabili animo
Viro abſtineret, qui ei multa mala laborans
Veniſſet uigeſimo anno patriam terram:
Tibi autem ſemper cor durius eſt lapide.

Penelope ſubdubitans accedit Vlyſſem.

Hunc

Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Fili mi, animus mihi in pectoribus ſtupefactus eſt:
Neq; dicere poſſum uerbum, neq; interrogare,
Neq; in uultum uidere contrà, ſi uerè iam
Eſt Vlyßes, & domum uenit, certè ualde nos
Cognoſcemur inter nos, & melius. ſunt enim nobis
Signa, quæ iam & nobis abſcondita ſcimus ab alijs.
Sic dixit: riſit autem pertolerans diuus Vlyſſes:
Statim autem Telemachum uerba uelocia allocutus eſt:
Telemache, certè matrem in domibus dimitte
Tentare me, forſan autem agnoſcet, & melius:
Nũc aũt quia ſordeo, mala aũt corpori ueſtimẽta indutus ſũ,
Ideo inhonorat me, & nondum dicit hunc eſſe:
Nos autem conſulemus, ut ualde optima fiant.
Etenim aliquis unum uirum interficiens in populo,
Cui non multi ſint adiutores retrò,
Fugit, affineſq; relinquens & patriam terram:
Nos aũt ſuſtẽtaculũ ciuitatis ĩterfecimus, qui ualde optimi
Iuuenum in Ithaca: ideo conſulere iubeo.
Huic aũt rurſus Telemachus prudẽs contrà locutus eſt:
Ipſe hæc uideas pater dilecte: tuum enim optimum
Conſilium in hominibus dicunt eſſe: neq; aliquis tibi
Alius uir contendat mortalium hominum.
Nos autem prompti ſimul ſequemur, neq; aliquid dico
Fortitudine indigere, quanta potentia adeſt.
Hũc aũt, reſpondens, allocutus eſt pertolerans Vlyſſes:
Tibi enim ego dico, ut mihi uidetur eſſe optimum:
Primùm quidem lauamini, & induimini ueſtes,
Famulaſq; in domibus iubete ueſtimenta capere:
At diuinus cantor tenens citharam ſtridulam,

Nobis

Ayuntamiento de Madrid

Simulantur in ædib9 nuptiæ propter tumultũ.

Nobis præeat amatricæ ludorum ſaltatione:
Vt aliquis dicat nuptias eſſe extrà audiens,
Vel per uiam iens, uel qui circùm habitant,
Ne anteà fama lata cædis in ciuitate fiat
Virorum procorum, quàm nos eamus extrà
Agrum in noſtrum arboriferum: illic autem poſteà
Conſultabimus, quod utile Olympius præbebit.
Sic dixit: hi ãt igitur hũc ualde qdẽ audiuerũt & obediuerũt:
Primũ qdẽ igitur loti ſunt & induti ſũt ueſtes:
Paratæ ſunt autẽ mulieres: ipſe aũt cœpit diuinus cantor
Citharam concauam: in autem ipſis deſyderium
Cantusq; dulcis, & ſtrenuæ ſaltationis:
His autem magna domus ſtrepebat pedibus
Virorum ludentium, pulchrizonarumq; mulierum:
Sic autem aliquis domos extra audiens:
Certè ualde iam duxit uxorem multis petitam Reginam:
Miſera, non tolerauit mariti ſui primi
Cuſtodire magnam domum continuè, quouſq; ueniret:
Sic igitur aliquis dixit: hæc aũt nõ cognouerũt ſicut facta ſunt.
Aſt Vlyſſem magnanimum ſua in domo
Eurynome gubernatrix lauit & unxit oleo:
Circum autem ipſum pallium pulchrum iecit & ueſtem:
Poſthæc in capite fudit multã pulchritudinem Minerua,
Maioremq; inſpicere, & pinguiorem: in autem capite
Tenues miſit comas uiolaceo flori ſimiles:
Sicut autem quando aliquis aurũ circumfudit argento uir
Sciens, quem Vulcanus docuit & Pallas Minerua
Artem omnigenam: gratioſa autem opera perfecit:
Sic quidem huic circumfudit gratiã capitiq; & humeris:
E balneo autem exiuit corpore immortalibus ſimilis:

Iterum

Ayuntamiento de Madrid

Iterum autem rurſus deſedit in ſede unde ſurrexerat,
Contra ſuam uxorem,& ipſam ad uerbum locutus eſt:
Felix,ſupra tibi mulierum effœminatarum *Vlyſſes uxori.*
Cor durum poſuerunt olympias domos habitantes:
Non quidem alia ſic mulier tolerabili animo
Viro abſtineret,qui ei mala multa laborans
Veniret uigeſimo anno in patriam terram.
Sed agè mihi nutrix ſterne lectum,ut & ipſe
Dormiam:certe enim huic ferreus in pectoribus animus:
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Felix,non nuper magnifio, neq; paruifacio,
Neq; ualde admiror:ualde autē bene ſcio qualis eras
Ex Ithaca in naui iens longaremis.
Sed agè ei ſterne bonum lectum Euryclea
Intra ſtabilem thalamum,quem ipſe fecit,
Vbi ei extraponentes bonam lecticam iaciteq; lectum,
Pelles & chlænas,& cooperimenta ſplendida.
Sic dixit maritum tentans:at Vlyſſes
Iratus uxorem allocutus eſt prudentias ſcientem:
O mulier,certè ualde hoc uerbum triſte dixiſti:
Quis autem mihi alibi poneret lectum:difficile aūt eſſet
Et ualde ſcienti,quando non Deus ipſe ueniens
Facile uolens ponet alio in loco:
Virorū autē nō aliquis uiuus homo, neq; ualde pubeſcens
Facilè moueret,quoniam magnum ſignum factum eſt *Vlyſſes lectū ſuū coniugalē deſcribit.*
In lectica laborata:hanc autē ego feci,neq; aliquis alius:
Arbuſcula erat extenſa folijs oliuæ ſeptum intra
Florens,uireſcens:groſſa aūt erat tanquàm columna:
Huic autem ego iecī thalamum meum donec perfeci
Denſis lapidibus,& bene deſuper texi:



Ayuntamiento de Madrid

Compactas autem impoſui ianuas ſpiſſè factas:
Et tunc poſtea incìdi comam folijslongæ oliuæ:
Truncum autem ex radice incìdens arcum poliui enſe
Bene & ſcienter,& in lineam direxi
Fulcrum faciens:terebraui autem omnia terebro:
Ab autem hoc incipiens lectiam polini,quouſq; perfcà
Variam auroq; & argento,& ebore:
Extrà autem extendi pellem bouis purpurâ ſplendidam.
Sic tibi hoc ſignum dico,neq; ſcio
Si mihi adhuc firma eſt mulier lectica,an aliquis iam
Virorum alibi poſuerit incìdens è radice oliuæ.
  Sic dixit:huius illic ſoluta ſunt genua & dilectum cor,
Signa recognoſcentis,quæ ei firma dixit Vlyſſes:
Lachrymans aũt poſteà rectà accurrit,àrcũ aũt manus

Penelope ex ſignis Vlyſſem certe cognouit.

Collũ iecit Vlyſsi:caput autem oſculata eſt,& uultus:
Ne mihi Vlyſſes iraſcere,quoniam alijs maximè
Hominum prudens fuiſti:Dei autem dederunt ærumnam,
Qui nobis inuiderunt adinuicem manentibus,
Iuuentute delectari,& ſenectutis limen peruenire:
At non nunc mihi hoc iraſcere,neq; reprehende,
Quoniã te non primùm poſtquàm uidi ſic amplexa ſum.
Semper enim mihi animus in pectoribus dilectis
Tremebat,ne me quis hominum deciperet uerbis
Veniens: multi enim malas aſtutias cogitant:
Neq; autem Argiua Helena Iouenata
Viro cum alieno mixta eſſet amicitiâ & lecto,
Si ſciuiſſet,quòd ipſam iterum bellicoſi filij Achiuorum
Ducere domum dilectam in patriam deberent:
Hanc autem facere Deus mouit opus indecens:
Hanc autem nocumentum anteà ſuo impoſuit animo

Graue

Ayuntamiento de Madrid

Graue, ex qua primùm & nobis aduenit dolor:
Nunc aũt poſtquàm iam ſigna ualde manifeſta dixiſti,
Lecti noſtri, quem non homo alius uidit,
Sed ſoli tuq́; ego & ancilla una ſola
Actoris, quam mihi dedit pater, adhuc huc uenienti,
Quæ nobis ſeruabat ianuas boni cubiculi:
Perſuades iam meum animum ſæuum ualde exiſtentem.
Sic dixit: huic aũt adhuc magis deſyderiũ mouit luctus:
Flebat autem habens uxorẽ gratam prudentias ſcientem.
Sicut autem quando libenter terra natantibus apparet,
Quorum Neptunus benefactam nauem in ponto
Currupit impulſam uento, & unda nigra,
Pauci autem effugiunt album mare in terram
Natantes, multa autem circa corpus uerſa eſt ſalſugo,
Læti autem adiuerunt terram malum fugientes:
Sic igitur huic gratus erat maritus inſpicienti:
Collo autem nondum omnino remouebat brachia alba:
Et lugentibus apparuiſſet roſea Aurora,
Niſi alia cogitaſſet Dea cæſia Minerua:
Noctem quidem in tranſitu longã tenuit: Aurorã ãt rurſus
Cuſtodiuit in Oceano auream ſede, neq; ſinebat equos
Coniungi ueloces pedibus lumen hominibus portantes,
Lampum & Phaëtõta, qui Auroram iuuenes ducunt. Lampus & Phaëton equi Auroræ
Et tunc igitur ſuã uxorẽ allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O mulier, nondum enim omnium in fines certaminum
Venimus, ſed adhuc in futurum immenſus labor eſt,
Multus & difficilis, quẽ me oportet omnem perficere.
Sic enim mihi anima dixit Tireſiæ,
Die eo, quando iam deſcendi domum inferni intra,
Reditum ſocijs quærens, & mihi ipſi.

Sed ueni:lectum autem eamus uxor,ut & iam
Somno ſub dulci delectemur dormientes.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Lectus quidem iam tibi erit quando animo
Tuo uolueris,poſtquàm te Dei fecerunt uenire
Domum beneædificatam,& tuam in patriam terram:
Sed quoniam cognouiſti,& tibi Deus inieat animo:
Dic agè mihi certamen,quoniam & in futurum puto
Audiam: ſtatim autem eſt ſcire non peius.
Hanc autem,reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Felix,cur igitur me ualde hortans iubes
Dicere:at ego dicam,neq; cælabo:
Non quidem tibi animus lætabitur:neq; enim ipſe
Lætabor,quoniã ualde multas hominũ in ciuitates iubebat
Venire in manibus habentem aptum remum,
Donec hos aduenirem,qui neſciunt mare
Viros,neq; ſalibus mixtum cibum edunt,
Neq; ſciunt naues purpureas roſtris,
Neq; aptos remos,qui alæ nauibus ſunt:
Signum aũt mihi hoc dixit permanifeſtũ,neq; te cælabo:
Quando iam mihi obuians alius uiator
Apparebit furcam tenere in illuſtri humero:
Et tunc me in terra figentem iuſsit remum
Sacrificantem ſacra bona Neptuno Regi,
Agnum,taurumq;,porcarumq; aſcenſorem aprum:
Domum autem abire facere ſacras hecatombas
Immortalibus Deis,qui cœlum latum habitant,
Omnibus ualde ordinatim:mors autem mihi ex mari ipſo
Debilis ualde talis ueniet,quæ me interficiet
Senectute ſub matura læſum: circùm autem populi

Beati

Ayuntamiento de Madrid

Beati erunt:hæc autem mihi dixit omnia perfectum iri.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope:
Siquidem iam ſenectutem Dei perficient meliorem,
Spes tibi poſteà malis fugam fore.
Sic hi quidem talia inter ſe dicebant:
Interim autem Eurynomeq́; & nutrix parabant lectum
Veſte molli tædis ſub ſplendentibus:
At poſtquàm ſtrauerunt denſum lectum feſtinantes:
Anus autem iens iterum domum iuit:
His autem Eurynome cubicularia præibat
Euntibus lectum tædam in manibus tenens:
In thalamũ autem ducens iterũ abiuit:hi quidem poſteà
Læti lecti antiqui conſuetum iuerunt.
At Telemachus,& bubulcus,& ſubulcus
Ceſſare fecerũt ſaltatione pedes, ceſſare fecerũt aũt mulie=
Ipſi autem dormierunt in ædibus umbroſis. (res:
Hi autem poſtq̃ igitur amicitia delectati ſũt deſydera=
Verſi ſunt uerbis mutuò loquentes: (ta,
Hæc qdē quæcunq; in domibus tolerauit diuina mulierũ,
Virorum procorum inſpiciens exitioſam multitudinem,
Qui ſui gratiâ multas boues,& pingues oues
Iugulauerunt:multum autem doliorũ hauſtum eſt uini:
At hic diuus Vlyſſes quoſcunq; dolores poſuit
Hominibus,quaſcunq; ipſe ærumnas paſſus eſt,
Oĩa dixit:hæc aũt igitur delectata eſt audiens:neq; ei ſo
Cecidit in palpebris antè narrare omnia. (nus

Vlyßes enarrat uxori ſuos errores

Incepit āt quomodò primùm Cicones domuit,at poſteà
Venit Lotophagorum uirorum pinguem terram:
Et quæcũq; Cyclops fecit,& quomodò retribuit pœnā
Fortium ſociorum,quos comedit,neq; miſertus eſt:

Et quomodò Aeolum iuit, qui ipſum promptus ſuſcæpit,
Et miſit, neq; parcæ dilectam in patriam ire
Siuit: ſed ipſum rurſus rapiens procella
Pontum in piſcoſum tulit ualde ſuſpirantem:
Et quomodò longamportis Læſtrygoniam adiuit,
Qui naues perdiderunt & fortes ſocios
Omnes, Vlyſſes autem ſolus aufugit naue nigra.
Et Circes narrauit dolum, multaminuentionemq́;:
Et quomodò inferni domum iuit latam,
Animam interrogaturus Thebani Tireſiæ
Naui multiſeda: & inſpexit omnes ſocios,
Matrẽq́;, quæ ipſũ peperit, & nutriuit paruulũ exiſtẽtẽ:
Et Quomodo Sirenũ congregantium uocem audiuit:
Quomodoq́; iuit erratiles petras, grauemq́; Charybdim,
Scyllamq́;, quam nullo modo ſine morte uiri fugerunt:
Et quomodò Solis boues interfecerant ſocij:
Et quomodò nauem uelocem percuſsit ardenti fulmine
Iupiter altitonans: longè autem corupti ſunt boni ſocij
Omnes ſimul: ipſe autem malas mortes ſubterfugit:
Quomodoq́; iuit Ogygiã inſulã, nymphãq́; Calypſonẽ,
Quæ ipſum detinuit cupiens maritum eſſe
In ſpeluncis concauis, & cibauit, & dixit
Facturã immortalem, & non ſeneſcentem dies omnes,
Sed huic nunquam animum in pectoribus perſuaſit:
Et quomodò in Phæaces peruenit multa paſſus,
Qui iam ipſum ărca cor Deum tanquàm honorauerunt,
Et miſerunt cum naui dilectam in patriam teram,
Aes, aurumq́; ſufficienter ueſtemq́; dantes:
Hoc igitur ultimũ dixit uerbũ, quando ei dulcis ſomnus
Solutiuusmembrorum irruit, ſoluens curas animi:

Hæc

Ayuntamiento de Madrid

Hæc autem rurſus alia cogitauit Dea cæſia Minerua,
Quando iam Vlyſſem putabat ſuo in animo
Lecto ſuæ uxoris delectari, ac & ſomno,
Statim ab Oceano aurithronam matutinam
Mouit ut hominibus lumē portaret: ſurrexit āt Vlyſſes
Lecto ex molli: uxori autem uerbum demandauit:
O uxor, iam quidem multis ſatiati ſumus certaminibus
Nos ambo: tu quidem hic meum multum curis reditum
Flens: at me Iupiter doloribus, & Dei alij
Deſyderantem impediuerunt mea à patria terra:
Nunc autē poſtq̄ ambo perdeſyderatū uenimus lectum,
Res quæ mihi ſunt curæ in domibus,
Oueſq́;, quas mihi proci ſuperbi conſumpſerunt,
Multas quidem ego prædabor: alias autem Achiui
Dabunt, donec omnia implebunt ſtabula.
Sed certè quidem ego multum arboribus agrum uado,
Viſurus patrem bonum, qui mihi frequenter dolet: Vlyſſes egreditur ad patrem
Tibi autem uxor hoc mando prudenti exiſtenti.
Statim enim fama ibit ſimul Sole aſcendente
Virorum procorum, quos interfeci in domibus:
Vade ſuperiora aſcendens cum ancillis mulieribus
Sedere, neq; aliquem antè uideas, neq; interroga.
Dixit, & circum humeros indutus eſt arma pulchra:
Mouit autem Telemachum, & bubulcum, & ſubulcum:
Omnes autem arma iuſſit bellicoſa manibus capere:
Hi autem ei non imperſuaſi ſunt: armati ſunt autē ære:
Aperuerunt aūt ianuas, & exiuerūt: præiuit āt Vlyſſes.
Iam quidē lumen erat in terra: hos aūt igitur Minerua
Obſcuritate cooperiens, citò eduxit ciuitate.



Ayuntamiento de Madrid

## ARGVMENTVM .Ω. HOMERI COMPOSITIONIS.

*HAS horum procorum animas Mercurius in infernum deducit: & recognitio Vlyſſis fit ad patrē Laërtem: & turbationem Ithacenſis factam in procorum interitu, Minerua impedit.*

## ODYSSEAE .Ω. HOMERI COMPOSITIONIS.

*Omega aūt, Vlyſſes cum patre & filio pugna Achiuis.*

MERCVRIVS *autem animas Cyllenius euocauit*
*Virorum procorum: tenebat autem uirgam in manibus*
*Pulchrā, aureā: hac hominū oculos mulcæbat*
*Quorū uolebat: hos aūt rurſus & dormientes ſuſcitabat,*
*Hac mouens: hæ autem frementes ſequebantur:*
*Sicut autem quando ueſpertiliones ſeceſſu antri magni*
*Strepentes uolant, poſtquàm aliquis cadere fecit*
*Multitudine è petra, ſupraq́; mutuò tenentur:*
*Sic hæ frementes ſimul ibant: præibat aūt igitur ipſis*
*Mercurius ſoporantes ad latas uias:*
*Apud autem ibant Oceani fluxus & albam petram,*
*Et apud Solis ianuas, & populum ſomniorum*
*Ibant: ſtatim autem peruenerunt in herboſum pratum,*
*Vbi habitant animæ ſimulachra laborantium:*

*Mercurius procorum animas ad īferos deducit.*

*Inuenerunt*

Inuenerunt autem animam Pelidæ Achillis, Danaũ aĩæ
Et Patrocli,& ſtrenui Antilochi,
Aiaciſq́;,qui optimus erat ſpecieq́; corporeq́;
Aliorum Danaorum,poſt ſtrenuum Peliona.
Sic hìc quidem circa illum uerſabantur: propè autem
Iuit poſtea anima Agamemnonis Atridæ
Dolens:circũ aũt aliæ congregatæ ſunt quæcunq; cũ ipſa
Domo in Aegyſthi mortui ſunt,& mortem conſecuti ſunt:
Hunc prior anima allocuta eſt Pelionis:
Atride,ſupra quidẽ te dicebamus Ioui gaudenti fulmine Achillis umbra.
Viros heroas dilectum eſſe diebus omnibus,
Quoniam multiſq́; & fortibus imperabas
Populo in Troianorũ,ubi paßi ſumus dolores Achiui:
Certè igitur & tibi primùm aſtare debebat
Parca pernitioſa,quam nullus fugit quicunq; natus eſt:
Vtinam debuiſſes honore iuuatus quo imperabas
Populi in Troianorum mortem & fatum conſequi:
Quo tibi ſepulchrum quidem feciſſent omnes Achiui,
Ac & tuo filio magnam gloriam dediſſes in futurum:
Nunc aũt igitur te miſerrima morte fatatum erat capi.
Hunc autem rurſus anima allocuta eſt Atridæ:
Beati Pelei fili Deis ſimilis Achille, Atridis anima
Qui mortuus es in Troia longè Argo:circum aũt te alij Achilli
Interfecti ſunt Troianorum,& Achiuorũ filiorũ optimi de eius fu=
Pugnantes circum te:tu autem reuolutione pulueris nere.
Iacebas magnus oblitus equitatuum:
Nos autem toto die pugnabamus,neq; omnino
Ceſſauiſſemus à bello,niſi Iupiter turbine ſedaſſet:
At poſtquàm te ad naues portauimus ex bello,
Depoſuimus in lectis purgantes corpus pulchrum

Aquaq;

Ayuntamiento de Madrid

Aquaq; calida & unguento:multas autem te circum
Lachrymas calidas fundebāt Danai,totonderūtq; crines:
Mater autem ex mari uenit cū immortalibus marinis
Nundum auditura:uox autem in mare ruerat
Magna:ſuſcepit autem tremor omnes Achiuos:
Et ruentes iuiſſent concauas in naues,
Niſi uir detinuiſſet antiquaq; multaq; ſciens
Neſtor,cuius & antè optimum apparuit conſilium:
Qui ipſis bene prudens concionatus eſt & dixit:
Tenemini Argiui,ne fugite filij Achiuorum:
Mater ex mari hæc cum Deabus marinis
Venit,ſuo filio mortuo obuiatura.
Sic dixit:hi aūt retenti ſūt timore magnanimi Achiui:
Circum autem te ſteterunt filiæ marini ſenis
Miſerabiliter lugētes:circū āt īmortales ueſtes induerūt:
Muſæ autem nouem omnes reſpondentes uoce pulchra
Lamentabantur:tunc nullum illachrymem intelligeres
Arguorum:tale enim mouerat muſa ſtridula:
Septem & decem quidem te ſimul noctesq; & dies
Fleuimus,immortalesq; Dij,mortalesq; homines:
Achillis exequiæ — Octauâ & decimâ autē dedimus igni:multas aūt in ipſo
Oues iugulauimus ualde pingues,& nigras boues:
Cremebaris autem in ueſte Deorum, & unguento multo,
Et melle dulci:multi autem heroës Achiui
Armis irruerunt pyram circum combuſti,
Pedeſtresq; equeſtresq;:multus aūt ſtrepitus ortus eſt.
At poſtquàm te flamma perfecit Vulcani,
Manè iam tibi collegimus alba oſſa, Achilles,
Vino in puro & unguento:dedit autem mater
Auream amphoram:Dionyſij autem donum

Dicebat

Dicebat eſſe,opus autem inclyti Vulcani:
In hac tibi iacent alba oſſa illuſtris Achilles:
Mixtim autem Patrocli Menœtiadæ mortui:
Separatim aũt Antilochi,quẽ eximiè honorabas omnium
Aliorum ſociorum poſt Patroclum mortuum:
Circum ipſa aũt poſteà magnũ & excellens ſepulchrum
Fudimus Arguorũ ſacer exercitus bellicoſorum
Littore in excelſo,in lato Helleſponto,
Vt longè manifeſtius ex ponto uiris eſſet
His qui nunc nati ſunt,& qui in futurum erunt:
Mater autem petens Deos perpulchra præmia,
Poſuit medio in certamine optimis Achiuorum
Iam quidem multorum ſepulchao uirorum obuiaui
Heroum,quando aliquando mortui Regis
Cingunturq; iuuenes & parant certamina:
Sed illa maximè uidens miratus fuiſſes animo,
Qualia in te poſuit Dea perpulchra certamina
Argẽteapedibus Thetis:ualde enim amicus eras Deis,
Sic tu quidem,neq; mortuus nomẽ perdidiſti,ſed tibi ſẽper
Omnes in homines gloria erit bona Achille:
At mihi quæ hæc utilitas,quoniam bellum feci?
In reditu enim mihi Iupiter conſuluit malam mortem
Aegyſthi à manibus,& pernitioſæ uxoris.
Sic hi quidem talia inter ſe loquebantur:
Propè autem ipſos uenit internuncius Argnecator,
Animas procorum deducens Vlyſsi domitorum:
Hi autem igitur ſtupefacti rectà iuerunt poſt q̃ uiderunt:
Cognouit autem anima Agamemnonis Atridæ
Filium Melanthij perinclytum Amphimedonta:
Hoſpes enim erat Ithacæ in domo habitans:

Hunc

Hunc prior anima allocuta eſt Atridæ:
  Amphimedon, quid patientes tenebroſã terrã ueniſtis

*Agamemnonis anima Amphimedonti proco*

Omnes electi & coætanei? neq; aliter
Diſcernens elegiſſet in ciuitate uiros optimos:
Nunquid in nauibus Neptunus domuit
Mouens moleſtos uentos & undas longas?
An iniuſti uiri læſerunt in terra
Boues circa interfectos, & ouium grèges pulchros?
An pro ciuitate pugnantes & mulieribus?
Dic mihi interroganti: hoſpes autem dico eſſe:
An non recordaris, quando illuc ueni in ueſtram domum,
Mouens Vlyſſem cum diuo Menelao
Ilium ad ſimul ſequi bonis ſedibus in nauibus?
Menſe autem toto omnem tranſiuimus latum pontum
Feſtinatione perſuadentes Vlyſſem urbium populatorem.
  Hunc autẽ rurſus anima allocuta eſt Amphimedontis:

*Amphimedontis proci anima Atridæ interitus ſui hiſtoriã texit.*

Memini hæc omnia Ioue nutrite ſicut dicis:
Tibi autem ego bene ualde omnia uerè narrabo
Noſtræ mortis malum finem, qualis factus eſt:
Petebamus Vlyßis diu abſentis uxorem:
Hæc neq; negabat odioſas nuptias, neq; perficiebat,
Nobis conſultans mortem & parcam nigram:
Sed dolum hunc alium in mentibus cogitauit,
Statuens magnam telam in domibus texebat,
Tenuem & ultramenſuram, ſtatim autem nobis dixit:
  Iuuenes mei proci, quoniã mortuus eſt diuinus Vlyſſes,
Manete feſtinantes meas nuptias, donec ueſtem
Perficiam (ne mihi uana fila pereant)
Laërti heroi ſepulchralem, in quando ipſum
Parca pernitioſa ſuſceperit longè dormientis mortis,

Ne

Ayuntamiento de Madrid

Ne aliqua me in populo Græcarum accuſet,
Si ſine ueſte iacebit multa poßidens.
Sic dixit:nobis autem perſuaſus eſt animus ſuperbus:
Tunc diurna quidem texebat magnam telam:
Noctibus aũt diſſoluebat poſtquã lampades apponebat:
Sic trienno latuit dolo,& perſuaſit Achiuos:
Sed quando quartus uenit annus,& uenerunt tempora,
Et tunc aliqua dixit mulierum,quæ manifeſtè ſciebat,
Et hanc diſſoluentem inuenimus illuſtrem telam:
Sic hanc perfecit & non uolens ex neceßitate
Beneq́;,quæ ueſtem oſtendit texens magnam telam:
Lauans Soli ſimilem,uel Lunæ:
Et tunc iam Vlyſſem mala aliunde duxit fortuna
Agri in extremitate,ubi domos habitabat ſubulcus:
Illuc uenit dilectus filius Vlyßis diuini,
Ex Pylo arenoſa rediens cum naui nigra:
Hi autem procis mortem malam parantes,
Venerunt ad ciuitatem ualde inclytam,& Vlyſſes
Poſterior:at Telemachus antè præceßit:
Hunc aũt ſubulcus duxit mala corpore ueſtimẽta habentẽ,
Pauperi triſti ſimilem,& ſeni
Incũbentẽ:has aũt malas circũ corpus ueſtes indutus erat,
Neq; aliquis noſtrûm potuit cognoſcere hunc exiſtentem
Repentè apparentemq́;,neq; qui maiores natu erant:
Sed uerbis malis locuti ſumus & percußionibus:
At hic quidem diu tolerauit in ædibus ſuis
Percuſſus,& iniuria affectus tolerabili animo:
Sed quando iam ipſum ſuſcitauit Iouis mens ægiochi,
Cum quidem Telemacho perpulchra arma remouens
In thalamum depoſuit,& clauſit ſeras.



Ayuntamiento de Madrid

*At hic ſuam uxorem multis aſtutijs iuſsit*
*Arcum procis ponere,albumq́; ferrum,*
*Nobis grauiter morituris certamina & cædis principium.*
*Neq; aliquis noſtrûm potuit fortis arcus*
*Neruum tendere:ualde autem impotentes eramus.*
*Sed quando manus peruenit Vlyſsis magnus arcus,*
*Tunc nos quidem omnes minabamur uerbis*
*Arcum non dari,neq; ſi ualde multùm diceret:*
*Telemachus autem ei ſolus mouens iuſsit:*
*At hic ſuſcepit manu perpatiens diuus Vlyſſes:*
*Facilè autem tetendit arcum,per autem miſit ferrum:*
*Stetit aũt in pauimentum iens,uelocesq́; effudit ſagittas,*
*Grauiter aſpiciens,percuſsit autem Antinoum Regem:*
*At poſteà alijs immiſit tela ſuſpirioſa*
*Contrà inſpiciens:hi autem ſimul ſtricti cadebant:*
*Cognitum aũt erat,ꝙ aliquis ipſis Deorũ adiutor eſſet.*
*Statim enim in ædibus ſequentes fortitudine ipſorum*
*Interficiebant cõuerſim:horũ ãt ſuſpiriũ mouebatur inde-*
*Capitibus ꝑcuſsis:pauimẽtũ ãt oẽ ſãguie fluebat: (cẽs,*
*Sic nos Agamẽnon perditi fuimus,quorũ adhuc nunc*
*Corpora neglecta iacent in domibus Vlyſsis.*
*Nondum enim ſciunt amici in domibus ſinguli,*
*Qui abluentes nigrum ſanguinem ex uulneribus*
*Deponentes lugerent:hic enim honor eſt mortuorum.*
*Hunc autem rurſus anima alloquuta eſt Atridæ:*
*Beate Laërtis fili prudens Vlyſſes,*
*Certè igitur cum magna uirtute poſſediſti uxorem,*
*Valde bonæ mentes erant irreprehenſibilis Penelopæ*
*Filiæ Icarij,ualde bene recordata eſt Vlyſsis*
*Viri iuuenis,quò ei gloria nunquam peribit*



Ayuntamiento de Madrid

Suæ uirtutis: facient autem in terreſtribus cantilenam
Immortales gratam prudenti Penelopæ:
Non ſic Tyndari filia mala conſultauit opera,
Iuuenem interficiens maritum: odioſa autem cantilena
Erit inter homines: difficilem autem famam præbebit
Libidinoſis mulieribus, & quæ bona erit.
 Sic hi quidem talia adinuicem loquebantur,
Stantes in inferni domibus ſub obſcuritatibus terræ.
 Illi aũt poſtq̃ ex ciuitate iuerunt, cito in agrũ peruenerunt
Pulchrum Laërtis factum, quem quondam ipſe
Laërtes poſſedit, poſtquàm ualde multum laborauit:
Illic ei domus erat: circum autem ſedem currebat omnino,
In qua comedebant, & ſedebant, & dormiebant
Famuli neceſſarij, qui ei amica operabantur:
In autem mulier Sicula anus erat, quæ ſenem
Diligenter curabat in agro longè à ciuitate:
Tunc Vlyſſes paſtoribus, & filio ſermonem dixit:
Vos quidem nunc ite beneædificatum oppidum:
Cœnã autẽ ſtatim porcorum ſacrificate quicunq; optimus.
At ego patrem tentabo noſtrum,
Si me agnoſcat & animaduertat oculis,
An ignoret multo tempore longè exiſtentem.
 Sic dicens, ſeruis bellicoſa arma dedit:
Hi quidem poſtà domum uelociter iuerunt: at Vlyſſes
Citò iuit multum fructibus uiridarium tentaturus,
Neq; inuenit Dolium magnum uiridarium in deſcendens,
Neq; aliquem ſeruorum, neq; filiorum: ſed hi
Sepis collecturi uiridarij eſſe ſeptum
Iuerant: at hic his ſenex uiam duxerat:
Hunc autem ſolum patrẽ inuenit benefacto in uiridario,

Vlyſſes ad patrem cõtendit.

Purgantem

Purgantem plantam,ſordidam indutus erat ueſtem
Laceram indecenter:circum autem tibias bouinas
Ocreas laceras ligauerat fugiens ſciſſuras,
Chirothecasq́; in manibus ruborum gratiâ:at ſuper
Caprinam galeam capite habebat dolorem augens:
Hunc aũt poſtquàm agnouit perpatiens diuus Vlyßes
Senectute conſumptũ,magnũ aũt mẽtibus dolorẽ habentẽ,
Stans ſub alta Pyro lachrymam effudit:
Cogitabat autem poſteà in mente,& in animo
Oſculari & amplecti ſuum patrem,& ſingula
Dicere,quomodò uenit,& peruenit in patriam terram,
An priùs interroget ſingulaq́; tentet:
Sic autem ei cogitanti uiſum eſt melius eſſe
Primùm cauillatorijs uerbis tentare:
Hæc cogitans,rectà iuit ad eum diuus Vlyßes:
Certè hic quidẽ detinens capite plantã arcũ fodiebat:
Hunc autem aſtans ,allocutus eſt illuſtris Vlyſſes:
O ſenex,non imperitia te tenet gubernare
Viridarium,ſed bene cura tenet,neq; omnino
Vlyſſes patrem compellat.
Non planta,non ficus,non uitis,non quidem oliua,
Non pirus,non ſulcus ſine cura in horto:
Aliud autem tibi dico:tu autem non iram impone animo
Ipſum te non bona cura tenet:ſed ſimul ſenectutem
Moleſtã habes,ſqualesq́; malè,& indecenter indutus es,
Non quidem pigritiæ dominus gratiâ non te curat,
Neq; te ſeruili indecet uideri
Forma & magnitudine:Regi enim uiro ſimilis es:
Tali autem ſimilis es,poſtquàm lotus eſt comeditq́;
Dormit molliter:hæc iuſtitia eſt ſenum:
Sed agè mihi hoc dic,& uerè narra:

Cuius

Ayuntamiento de Madrid

Cuius ſeruus es uirorum? cuius autem hortum gubernas?
Et mihi hoc dic uerè,ut bene ſciam,
Si uerè Ithacam hanc ueni,ſicut mihi dixit
Hic uir,nunc iam obuians huc uenienti,
Non ualde prudens: quoniā nō auſus eſt ſingula
Dicere,& audire meum uerbum ſicut interrogaui
Circa hoſpitem meum,ſicubi uiuit,& eſt,
An iam mortuus eſt,& in inferni domibus.
Nam tibi dico,tu autem intellige,& me audi:
Virū aliquando hoſpitatus ſum dilecta in patria terra
Ad nos uenientem,& nondū aliq̄s homo alius
Hoſpitum peregrinorum amicorum meam uenit domum:
Dicebat autem ex Ithaca genus eſſe,& dicebat
Laërtem Arciſiadem patrem eſſe ipſius:
Hunc quidem ego ad domos ducens bene hoſpitatus ſum
Accuratè diligens multis in domo exiſtentibus,
Et ei dona præbui hoſpitalia qualia decet:
Auri quidem ei dedi benefacti ſeptem talenta:
Dedi autem ei pateram totam argenteam,floridam,
Duodecim autem ſimplices ueſtes,totq; tapetes,
Tot autem pallia pulchra,tot autem poſthæc interulas:
Separatim autem rurſus mulieres eximias opera ſcietes,
Quatuor ſpecioſas,quas uoluit ipſe capere.
Huic autem reſpondit poſteà pater lachrymas fundēs:
Hoſpes,certè terram perueniſti quam interrogas:
Iniurij autem ipſam,& iniuſti uiri habent:
Dona autem uana hæc donaſti multa præbens.
Si enim ipſum uiuum inueniſſes Ithacæ in populo,
Quo te bene donis retribuens remitteret,
Et hoſpitalitate bona: hæc enim iuſtitia quicunq; eſt.



Ayuntamiento de Madrid

*Sed agè,mihi hoc dic,& uerè narra:*
*Quotus iam annus eſt,quando hoſpitatus es illum*
*Tuum amicum infelicem meum filium,ſi aliquando fuit,*
*Infortunatum,quem longè amicis & patria terra,*
*Vel in ponto comederunt piſces,uel in terra*
*Feris & auibus laniamentū factus eſt:neq; ipſum mater*
*Fleuit cooperiens,paterq́; qui ipſum genuimus:*
*Neq; uxor multum donata prudens Penelope*
*Plorauit in lectis dilectum maritum,ſicut decet,*
*Oculos claudens,hic enim honos eſt mortuorum,*
*Et mihi hoc dic uerè,ut bene ſciam:*
*Quis?unde es uirorum?ubi tibi ciuitas & parentes?*
*Vbi autem nauis ſtetit uelox,quæ te duxit huc*
*Diuinosq́; ſocios?an mercator ueniſti*
*Naui in aliena,hi autem te exire facientes diſceſſerunt?*
*Hunc aūt,reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:*
*Tibi enim ego certè omnia ualde uerè narrabo:*
*Sum enim ex Alybante,ubi inclytas domus habito,*
*Filius Aphidantis Polypemonidæ Regis:*
*At mihi nomen eſt Eperitus:ſed me fortuna*
*Errare fecit à Sicania huc uenire nolentem:*
*Nauis autem mihi ſtat in agro longè à ciuitate.*
*At Vlyßi hic iam quintus annus eſt,*
*Ex quo illinc iuit,& à mea diſceßit patria*
*Infelix:certè ei bonæ erant aues eunti*
*Dexteræ,quibus gaudens quidem ego dimiſi illum:*
*Gaudebat ille iens:animus autem nobis adhuc ſperabat*
*Miſceri hoſpitalitate,& ſplendida dona dare.*
*Sic dixit:hunc autem doloris nebula cooperuit nigra:*
*Ambabus autem manibus capiens puluerem ardentem*

*Fudit*

Ayuntamiento de Madrid

Fudit in capite albo grauiter ſuſpirans:
Huius autem motus eſt animus:ſupra nares autem ei iam
Acutum robur uerberauit dilectum patrem inſpicienti:
Oſculatus eſt āt ipſū amplectens:inſiliēsq; allocutus eſt:
Ille quidem hic ipſe ego,pater,quem tu inquiris, Vlyſſes patri ſe prodit
Veni uigeſimo anno in patriam terram:
Sed abſtine fletu,luctuq; lachrymoſo.
Etenim tibi dico:ualde autem oportet feſtinare tamen,
Procos interfeci in noſtris domibus,
Nocumentum reddens doloroſum,& mala opera.
Huic autem rurſus Laërtes reſpondit,dixitq;:
Siquidem iam Vlyſſes meus filius huc ueniſti,
Signū aliquod mihi nūc dic manifeſtum,ut perſuadear.
Hunc aūt,reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:
Cicatricem quidem primùm hanc animaduerte oculis,
Quam in Parnaſo me percuſſit ſus albo dente
Euntem:tu autem me præmiſiſti.& honoranda mater
Ad patrem Autolicum matris dilectum,ut caperem
Dona,quæ huc ueniens mihi præmiſit,& annuit:
Eia agè,tibi & arbores benefacto in uiridario
Dicam,quas aliquando dediſti:ego aūt petij te ſingulas,
Puer exiſtens in horto ſequens:per autem ipſas
Iuimus:tu autem nominaſti & dixiſti ſingulas:
Piros mihi dediſti tredecim,& decem malos,
Ficos quadraginta:ſulcos autem mihi ſic nominabas
Dare quinquaginta:frugifer autem ſingulus
Erat,illic uuæ omnigenæ erant,
Quando iam Iouis tempora aggrauabant deſuper.
Sic dixit:huius āt ipſius ſoluta ſūt genua et dilectū cor
Signa recognoſcentis,quæ ei firma dixerat Vlyſſes,



LIBROS DEL DR. L. MARCO
Ayuntamiento de Madrid

Circum aũt filium dilectum iecit brachia:hunc ad ſe
Cepit exanimatum pertolerans diuus Vlyſſes:
At poſtq̃ reſpirauit,& in mentem animus cõgregatus ẽ,
Iterum uerbis reſpondens,allocutus eſt:
 Iupiter pater,certè adhuc eſtis Dei in magno olympo,
Si uerè proci prauam iniuriam ſoluerunt:
Nunc autem grauiter timeo in mente,ne citò omnes
Huc irruant Ithacenſes:nuncios autem
Omnino immoueant Cephallenorum ciuitatibus.
 Hunc aũt reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyßes:
Confide,non tibi hæc in mentibus tuis curæ ſint:
Sed eamus ad domum,quæ uiridarium prope iacet:
Illuc autem Telemachum,& bubulcum,& ſubulcum
Præ miſi,ut cœnam pararent citißimè.
Sic igitur loquentes iuerunt ad domos pulchras:
Hi autem quando iam uenerunt domos bene habitatas,
Inuenerunt Telemachum,& bubulcum,& ſubulcum,
Incîdentes carnes multas,miſcentesq; nigrum uinum:
Interim autem Laërtem magnanimum ſua in domo
Famula Sicula lauit,& unxit oleo:
Circùm autem ueſtem pulchram iecit (at Minerua
Propè aſtans auxit membra paſtori populorum,
Maiorem quàm anteà & pinguiorem fecit uideri)
Ex balneo iuit:admiratus eſt aũt ipſum dilectus filius,
Poſtquàm uidit immortalibus Deis ſimilem contrà,
Et ipſum uociferans uerba uelocia allocutus eſt:
 O pater,certè ualde aliquis te Deorum ſempiternorũ
Formaq; magnitudineq; maiorem fecit uideri.
 Hũc ãt rurſus Laërtes prudens cõtrà allocutus eſt:
Vtinam enim ô Iupiterq; pater, & Minerua,& Apollo,
Qualis

Ayuntamiento de Madrid

Qualis Neriam cepi beneædificatam urbem,
Littore terræ Cephallenibus imperans,
Talis exiſtens heſternus in noſtris domibus
Arma habens humeris,inſtare & expellere
Viros procos,quò ipſorum genua ſoluiſſem
Multorum in domibus:tu aũt mentes intra lætus fuiſſes.
Sic hi quidem talia adinuicem dicebant.
Hi aũt poſtq̃ igitur ceſſarunt à labore, parauerũtq; cõui
Ex ordine ſederunt in lectiaſq;,ſedibuſq;: (uiũ,
Tunc hi quidem cœnam parabant:eâdem hora autem
Venit ſenex Dolius,ſimul autem huius filij ſenis — Dolius ſenex.
Ex operibus fatigati,poſtquàm ante ueniens uocauit
Mater anus Sicula,quæ ipſos nutriuit,& ſenem
Accuratè curauit,poſtquàm ſenectus accepit:
Hi autem ut Vlyſſem uiderũt,agnoueruntq; animo,
Steterunt in domibus ſtupefacti:at Vlyſſes
Dulcibus uerbis improperans dixit:
O ſenex,ſede ad cœnam:obliuiſcimini aũt ſtupefactionis:
Diu enim cibum parare prompti
Expectabamus in domibus uos expectantes ſemper.
Sic dixit:Dolius autem rectà iuit manus extendens
Ambas:Vlyſſes autem capiẽs oſculatus eſt manus in palma
Et ipſum uociferans uerba ueloċia allocutus eſt:
O amice,quoniam rediiſti cupientibus ualde nobis,
Neq; putantibus:Dei autem te duxerunt,
Salueq;,& ualde gaude:Dei autem tibi felicitates dent:
Et mihi hoc dic uerum,ut bene ſciam,
An iam apertè ſcit prudens Penelope
Redeuntem te huc,an nuncium moueamus.
Hũc autem,reſpondens,allocutus eſt prudens Vlyſſes:



Ayuntamiento de Madrid

*Vlyſses Dolio.*

O ſenex,iam ſcit,quid te oportet hæc laborare.
Sic dixit:hic autem rurſus ſedit bene polita in ſede:
Sic autem eodē modo filij Dolij inclytum circa Vlyſſem,
Interrogaruntq́; uerbis,& in manibus applicuerunt:
Deinde autem ſederunt apud Dolium patrem ipſorum.

*Exoritur tumultus ob cædē procorum.*

Sic hi quidem circa cœnam in domibus laborabant:
Vox autem igitur nuncia citò in ciuitatem iuit ubiq́;,
Procorum odioſam mortem & parcam dicens:
Hi autem ſimul audientes iuerunt aliunde alius,
Strepituq́; ſuſpirioq́; ædes ante Vlyſsis:
Ex āt mortuos ædibus portauerūt,et ſepelierunt ſinguli:
Hos autem ex alijs ciuitatibus domum ſingulus
Miſerunt ducere piſcatoribus uelocibus in nauibus ponē(tes:
Ipſi āt in cōcionē iuerūt congregati dolentes cor:
At poſtquàm adunati ſunt,congregatiq́; ſunt,
His Eupithes ſurrexit,& locutus eſt:
Filij enim ei intolerabilis in mentibus dolor iacebat
Antinoi,quem primum interfecit diuus Vlyſſes:
Hoc hic lachrymans concionatus eſt,& dixit:

*Eupithes cum Achæis conſpirat in Vlyſsis mortem.*

O amici,certè magnū opus uir hic operatus eſt Achiuis:
Hos quidem cum nauibus ducens multosq́; & bonos,
Perdidit quidem naues concauas:perdidit aūt populos:
Hos aūt ueniens interfecit Cephallenorū ualde optimos.
Sed agitè,antequàm hic,uel in Pylum citò eat,
Vel & in Elidem diuinam,ubi dominantur Epij,
Eamus,& poſteà triſtes erimus ſemper:
Pudor enim hæc ſunt & futuris audiri,
Si iam non filiorumq́;,fratrumq́; homicidas
Puniemus,non mihi in mentibus dulce erit
Viuere:ſed citiſsimè moriens defunctis cum ero.

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed eamus,ne præueniant tranſeuntes illi.
Sic dixit lachrymans:dolor autem cœpit omnes Achiuos;
Apud autem ipſos uenit Medon,& diuinus cantor
Ex domibus Vlyßis,poſtquàm ipſos ſomnus reliquit:
Steterunt autem in medijs:ſtupor aũt cœpit uirũ ſingulũ:
His autem & locutus eſt Medon prudentia ſciens:
Audite iam nunc me Ithacenſes:non enim Vlyſſes
Immortalibus ſine Deis hæc operatus eſt opera:
Ipſe ego uidi Deum immortalem,qui Vlyſſem
Prope ſtetit,& Mentori per omnia ſimilis fuit.
Immortalis autem Deus aliquando quidem ante Vlyſſem
Apparebat audaciã inijciens,aliquando procos turbans,
Currebat in domum:hi autem reſtricti cadebant.
Sic dixit:hos autem igitur omnes recens timor cœpit:
His autem & dixit ſenex heros Alitherſes
Maſtorides:hic enim ſolus uidebat præſentia & futura:
Qui ipſis bene ſapiens concionatus eſt,& dixit:
Audite iam nunc me Ithacenſes,quodcunq; dicam: Alitherſes diſſuadet.
Veſtra malignitate,amici,hæc opera facta ſunt:
Non.n.mihi ꝑſuadebamini,nõ Mentori paſtori populorũ,
Veſtros filios ceſſare ſtultitijs,
Qui magnum opus fecerunt iniuſtitijs malis,
Res conſumentes,& inhonorantes uxorem
Viri optimi,quem non ampliùs dicebant redire:
Et nunc ſic factum eſt,perſuademini mihi ſicut dico,
Ne eamus,ne quis coactum malum inueniat.
Sic dixit:hi autem igitur irruerunt magno clamore
Medijs plures:hi autem congregati illic manſerunt:
Non enim ipſis placuit uerbũ in mentibus:ſed Eupitheo
Perſuaſi ſunt:ſtatim autem poſteà in arma ruerunt.



Ayuntamiento de Madrid

Sed poſtquàm induti ſunt circum corpus ſplendidum æs,
Frequentes coadunati ſunt ante ciuitatem latamloco:
Hos autem Eupitheus duxerat ſtultitijs:
Dixit autem hic punire filij cædem,neq; fatatum erat
Retrò redire,ſed illic mortem conſequi:
At Minerua Iouem Saturnium allocuta eſt.
Pater noſter Saturnide eximie dominantium,
Dic mihi interroganti,quid tibi mens intùs occultat?
Nunquid priùs bellumq; malum,& pugnam grauem
Facies? an amicitiam cum ambobus pones?
Hãc ãt reſpõdẽs,allocutus ẽ nebularũcõgregator Iupi= (ter:
Filia mea,cur me hæc interrogas & inquiris?
Non enim iam hanc quidem conſultaſti mentem ipſa,
Vt certè illos Vlyſſes puniret ueniens?
Fac ut uoluiſti:dicam autem tibi ſicut decet:
Poſtquàm iam procos puniuit diuus Vlyſſes,
Fœdera fidelia incidentes,hic quidem regnet ſemper:
Nos autem rurſus filiorum fratrumq; cædis
Reuocationem faciemus:hi autem inter ſe diligant
Sicut anteà:diuitiæ autem & pax ſufficienter ſit.
Sic dicens,mouit anteà promptam Mineruam:
Venit autem ab olympi cacuminibus ruens.
Hi aũt poſtquàm igitur cibi dulcis deſyderiũ eiecerũt,
His igitur uerbis incœpit pertolerans diuus Vlyſſes:
Exiens aliquis uideat,ne iam propè ſint uenientes.
Sic dixit:extrà autem filius Dolij iuit ſicut iuſsit:
Statim aũt igitur in uiam iens,hos aũt propè uidit omnes:
Statim autem Vlyſsem uerba uelocia allocutus eſt:
Hi autem iam propè ſunt:ſed armemur citò.
Sic dixit:hi autem moti ſunt,& in arma ruerunt:

Minerua à Ioue rei euentum ſciſcitatur.

Nunciatur Vlyſsi hoſtium aduẽtus

Quatuor

Ayuntamiento de Madrid

Quatuor circum Vlyſſem,ſex autem filij Dolij:
Intùs autem igitur Laërtes Doliusq; in arma ruerunt,
Et cani exiſtentes neceſſarij bellatores:
At poſtquàm induti ſunt circum corpus ſplendidum æs,
Apuerũt ãt portas,extrà ãt iuerũt,dux erat ãt Vlyſſes:
His autem in eadem hora filia Iouis uenit Minerua,
Mentori ſimilis & corpore ac & uoce.
Hanc ãt uidens lætatus eſt ptolerans diuus Vlyſſes:
Statim autem Telemachũ allocutus eſt ſuum dilectũ filiũ:
Telemache,iam quidem hoc uideris ipſe iniens
Viros pugnantes,ubi diſcernuntur optimi,
Ne quid uitupera maiorum genus,qui anteà
Fortitudine ornati fuimus omnem in terram.
Hũc ãt rurſus Telemachus prudẽs cõtrà allocutus eſt:
Videbis ſi uolueris pater dilecte,hoc in animo
Non uituperantem tuum genus,ſicut dicis.
Sic dixit:Laërtes autem gauiſus eſt,& uerbum dixit:
Quæ mihi dies hæc,Dei dilecti,certè ualde gaudeo,
Filiusq; neposq; uirtutem circa pugnam habent.
Hunc autem aſtans allocuta eſt cæſia Minerua:
O Arceſiade omnium multò dilectiſſime ſociorum,
Supplicans filiæ Glaucopidi,& Ioui patri,
Statim ualde mouens præmitte longam lanceam.
Sic dixit,& inſpirauit robur magnũ Pallas Minerua.
Supplicans autem igitur poſteà Iouis filiæ magni,
Statim ualde mouens præmiſit longam lanceam,
Et percuſſit Eupitheũ galeam per æream genis,
Hæc non lanceam prohibuit,totaliter autem iniit æs:
Sonuit autem cadens;reſonuerunt autem arma in ipſo.

Ithacenſiũ pugna cum Vlyſſe.

Eupitheus à Laërte occiſus.

In

Ayuntamiento de Madrid

In ãt ruit propugnatoribus Vlyſſes & illuſtris filius:
Verberarunt autem enſibuſq́;, & lanceis utrinq; acutis:
Et iam omnes perdidiſſent, & poſuiſſent ſine reditu,
Niſi Minerua filia Iouis ægiochi
Clamaſſet uoce, detinuiſſetq́; populum omnem:
Abſtinete bello Ithacenſes difficili,
Vt ſine cruore ſeparemini citiſsimè.

*Minerua dirimit bellũ.*

Sic dixit Minerua: hos autem recens timor cœpit.
Horũ ãt igitur timentium ex manibus uolauerunt arma:
Omnia aũt in terrã ceciderunt, Dea uocem uociferante:
Ad autem ciuitatem reuerſi ſunt cupientes uitam.
Terribiliter clamauit pertolerans diuus Vlyſſes:
Ruit autem ſaltans, ſicut aquila altiuolans:
Et tunc iam Saturnides miſit ardens fulmen:
Decidit autem ante Glaucopidem fortempatre:
Et tunc Vlyßem allocuta eſt cæſia Minerua:
Iouenate Laërtiade, prudens Vlyſſes,
Abſtine, ſeda autem contentionem æqualis belli,
Ne Saturnides iraſcatur lateſonans Iupiter.
Sic dixit Minerua: hic aũt obediuit: gauiſus eſt aũt aĩo:
Fœdera autem rurſus in futurum cum ambobus poſuit
Pallas Minerua filia Iouis ægiochi,
Mentori ſimilis & corpore ac & uoce.

FINIS ODYSSEAE HOMERI.

Ayuntamiento de Madrid

# HOMERI BATRACHOMYOMACHIA, ID EST, RANArum & Murium pugna, Aldo Manutio Romano interprete.

SNcipiens primum Muſarum cœtum ex Helicone
Venire in meum cor ſupplico gratia cantus,
Quem nuper in libellis meis ſuper genua poſui,
Litem immenſam, tumultuoſum opus Martis,
Supplicans hominibus in aures omnibus mittere,
Quomodò mures in ranas principantes iuerunt,
Terrigenûm uirorum imitati opera gigantum:
Sic ſermo inter mortales erat, tale ãt habuit principium:
Mus aliquando ſitibundus, felis periculum euitans,
Propinquum in lacum teneram adpoſuit barbam,
Aqua delectatus dulci: hunc autem uidit
Limnocharis obſtrepera, uerbum autem locuta eſt tale:
O hoſpes, quis es? unde uenisti ad littus? quis ãt q̄ te pro
Oĩa aũt uerè dic, ne mendacem te intellexero. (duxit?
Si enim te nouerim amicum dignum, ad domum ducam:
Dona autem tibi dabo hoſpitalitia multa & bona:
Sum autem ego rex Phyſignathus, qui per lacum
Color, ranarum dux dies omnes:
Et me pater Peleus olim genuit, Hydromeduſæ
Mixtus in amicitia apud ripam Eridani:
Et te quidem uideo pulchrũq́;, & fortem, egregiũ aliorũ
Sceptriferum regem, & in bellis pugnacem

Limnocharis, hoc eſt, palude gaudens.

Phyſignathus, hoc ẽ, q̄ ſe inflet maxillis.

Hydromeduſæ, hoc ẽ, reginæ aquarum.

Eſſe,

Eſſe:ſed agè citiùs tuam generationem concionare.
Huic autem rurſus Pſicharpax reſpondit,dixitq́;:
Quidnã genus meũ ꝑquiris ô amice,manifeſtum omnibus
Hominibuſq́;,Deiſq́; & cœleſtibus uolatilibus?
Pſicharpax quidem ego uocor:ſum autem filius
Troxartæ patris magnanimi:at mater
Lichomyle,filia Pternotroctæ regis:
Genuit autem in lignario me,& enutriuit cibarijs
Ficubus & nucibus,& edulijs omnigenis:
Quomodò aũt amicũ facies me in naturã nihil ſimilem?
Tibi quidem enim uita eſt in aquis:ſed mihi certè
Quæcunq; apud homines comedere cõſuetudo,neq; me la(tet
Panis ter piſtus à bene rotunda ciſta,
Neq; placenta extenſa habens multam ſiſamida,
Non ſectio ex perna,non iecora albamueſtem habentia,
Neq; caſeus nuper preſſus à ſuaui lacte,
Non bonum dulcearium,quod & diui deſyderant,
Neq; quæcunq; ad conuiuia hominum faciunt coci,
Ornantes ollas condimentis uarijs:
Nunquam ex bello malum effugi clamorem,
Sed ſtatim ad pugnam iens propugnantibus mixtus ſum:
Non timui hominem,quãuis magnum corpus ferẽtem,
Sed ad lectum iens,ſummum digitum mordeo,
At à pede accepi,& non dolor occupauit uirum,
Suauis non aufugit ſomnus mordente me.
Sed duo ualde omnia timeo omnem per terram,
Accipitrem & felem,qui mihi magnum luctum adferunt:
Et decipulam gemituoſam,ubi doloſum exiſtit fatum:
Plurimùm iam felem ſupertimeo,quæ optima,
Quæ & foramen ingredientẽ per foramen perquirit,
Non

Pſicharpax .i.micarum raptor.
Troxartæ, hoc eſt,uorãtis panẽ.
Lichomyle à lambendis molis.
Pternotroctæ.i.pernas ſeu coxas arrodentis.
Siſamida, genus eſt leguminis.

Ayuntamiento de Madrid

Non comedo raphanos,non caules,non cucurbitas,
Non betis uiridibus paſcor,neq; apijs:
Hæc enim ueſtra ſunt edulia per lacum.
Ad hæc ãt ſubridens Phyſignathus contrà locutus eſt:
O hoſpes,ualde gloriaris ob uentrem,adſunt & nobis
Multa ualde in lacu & in terra mirabilia uiſu,
Vtriuitam enim dedit paſcuam ranis Saturnius Iupiter,
Saltare per terram,& in aquis corpus cooperire:
Si autem uis & hæc ſcire,facile eſt,
Portem te in humeris:tene aũt me,ne aliquando pereas:
Sic gauiſus in meam domum uenias.
Sic certè inqt,& terga dabat:ille aũt aſcẽdebat uelo
Manus habens tenerũ per collum,ſaltu facili: (citer,
Et ĩprimis qdẽ gaudebat,quãdo ĩtuebatur uicinos portus
Natatione gaudens Phyſignathi:ſed quando iam utiq;
Vndis purpureis ſubmergebatur,multũ lachrymabatur,
Inutilem pœnitentiam accuſabat:euellebat autem comas,
Et pedes ſtringebat per uentrem:in illo autem cor
Concutiebatur inſolentia,& in terram uolebat uidere:
Vehementer aũt ingemiſcebat timoris frigidi neceßitate:
Caudam quidem in primis extendit in aquis, tanq̃ remũ
Trahens,ſupplicansq; Deis in terram uenire,
Aquis purpureis ſubmergebatur,multũ aũt clamabat,
Et talem dixit ſermonem,ab ore autem concionabatur:
Non ſic humeris portauit onus amoris
Taurus,quando Europam per undam duxit in Cretã,
Vt me nauigans ſuperhumeralem duxit ad domum
Rana,eleuans pallidum corpus aqua alba:
Hydrus ãt ex improuiſo apparebat,horrẽdũ ſpectaculũ
Vtriſq;,erectum autem ſuper aquam habebat collum:

Hunc

Hūc uidēs,ingreſſus ē Phyſignathus, nō quicq̄ intelligēs
Qualem ſocium perditurus erat per lacum:
Ingreſſus ē āt profūditatē lacus,et euitauit parcā nigrā:
Ille autem ut relictus eſt,cecidit ſupinus ſtatim in aquā:
Manus autem ſtringebat,& moriens ſtridebat:
Sæpe quidem ingrediebatur in aquam,ſæpe aūt rurſus
Calcitrans egrediebatur:mortem āt nō poterat euitare:
Madentes aūt pili plurimum pondus trahebant in ipſo:
Aquis autem periens,tales locutus eſt ſermones:
Non latebis utiq; Deos Phyſignathe hæc faciens,
Naufragum iaciens à corpore ut à petra,
Non certè me per terram melior eras ô peſſime,
Pancratioq;,luctaq;,& ad curſum:ſed decipiens
In aquam me proiecíſti:habet Deus ultorem oculum,
Pœnam tu ſolues murium exercitui,neq; euitabis.
Hæc locutus expirauit in aquis:hunc autem uidit
Lichopinax,ripis inſidens mollibus:
Vehemēter aūt ululauit,currēs āt annūciauit muribus:
Vt āt didicerūt mortē,ingreſſa eſt ira ꝑnicioſa uniuer=
Et tunc præconibus ſuis iuſſerunt ſub diluculum (ſos,
Proclamare ad concionem,in domos Troxartæ
Patris infelicis Pſicharpagis,qui per lacum
Supinus natabat,mortuum corpus, neq; iuxta ripas
Erat iam miſer,medio autem natabat ponto:
Vt aūt uenerunt feſtinantes cum Aurora,primū ſurrexit
Troxartes ob filium iratus,dixitq; ſermonem:
O amici,tametſi ſolus ego mala multa paſſus
Ex ranis,ſors mala omnibus facta eſt:
Sum autem ego infelix,poſtquàm tres filios perdidi:
Et quidem primum utiq; occidit rapiens

Lichopi=
nax,quod
lābat paro
pſides &
quadras.

Inimi=

*Inimiciſsimus felis, foramen extra capiens:*
*Alium autem rurſus uiri crudeles ad mortem duxerũt,*
*Vanioribus artibus ligneum dolum inuenientes,*
*Quam decipulam uocant, muriũ perditricem exiſtentẽ:*
*Qui tertius erat dilectus mihi & matri inclytæ,*
*Hunc ſuffocauit Phyſignathus in profundum ducens:*
*Sed agedùm armemur, & exeamus in ipſas,*
*Corpora ornantes in armis uarijs.*
*Hæc locutus, perſuaſit armari uniuerſos:*
*Hos quidem utiq; Mars belli curam habens,*
*Tibiaria arma quidem primùm ærea tibias poſuerunt,*
*Frangentes fabas uirides, beneq́; aptantes:*
*Quas ipſi per noctem ſtantes comederunt.*
*Thoraces autem habebant calamis circundatis à corijs,*
*Quos felem excoriantes ſcienter fecerunt:*
*Clypeus ãt erat lucernæ medius umbilicus, at certè lãceæ*
*Longæ acus, omnino æreum opus Martis:*
*At caſsis teſta in temporibus nucis:*
*Sic quidem mures erant armati: ut autem intellexerunt*
*Ranæ, egreſſæ ſunt ab aqua, in unum locum,*
*Venientes conſilium congregauerunt belli mali:*
*Cõſyderãtibus aũt ipſis unde ſeditio, uel quis tumultus,*
*Præco propè uenit, ferens ſceptrum in manibus*
*Tyroglyphi filius magnanimi Embaſichytros,*
*Nuncians belli malam famam, dixitq́; ſermonem:*
*O ranæ, mures uobis minitantes miſerunt*
*Dicere armari ad bellumq́; pugnamq́;.*
*Viderunt enim per aquam Pſicharpaga, quem occidit*
*Veſter rex Phyſignathus: ſed pugnate*
*Quæcunq; inter ranas egregiæ genitæ eſtis.*

*Tyrogly= phi, hoc eſt, excauatoris caſeorum. Embaſichy tros, quod ſoleat in ol*

*Sic las irrepere*

*Sic locutus diſparuit: ſermo autem in aures murium*
*Ingrediens, conturbauit mentes ranarum ſuperbarum:*
*Accuſantibus autem ipſis, Phyſignathus dixit ſurgens:*
*O amici, non occidi ego murem, neq; uidi*
*Pereuntem, omnino ſuffocatus eſt ludens iuxta lacum,*
*Natatus ranarum imitatus: at peßimi*
*Nunc me accuſant inculpabilem: ſed agè conſilium*
*Inquiramus, ut doloſos mures deperdamus.*
*Etenim ego dico, ut mihi apparent eſſe optima,*
*Corpora ornantes armati ſtemus uniuerſi*
*Summas iuxta ripas, ubi præceps locus:*
*Quando autem impetum facientes in nos, uenerint,*
*Accipientes à galeis quicunq; propè obuius uenerit,*
*In lacum ipſos cum armis ſtatim deijciamus.*
*Sic enim ſuffocantes in aquis experteis natandi,*
*Conſtituemus lætæ ſtatim muriũ occiſorũ hîc trophæũ.*
*Sic certè locutus, armis induit uniuerſos:*
*Folijs quidem maluarum tibias ſuas circũcooperuerunt:*
*Thoraces autem habuerunt uiridibus latis à betis:*
*Folia autem braßicarum in clypeos bene aptauerunt:*
*Lancea autem acutus iũcus unicuiq; lõgus aptatus erat,*
*Et galeæ cocleis ſubtilibus capita circumcooperiebant:*
*Minutæ autem ſteterunt in ripis altis,*
*Conquaſſantes lanceas: animo aũt plena erat unaquæq;.*
*Iupiter autem Deos uocans in cœlum aſtriferum,*
*Et belli multitudinẽ oſtendens, potenteſq; pugnatores*
*Multos, & magnos, & lanceas longas ferentes,*
*Qualis Centaurorum exercitus procedit & gigantum,*
*Suauiter ridens interrogabat, qui ranis auxiliatores*
*Vel muribus, immortalium, & Palladem allocutus eſt:*
*O filia,*

Ayuntamiento de Madrid

O filia, muribus nunquid auxiliatura ibis?
Etenim tuũ per templũ ſemper exultant uniuerſi,
Odore delectati & ab arijs ex ſacrificijs.
Sic certè dixit Saturnius, hunc aũt alloquuta eſt Pallas:
O pater, non certè unquàm ego muribus uexatis
Venirem auxiliatrix, quoniam mala multa mihi fecerũt,
Coronas deſtruentes & lucernas, cauſâ olei:
Hoc autem meas ualde momordit mentes, quod fecerunt,
Peplum meum corroſerunt, quod texui laborans
Ex trama ſubtili, & ſtamen ſubtile neui,
Foraminaq; fecerunt: at ſutor mihi inſtitit,
Exigit à me uſuras: huius gratiâ irata ſum:
Mutuata enim ſubtextum, & non poſſum reſtituere.
Sed neq; ſic ranis auxiliari non uelim:
Sunt enim neq; ipſæ mentibus firmæ: ſed me primùm
Ex bello redeuntem, poſtquàm ualde defatigata fui,
Somno indigentem non permiſerunt tumultuantes,
Neq; parum oculos deflectere: ego autem inſomnis iacebam
Caput dolens, donec clamauit gallus gallinaceus.
Sed agè, ceſſemus Dei ijs auxiliari,
Ne utiq; aliquis ueſtrûm uulneretur telo acuto:
Sunt enim cominùs pugnãtes, etiã ſi Deus cõtrà ueniret:
Omnes autem de cœlo delectemur litem uidentes.
Sic certè dixit: huic autem pòſt paruerunt Dei alij:
Omnes ſimul autem collecti uenerunt in unum locum:
At uenerunt præcones duo, ſignum belli ferentes:
Et tunc culices magnas tubas habentes,
Vehementer tubâ clãgebant belli ſtrepitum: cœlitùs aũt
Iupiter Saturnius intonuit ſignum belli mali. Lichenorẽ,
Primus aũt altè clamans Lichenorem uulnerauit lancea à lamben=
Stantẽ inter propugnatores, per uentrẽ in mediũ hepar, da cauda.

EE

Ayuntamiento de Madrid

Cōcidit āt pronus:teneras aūt puluerulētas ſcat comas:
Troglodytes autem poſt ipſum iaculatus eſt Pileona:
Infixit aūt in pectore ſolidā lanceā:hunc aūt cadentem
Cepit nigra mors:anima autem ex corpore euolauit:
Seuthlæus aūt utiq; occidit patiens cor Embaſichytrum:
Artophagus autē Polyphonum per uentrem percußit:
Cecidit autem ſupinus:anima autem membris euolauit:
Lymnocharis autem ut uidit pereuntem Polyphonum,
Troglodytem petra molari uulnerauit anticipans
Collum iuxta medium:huic aūt caligo oculos cooperuit:
Lichenor autem ipſius obſeruabat lancea lucida,
Et percußit,neq; aberrauit per hepar:ut autē intellexit
Crambophagus,ripis profundis incidit fugiens:
Sed neq; ſic effugit in aquis,impulit autem ipſum,
Cōcidit āt,non reſpirauit:tingebatur āt ſanguine lacus
Purpureo:ipſe autem iuxta littus extenſus eſt,
Venis pinguibus incitatus inteſtinis:
Lymniſius autem in ripis Tyroglyphum ſpoliauit:
Pternoglyphū aūt uidens Calaminthius,in timorē uenit:
Saltauit autem in lacum fugiens,clypeum iaciens:
Hydrocharis autem occidit Pternophagum regem,
Saxo percutiens per guttur:cerebrum autem
Ex naribus ſtillabat:polluebatur autem ſanguine terra:
Lichopinax āt occidit irreprehenſibilem Borborocœtem,
Lancea impetum faciens:obſcuritas aūt oculos cooperuit:
Praßiphagus autem uidens,pede traxit Cnißodioctem,
In lacu autem ſuffocauit,tenens manu neruum.
Pſicharpax autem ultus eſt ſocijs mortuis,
Et percußit Peluſium per uentrem in medium hepar:
Cecidit autem illū ante:anima autem ad infernum iuit:
Pelobates autem uidens luti manipulum iecit in ipſum,

Troglodytes,quod ingrediatur rimas & foramina. Seuthlæus, à beta uel porro. Artophagus,à uorando pane. Polyphonū quaſi dicas multiuocā. Crābophagus,à uorādis caulibꝰ. Lymniſius, paluſtris. Tyroglyphus,ab excauando caſeo. Hydrocharis,quòd aqua gaudeat. Borborocœtem,quod in cœno iaceat.

Et frontem inunxit, & excæcabat propemodùm:
Iratus eſt autem certè ille capiens utiq; manu forti
Iacentem in campo lapidem ponderoſum, pondus terræ,
Hôc percuſsit Pelobatē ſub genua: tota autem fracta eſt
Tibia dextra: cecidit autem ſupinus in pulueribus:
Craugaſides autem ultus eſt, & rurſus ibat in ipſum:
Percuſsit mediū aūt ipſum ꝑ uentrē: totus autem ei intrò
Acutus iuncus ingrediebatur: humi aūt effundebātur uni=
Inteſtina, extracta à lancea manu graui: (uerſa
Sitophagus autem ut uidit in ripis fluminis,
Claudicans ex bello recedebat: cōſumebatur aūt ualde:
Saltauit autem in foſſam, ut aufugeret diram perniciem:
Troxartes āt percuſsit Phyſignathum in pedis ſummitatem:
Celeriter autem conſumptus in lacum ſaltauit fugiens:
Troxartes āt ut uidit adhuc ſemiuiuū, qui antè ceciderat,
Et illi incurrit rurſus occidere deſyderans:
Praſſæus āt ut uidit adhuc ſemiuiuū, qui antè ceciderat,
Venit per propugnatores, & iaculatus eſt acuto iunco,
Neq; fregit ſcutum: tenebatur autem ipſius lanceæ acies:
Erat āt qdā inter mures iuuenis filius egregius īter alios
Cominùs pugnās charꝰ filius irreprehēſibilis Artepibuli
Princeps, ipſum Martē oſtēdens robuſtus Meridarpax,
Qui ſolus inter mures dominabatur pugnando:
Stetit autem iuxta lacum elatus ſolus ab alijs:
Iactabat āt depopulatū ire ranarum genus iaculatricium:
Et certè perfeciſſet, quoniam magnum ipſi robur erat,
Niſi ſtatim intellexiſſet pater hominumq; Deorumq;,
Et tunc pereuntes ranas miſeratus fuiſſet Saturnius:
Mouens autem caput, talem locutus eſt uocem:
O Dij, certè magnum opus in oculis uideo,
Non parum me ſtupefecit Meridarpax per lacum,

Praſsiphagus, à comedēdo porro. Cniſſodioctē, quòd nidorem inſequatur. Pelobatē, quòd ꝑ lutū incedat. Craugaſides, quòd cauliū ſpeciē referat, nēpe colore. Sitophagus quòd cibos abſumat. Praſſæus, quòd caulis colorem imitetur. Artepibuli, muris cognomen, q. pani inſidietur. Meridarpax, à rapiendis particulis.



Ayuntamiento de Madrid

*Trucidare ranas deſyderans:ſed celerrimè*
*Palladem mittamus,tumultuoſum etiam & Martem,*
*Qui ipſum arcebunt à pugna,robuſtũ quãuis exiſtentem.*
*Sic certè locutus Iupiter: Mars aũt reſpõdebat ſermone:*
*Neq; certè Palladis,ô Iupiter,potentia,neq; Martis*
*Poterit ranis arcere diram perniciem:*
*Sed agè,omnes eamus auxiliatores,uel tuum iaculum*
*Moueatur magnũ,quod Titanas ſuſtulit,potenter operãs,*
*Quo Titanas occidiſti egregios ultra omnes,*
*Enceladúmq; ligaſti,& agreſtia genera gigantum.*
*Sic certè dixit:Saturnius ãt iaculatus eſt ardens fulmen:*
*Primùm quidem ĩntonuit,magnum aũt commouit cœlũ:*
*Sed poſteà fulmen terribile Iouis telum*
*Miſit inuoluens:illud aũt euolauit à manu regis.*
*Omnes quidem utiq; terruit iaculatus ranasq́; muresq́;.*
*Sed neq; ſic ceſſauit murium exercitus,ſed adhuc amplius*
*Cupiebat depopulatum ire ranarum genus iaculatricum,*
*Niſi ab olympo ranas miſeratus fuiſſet Saturnius,*
*Qui utiq; tunc ranis auxiliatores ilicò miſit: (lis curuis,*
*Venerunt ãt ex improuiſo habẽtes incudes in tergo,ungu-*
*Obliq̃ ĩgrediẽtes,tortuoſi,habẽtes cortices, ĩ ore oſtripel-*
*Oſſei naturâ,lati humeros,rutilantes in humeris, (les,*
*Blæſi,neruoſis manibus,à pectoribus intuentes,*
*Octopedes,bicipites,manibus incapabiles:illi ãt uocantur*
*Cancri:qui utiq; murium caudas oribus incîdebant,*
*Etiam & pedes & manus:flectebantur autem lanceæ:*
*Quos & timuerunt miſeri mures,neq; ſuſtinuerunt:*
*In fugam autem uertebantur.occidebat autem ſol iam,*
*Et belli finis unius diei perfectus eſt.*

*Cancrorum deſcriptio.*

Finis Homeri Batrachomyomachiæ.

*Homeri*

Ayuntamiento de Madrid

# HOMERI HYMNI DEORVM.

## IN APOLLINEM.

Memor ero,neq; obliuiſcar longè iaculantis Apollinis,
Quem & Dij ipſi per domum Iouis metuunt euntem,
Et utique aſſurgunt propè aduenienti
Omnes à ſedibus,quando præclaros tendit arcus.
Latona autem ſola manet apud Iouē fulmine gaudentem,
Quæ utiq; cordam remiſit,& occluſit pharetram:
Et illius à fortibus humeris manibus capiens,
Arcum ſuſpendit ad columnam patris ſui
Clauo ex aureo:hunc uerò in ſedem ſedere fecit ducens:
Huic igitur nectar dedit pater poculo aureo,
Oſtendens clarum filium:poſteà uerò Dij alij,
Vbi ſedent:gaudet autem ueneranda Latona,
Quoniam arciferum & fortem filium peperit.
Salue ô beata Latona,quoniā pepiſti præclaros liberos,
Apollinemq; regem,& Dianam ſagittis delectantem:
Hanc quidem in Ortygia,illum uerò aſpera in Delo,
Inclinata ad longum montem,& Cynthium collem,
Proximè palmam ſub Inopi fluentis.
Quō enī te laudabo oīno digniſſimū laudari exiſtētem?
Penitùs enim tibi ô Phœbe lex attributa eſt cantus,
Siue per cōtinentem uitulos nutrientem,ſiue per inſulas:
Omnes autem ſpeculæ tibi cantabant,ac uertices ſummi



Ayuntamiento de Madrid

Altorum montium,amneſq́; ad mare profluentes,
Littoraq́; ad mare protenſa,portuſq́; maris.
Certè ut te primùm Latona peperit gaudiũ mortalibus,
Procumbens ad montem Cynthij aſpera in inſula,
Delo in circunflua:utrinq; autem unda nigra
Prodibat ad terram dulceſpirantibus uentis:
Hinc ortus,omnibus mortalibus imperitas,
Quoſcunq; Creta intùs habet,& populus Athenarum,
Inſulaq́; Aegina,nauibuſq́; inclyta Euboëa,
Aegéque,Ereſiæq́;, & finitima mari Peparethus,
Thraciuſq́; Athos,& Pelij ſummi uertices,
Thraciáque Samus,Idæq́; montes umbroſi,
Scyrus,& Phocæa,& Autocanæ mons altus,
Imbrúſque bene habitata,& Lemnus ſociabilis,
Leſbúſque ualde diuina,beati ſedes Aeolionis,
Et Chius,quæ inſularum fœcundißima in mari iacet:
Saxoſáque Mimas,& Corycij ſummi uertices,
Et Clarus ſplendida,& Aeſageæ mons altus,
Et Samus aquoſa,Mycaleq́; alti uertices,
Miletúſque,Coúſque,urbs mortalium hominum:
Et Cnidus alta,& Carpathus uentoſa,
Naxúſque,& Paros,Reneáque ſaxoſa:
Tamẽ parturiẽs procul iaculãtẽ Apollinẽ uenit Latona,
Si qua tibi terrarum filio uelit habitacula ponere:
Hæ uerò ualde tremebant,& timebãt,neq; aliqua ſuſtulit
Phœbum ſuſcipere,& fertilis quanquàm eſſet,
Niſi quum utiq; Delum aſcendiſſet ueneranda Latona,
Et illam interrogans uerba alata dixit:
Dele,ſi enim utique uis ſedem eſſe filij mei
Phœbi Apollinis,imponeréque opulentum templum:



Ayuntamiento de Madrid

Alius autem nemo te tanget,neque te rogabit,
Neque bobus te fore puto,neque ouibus opulentam,
Neq; uindemiare feres,neq; plãtas innumeras produces:
Si aũt utiq; Apollinis lõgè operantis tẽplum habueris,
Homines tibi omnes ferent centum boum ſacrificia,
Huc congregati:nidor autem tibi immenſus ſemper:
Diu regem ſi alueris,Deiq; te habuerint
Manu ab aliena,quoniam non ſibi fertilitas ſub ſolo.
Sic dixit:gaudebat autem Delus,reſpondens aũt ait:
Latona inclytiſſima,filia magni Saturni,
Lubens quidem ego nationem proculmittentis regis
Suſciperem:grauiter enim uerè ſum malè ſonans
Apud hoĩes hominibus:ſic ãt utiq; admodũ honorata di-
Sed hunc tremo Latona ſermonẽ,neq; te cælabo: (cerer:
Valde enim quendam dicunt proteruum Apollinem
Fore:magnum autem imperium geſturum immortalibus,
Et mortalibus hominibus,ſuper ſancta donans aruum:
Huius cauſa utiq; grauiter timeo in mentem,& in animo,
Ne cum primùm uideat lumen Solis,
Inſulam dedecoret:quoniam aſperum ſolum ſum
Pedibus euertens,impellet maris in pelago:
Vbi me quidem magna unda ſtrenuè ſatis ſemper (ipſi,
Inundabit:hic aũt ad aliam terram ueniet,ubi placuerit
Conſtructurus templumq;,& lucos arboribus denſos:
Polypodes autem in me thalamos,phocæq; nigræ
Domicilia facient,neglectam multitudini populorum.
Sed ſi mihi feres utiq; Dea magnũ iuramentum iurare,
Hîc illum primum conſtructurum præclarum templum,
Fore hominum oraculum,& poſteà
Omnes ad homines quod multa nomina habet.



Ayuntamiento de Madrid

Sic utiq; dixit:Latōa ăt deorū magnū iuramētū iura=
Sciat nunc hæc terra & cœlū amplū ſuperiùs, (uit:
Et infernè fluens Stygis aqua,quodq́; maximum
Iuramentum,grauiſſimum exiſtit beatis Dijs:
Certè utiq; Phœbi hic odoriferum erit ſemper
Altare,et templū:honorabit ăt te utiq; maximè omnium.
Sed poſtquàm iuraſſetq́; finijſſetq́; iuſiurandū, (linis:
Delus qdē ualde gaudebat gēitura procul iacientis Apol=
Latona aũt nouem dies quidē & nouē noctes inſperatis
Partus doloribus torquebatur:deæ aũt erāt intùs omnes,
Quæcunq; optimæ erant Dioneq́;,Reaq́;,
Veſtigatrixq́; Themis,ac ualde gemens Amphitrite,
Aliæq́; immortales,abſq; albis ulnis decora Iunone.
Sedebat enim in domibus Iouis nubicogæ:
Sola autem non ſcierat faciēs laborem in partu Lucina.
Sedebat enim ſummo in olympo ſub aureis nebulis
Iunonis conſilio albisulnis decoræ,quæ illam detinebat
Inuidia,q, utiq; filium irreprehenſibilemq́; fortemq́;
Latona parere pulchricoma tunc futura erat:
Hæ autem Irim præmiſere à bene habitata inſula
Ducturam Lucinam,pollicentes magnum monile,
Aureis filis contextum nonicubitum:
Seorſum autem iuſſerunt uocare ab albiulna Iunone,
Ne ipſam poſteà uerbis uerteret uenientem.
Sed poſtquàm hoc audiuiſſet acripes uelox Iris,
Abijt utiq; currēs,ueluciter ăt trāſmiſit qcquid in medio
Ceterū ubi puenit Deorū ſolū altū olympū, (ſpatij ē:
Statim utiq; Lucinam à domo ad ianuam
Accerſens,uerbis alatis allocuta eſt,
Omnia ualde ſicut iubebant olympias domos habentes:

Huic autem animum ſtudebat in pectoribus charis:
Iuerunt autem pedibus,columbis timidis facie ſimiles,
Vbiq; in Delũ aſcẽdebat ſuccẽsdolorẽ parturiẽdo Lucina,
Hanc tunc utiq; partus cœpit,prompta aũt erat parere,
Circa autem palmam eiecit manus,genua autem fixit
Prato in molli,ſubriſit autem terra ſubtùs,
Proſilijt autem in lucem,Deæ uerò ulularunt omnes:
Vbi te,ô iaculator Phœbe,Deæ lauabant aqua alba
Caſtè & purè:faſciauerunt autem in ueſte candida,
Tenui,pulchra:circa autem auream faſciam iniecerunt:
Neq; utiq; Apollinẽ enſẽ habẽtẽ aureũ honorauit mater,
Verùm Themis nectarq; & ambroſiam amabilem
Immortalibus manibus propinauit:gaudebat ãt Latona,
Quoniam arciferum,& fortem filium peperit.
Cæterùm poſtquàm Phœbe comediſti immortalem cibũ,
Non te utiq; ampliùs retinuerũt aureæ faſciæ palpitãtẽ,
Neq; uincula detinuere:ſoluebantur autem funes omnes:
Statim autem immortales allocutus eſt Phœbus Apollo:
Sit mihi citharáq; chara,& curui arcus,
Vaticinaborq; hominibus,Iouis uerum conſilium.
Sic cùm dixiſſet,deſcendebat à terra latiuia
Phœbus intenſus,longè iaculans:hæ autem omnes
Stupebant immortales.auro igitur Delus uniuerſa
Onerabatur,aſpiciens Iouis Latonæq; genitarum
Gauiſa:quoniam illam Dea elegit domum facere
Inſularum,continentisq;,amauitq;:ex animo magis
Floruit,ſic ut quando uertex montis floribus ſyluæ:
Ipſe ãt habẽs argẽteũ arcũ rex lõgeiaculator Apollo,
Interdum quidem Cynthum aſcendiſti ſaxoſam,
Interdum autem rurſus ad inſulasq; & uiros fugiſti:

Multa

Ayuntamiento de Madrid

*Multa tibi ſunt templa,lucique arboribus denſi:*
*Omnes autem ſpeculæq; charæ,& uertices ſummi*
*Altorum montium,amneſq; ad mare profluentes,*
*Sed tu in Delo Phœbe maxime oblectas animum:*
*Vbi tibi trahentes ueſtes Iaones congregantur*
*Suis cum liberis ac uenerandis uxoribus:*
*Hi autem te pugilum certamine,& tripudio,& cantu*
*Memores exhilarant,cùm conſtituerent certamen,*
*Diceret utique immortales & inſeneſcibiles eſſe uir,*
*Qui tunc oppoſiti tibi Iaones congregati eſſent:*
*Omnium utiq; uiderit gratiam:delectarit autem animũ,*
*Viróſque inſpiciens,benéque cinctas mulieres,*
*Nauéſque ueloces,& ipſorum opes multas:*
*Ad hæc aũt magnũ miraculum,cuius laus nunq̃ peribit,*
*Puellæ Deliades proculiaculantis Apollinis miniſtræ,*
*Quæq; poſtquàm primũ quidem Apollinẽ laudauerint,*
*Rurſus aũt Latonámque & Dianã ſagittis gaudentem,*
*Mentionem facientes uirorũq; antiquorũ,atq; mulierũ,*
*Hymnum canunt,demulcéntque gentes hominum:*
*Omnium autem hominum uoces & ſtrepitum*
*Imitari norunt,dicerétque utique ipſe ſingulus*
*Loqui,adeò illis bona coaptata eſt cantio.*
*Sed agè,ô Latona quidem,Apollóque Diana cum,*
*Saluete uos omnes,mei autem & poſteà*
*Memores ſitis,quando utique aliquis terreſtriũ hominũ*
*Hîc roget hoſpes ærumnoſus ueniens:*
*O puellæ,quis autem uobis uir ſapientiſsimus poëtarum*
*Hîc uerſatur,& cauſa cuius maximã capitis uoluptatem*
*Vos bene ualde reſponderitis à nobis?*
*Cæcus uir habitat autem Chium ſaxoſam,*

*Cuius*

Ayuntamiento de Madrid

*Cuius omnes in pretio poſteà erunt cantiones:*
*Nos autem noſtram laudem feremus quantum ad terrã*
*Hominum uerſamur urbes bene habitatas:*
*Deinde id illi credent, quoniam & uerum eſt:*
*Verùm ego non deſinam proculiaculantem Apollinem*
*Laudãs argentiarcum, quem pulchricoma pepit Latona.*
*O rex, & Lyciam, & Meoniam amabilem,*
*Et Miletum habes maritimam urbem optabilem:*
*Ipſe aũt Delum circuminundatam magnoperè imperas:*
*Contendit autem ludens Latonæ inclytæ filius,*
*Cithara caua ad Python ſaxoſam,*
*Immortales ueſtes habẽs, odoriferasq́; huius aũt cithara*
*Aureo à plectro ſonum habet amabilem:*
*Hinc autem ad olympum à terra ut mens*
*Contendit Iouis domum Deorum cum cœtu aliorum:*
*Statim immortalibus curæ eſt citharáque & cantio.*
*Muſæ quidem omnes reſpondentes, uoce pulchra*
*Laudant utique Deorum dona immortalia, & hominum*
*Aerumnas, quantas habent ab immortalibus Dijs,*
*Viuunt deſperati ac inopes conſilij, neque poſſunt*
*Inuenire mortis medelam, & ſenectutis remedium.*
*Cæterùm pulchricomæ Gratiæ, & bene ſapiẽtes Horæ,*
*Harmoniáque, Hebéque, Iouis filiáque Venus,*
*Tripudiant inuicem in carpum manus tenentes:*
*Cum his quidem, neque turpis canit, neque lachia:*
*Sed ualde magnáque & forma admirabilis*
*Diana ſagittis gaudens, educata ſimul cum Apolline,*
*Vbi rurſus cum his Mars, & bene ſpeculans Argicida*
*Ludunt, ſed Phœbus Apollo citharam pulſat*
*Pulchrè & ſublimiter: ſplendor autem illũ circumlucet,*
*Splendorq́;*

Ayuntamiento de Madrid

Splendorq; pedum,ac bene concinnæ ueſtis:
Hi autem delectabant animum magnum inſpicientes,
Latonáq; aureos habens capillos,ac dans cōſilia Iupiter,
Filium charum ludentem cum immortalibus Dijs.
Quo pacto igitur te laudabo oīno dignum laudari exi=
An te inter ſponſas laudem,& in amore, (ſtentē?
Quando animo triſti adijſti Azantida puellam?
Præſtabas ſimul cū dijs æquali Elatiōide abūdāte equis,
Aut ſimul cū Phorbāte Triopo genere,aut ſimul cū Ereu
Aut ſimul cum Leucippo,& Leucippi coniuge (the,
Pedes,hic uerò cum equis,neq; tamen Triopus deerat,
Aut ut primum oraculum hominibus
Quærens ſuper terram incediſti procul iaculās Apollo?
(Pieria enim primùm ab olympo deſcendiſti,
Lectonq; arenoſam tranſmiſiſti)aut Magneidas
Et per Perrhæbos,celeriter autem in Iolcum perueniſti,
Cæneumq; aſcendiſti in nauibus inclytæ Euboeæ:
Stetiſti āt in Lelātho cāpo,qui tibi nō placebat in animo,
Conſtruere templumq;,ac lucos arboribus abundantes.
Hinc autem Eurypum tranſiliēs lōgè iaculans Apollo,
Aſcendiſti ſuper montem ualde diuinum,uiridem:celeri=
ter autem perueniſti ab ipſo,
Mycaleſum adiens,ac Teumeſum lectos facientem:
Thebæ aūt adijſti ſolum circumamictū ſylua:
Nondū enim aliquis habitabat mortaliū ſacra in Theba,
Neq; igitur adhuc erant ſemitæ,nec uiæ:
Thebæ ſupra ſolum tritici ferace,ſed habebat ſyluam:
Hinc aūt primū amolitus es procul iaculans Apollo:
Oncheſtū āt ꝑueniſti Neptunū ſplendidū lucum, (tus,
Vbi nuꝑ domitus pullus reſpirat,licet ſit pōdere graua=
Trahēs currus pulchros:humi āt auriga q̄uis eēt præſtās

Ayuntamiento de Madrid

E curru tranſiliens,iter facit:hi autem tunc quidem
Illa uehicula pulſant imperio depoſito.
Si aũt utiq; currus duxerint in nemore arboribus pleno,
Equos quidem comunt:hos autem flectentes omittunt:
Vt enim primum fas eſt,hi autem regem
Orant,currum autem Dei tunc partem ſeruat.
Hinc autem primùm adiiſti procul iaculans Apollo
Cephiſum,utiq; deinde reperiſti pulchra fluenta habẽtẽ,
Quiq; ex Lileo profundit pulchrorũ fluentorũ aquam,
Hunc tranſiliens longè operans,& Ocalcen turritam:
Hinc utiq; in Amarthum ueniſti opulentum:
Iuiſti aũt ad Delphuſam,ubi tibi placuit regio innocua,
Conſtruere templúmq;,& lucos arboribus plenos:
Stetiſti aũt ualde prope ipſam,ac illã uerbis allocutus es:
Delphuſa,hîc utiq; ſentio præclarum templum,
Hominum conſtruere oraculum,quiq; mihi ſemper
Hîc ſacrificabunt perfectas hecatombas:
Et qui Peloponneſum pinguem habent,
Et qui Europam,& circundatas mari inſulas
Sciſcitaturi:his autem ego uerum conſilium
Omnibus uaticinarer,oracula edens in opulento templo.
Sic dicens,diſpoſuit fundamenta Phœbus Apollo
Ampla,& ualde lõga,cõtinua ſerie.hæc ãt cũ ĩſpexiſſet
Delphuſa,corde irata eſt,dixitq; uerbum:
Phœbe rex lõgè opans,uerbũ quid tibi in mentem ponã,
Hîc quoniam ſentis conſtruere præclarum templum,
Eſſe hominibus oraculum,hiq; tibi ſemper
Hîc ſacrificabunt perfecta ſacrificia centum boum:
Sed tibi dicam,tu autem in mente impone tua:
Nocebit ibi ſtrepitus equorum uelocium,

Irriga-

Ayuntamiento de Madrid

Irrigatiq; muli meis ſacris ex fontibus,
Hîc aliquis hominum uelit inſpicere,
Curruſq; benefactos,ac uelocipedum ſtrepitum equorũ,
Quàm templumq; magnum,& opes multas exiſtentes:
Sed ſi utique obtemperaueris,tu autem fortior et melior
Es,ô rex,me,tua autem uis eſt maxima,
In Criſſa fac ſub ſinu Parnaſi,
Vbi neq; currus pulchri agitabuntur,neq; tibi equorum
Velocipedum ſtrepitus erit benefabricatam circa aram.
Verùm & ſic ducerent Pæoni dona
Hominum inclytæ gentes,tu autem mente gauiſus,
Suſcipe ſacra pulchra circumuicinorum hominum.
Sic allocuta,proculmittentis perſuaſit mentẽ,ut ſibipſi
Delphuſæ laus ſit ſuper terrã,non ãt proculiaculantis:
Hinc autem primùm te recepiſti longemittens Apollo:
Perueniſti ãt ad Phlegyorũ uirorũ urbẽ iniuria affiden=
Qui Iouem non curantes,ſuper terrã habitabãt (tium,
In pulchra cauerna Cephiſidum prope lacum:
Hinc uelociter aſcendiſti ad iugum odorum:
Perueniſti autem ad Criſſam ſub Parnaſo niuoſo,
Vertice ad zephyrum uerſo,at deſuper
Petra ſuſpenſa eſt:caua autem porrigitur cauerna
Aſpera,ubi rex coniecit Phœbus Apollo
Templum facere optabile,dixitque uerbum:
Hîc utique ſentio me conſtructurũ præclarum templũ,
Eſſe hominibus oraculum,quique mihi ſemper
Hîc ſacrificabunt perfectas hecatombas,
Et qui Peloponneſum pinguem habent,
Et qui Europam,& circundatas mari inſulas
Sciſcitaturi:his autem ego uerum conſilium

Omnibus uaticinarer, oracula edens in opulento templo.
Sic cùm dixiſſet, diſpoſuit fundamēta Phœbus Apollo
Ampla, & ualde longa omnino: at in ipſis
Lapideum limen impoſuit Trophonius ac Agamedes,
Filij Ergini, amici immortalibus dijs:
Circum aūt templū habitarūt ineffabiles gentes hominū,
Fabricatis lapidibus ſempiternum eſſe ſemper:
Propè autem fons pulchrifluens, ubi draconem
Necauit rex Iouis filius ex forti corda arcus,
Valde nutritum magnū, mōſtrū horrēdū, q mala multa
Hominibus faciebat ſuper terram, multa quidē illis, (tū:
Multa āt ouibus extēſipedis, quoniā fuit nocumētū cruē
Et olī cū ſuſcepiſſet aureā ſedē habētis nutriebat Iunoni
Grauémq; difficilémque Typhaona, damnū mortalibus:
Quem olim utique Iuno peperit irata cum Ioue patre,
Quādo utique Saturnius ualde inclytā genuit Palladem
In uertice: hæc autem ſtatim irata eſt ueneranda Iuno:
Hæc autem & aggregatis immortalibus dixit:
Audite me omnes Dij, omnéſque Deæ,
Quòd me iniuria afficere incipit nubigrega Iupiter
Primus, quoniam me uxorem fecit inclyta ſcientem,
Et nunc ſine me peperit cæſiosoculos habentē Palladē,
Quæ inter omnes beatos decora eſt immortales:
Verùm hic debilis factus eſt inter omnes Deos (ficit
Filius meus Vulcanus, mutilus pedibus, quē pepi ipſa, de
Eiecit ſup manibus accipiēs, et impoſuit in amplo ponto:
Sed illum Nerei filia Thetis argentipes
Suſcepit, & ſuis ſororibus duxit:
Vtinam deberes aliud Dijs gratificare beatis,
Miſer, uerſute, quid nunc adhuc excogitabis aliud?

Quo

Ayuntamiento de Madrid

*Quo pacto tuliſti ſolus parere cæſiam Palladem?*
*Non utiq; ego peperi,& tua uocata: tamen*
*Eram utiq; inter immortales,qui cœlum amplũ habitant:*
*Et nunc utiq; aliquid moliar,ut naſcatur*
*Filius meus,qui utiq; inter Deos decore ſit immortales:*
*Neq; tuum pudore afficiens ſacrũ cubile,neq; meiipſius.*
*Neq; tecum in cubile uerſabor,ſed abs te*
*Longè exiſtens,cum Dijs ero immortalibus.*
*Sic dicens,procul à Dijs ſeceßit irata utiq; (da Iuno:*
*Statim deinde precabatur bouinos oculos habẽs ueneran*
*Manu ſublata autem agitauit terram,& dixit uerbũ:*
*Audite nunc me terra,& cœlum amplum deſuper,*
*Titanésq; dij,qui ſub terra habitatis*
*Tartarum circa magnum,ex ijs uiríq; diíq;,*
*Ipſi nunc me omnes audite,& date filium*
*Abſq; Ioue,nihil uim indigentem illo:*
*Sed hic præſtãtior ſit, q̃tũ Saturno amplioculus Iupiter.*
*Sic igitur effata,pulſauit terram manu craſſa:*
*Mota eſt igitur terra uitifera:hæc autem cùm uidißet,*
*Oblectabatur ſuo animo,putabat enim perfectum eſſe:*
*Ex hoc autem deinde finiſtrum ad annum,*
*Nunquam ad cubile Iouis uenit multa conſilia habentis,*
*Nunquam ad thronum uarium ſicuti anteà*
*Cum ipſo ſedens,ſapientia conſultans conſilia:*
*Verùm hæc in templis,multùm optatis manens,*
*Oblectabatur ſuis ſacris bouinosoculoshabẽs ueneranda*
*Sed quando iam nocteſq; & dies ꝑficiebantur, (Iuno;*
*Rurſus perfecto anno,& uenerunt horæ:*
*Hæc autem peperit neq; dijs ſimilem,neq; mortalibus,*
*Grauémq;,difficilémq; Tiphaona,damnum mortalibus:*

*Statim*

Ayuntamiento de Madrid

Statī hūc ſuſcipiēs boninosoculoshabēs uenerāda Iuno,
Dedit deinde ferens malæ malū: hæc uerò cū ſuſcepit,
Qui mala multa faciebat per inclytas gentes hominum:
Quis huic abuiàm iret ferretq; illi fatalem diem,
Antequàm illi telum miſiſſet longè operans Apollo
Forte: hæc uerò doloribus depaſta acerbis,
Iacebat ualde anhelans inuoluta per terram:
Diuinus āt clamor factus fuit indicibilis: hæc āt ſuper ma-
Frequēter ualde ibi uoluebatur: reliquit āt aīum (teria
Cruentè ſpirans: hic autem orauit Phœbus Apollo:
Hîc nunc putreſce ſuper terram uiros paſcentem,
Neq; tu utiq; uiuis malum damnum mortalibus
Eris, qui terræ multos nutrientis fructum comedentes,
Hîc ſacrificabunt perfectas hecatombas,
Neq; tibi mortemq; triſtem, neq; Typhoëus
Arcebit, neq; chimæra difficilis nominis, ſed te utiq; hîc
Putredine afficiet terra nigra, & excitator Iperion.
Sic dixit precando: huius aūt tenebræ oculos obtexerūt:
Hanc autem hîc putretudine affecit optabilis uis Solis:
Ex quo nunc Pytho uocatur: hi autem regem
Pythium uocant cognomine, quoniam illic
Putredine affecit monſtrum uis acuti Solis:
Et tunc utiq; cognouit ſua in mente Phœbus Apollo,
Quòd illum fons pulchrifluus decepit:
Iuit āt ad Delphuſam iratus, celeriter autem peruenit:
Stetit aūt ualde prope ipſā, & illam uerbis allocutus eſt:
Delphuſa, non utiq; futura eras meam mentem decipere,
Locum habens amabilem profluere pulchrifluā aquam:
Hîc iam & mea laus erit, neq; tua ſolius.
Dixit, & ad promōtoriū īpulit rex longè opās Apollo,



Ayuntamiento de Madrid

Petris profuſis: occultauit autem fluenta,
Ac aram facit in luco umbroſo
Prope ualde fontem pulchrifluum, hic Regi
Omnes cognomento Delphuſio uota faciunt:
Quoniam Delphuſæ ſacræ pudore affecit fluenta:
Et tunc utiq; in animo cogitabat Phœbus Apollo,
Quóſnam homines ſibi in ſacris aſciſceret,
Qui ſibi miniſterium exhibebunt Pytho in ſaxoſa:
Hæc igitur in animo agitans, uidit in cæruleo ponto
Nauem uelocem: in ipſa aũt uiri erant, multiq; & boni
Cretenſes ex Gnoſſo Minoiſa, qui utiq; Regi
Sacraq; faciunt & enunciant leges
Phœbi Apollinis aurienſis, quodcunq; dixerit
Oracula edens ex lauro è uallibus Parnaſi:
Hi quidẽ ad res gerẽdas, ac pecuniarũ gratiâ cũ naui ni=
Ad Pylum arenoſam Pyligeneoſq; homines (gra
Nauigabant: uerùm hic his obuiàm iuit Phœbus Apollo:
In ponto autem impetum facit corpore delphini ſimilis
Naui ueloci, ac iacebat monſtrum magnum graueq;:
Horũ autem quicunq; in animo excogitaret intelligere
Vndecunq; commouebat: concutiebat autem nauis ligna:
Hi autem ſilentes in naui ſedebant timentes,
Neq; hi arma ſoluebant cauam ſuper nauem nigram,
Neq; ſoluebant uelum nauis habentis nigram puppim:
Sed quemadmodum hi à principio inſiſterent remis,
Sic nauigabant: frequens autem Notus à tergo excitabat
Nauem uelocem: primũ aũt præternauigarunt maleam:
Ad Laconicam autem terram, ex mare coronatam urbem
Peruenere, & locum oblectantis homines ſalis
Tenarũ, ubiq; oues dẽſis uelleribus ĩſignes paſcũtur ſẽper

Solis

Solis regis:habet autem delectabilem locum:
Hi quidem hîc uolebant nauim ſiſtere,& egreßi
Dicere magnum miraculum,ac oculis uidere,
Si manet in nauis cauæ pauimento monſtrum,
Vel ad undã marinã multorũ piſciũ apertè ĩpetũ faciet:
Cæterùm non clauis obediebat nauis benefabricata,
Sed ad Peloponneſum pinguem habens
Pergebat uiam:uento aũt Rex longè iaculans Apollo
Facilè dirigebat: hæc autem faciens uiam
Arenam peruenit,ac Argifeam optabilem,
Et Thyrium Alphei meatum benehabitatum,altum,
Ac Pylum arenoſam,Pyligeneoſq́; homines:
Iuit aũt ad Crunij accolas,& Chalcidem,& Dymen,
Et ad Helidam diuam,ubi imperant Epæi,
Beneq́; Pheras tranſijt oblectata Iouis uento ſecundo,
Et illis è nubibus Ithacæ mons altus apparebat
Dulichiumq́; Sameq́;, ac nemoroſa Zacynthus.
Sed quando iam Peloponneſum præterijt omnem,
Ac iam quoniam Crißæ apparebat ſinus infinitus,
Quiq́; Peloponneſum pinguem ſeparat,
Venit uentus zephyrus magnus ſerenus è Iouis conſilio,
Impetuoſus,ſpirans ab æthera,ut celeriter
Nauis perficeret currens maris ſalſam aquam:
Retrogradi deinde ad ortumq́; ſolemq́;
Nauigabant:dux autem erat rex Iouis filius Apollo:
Peruenére aũt ad Crißam tranquillã uitibus abundantẽ
Ad portũ, arenis aũt appropĩquauit in põtũ uias faciens
Hic è naui impetũ fecit Rex lõgè opans Apollo, (nauis:
Aſtro ſimilis medio in die:ab hoc autem multæ
Scintillæ euolabant:fulgor aũt ad cœlum uſq; uenit:

Ad adytum autē ſubijt ad tripodas ualde uenerandos:
Intùs aūt utiq; hic flamma accendit oſtēdens ſua ſigna:
Totam aūt Criſſam occupauit ſplendor: ulularunt autem
Criſſagorum mulieres, beneq́; cinctæ filiæ,
Phœbi ab impetu: magnus enim timor cepit ſingulum:
Hinc iterum ad nauem ut mens ſaltu uolabat
Viro ſimilis iuueniq́; fortiq́;,
Exiſtēti in prima pubertate, coma ĩuolutus ãplos humeros,
Ac illos allocutus uerba alata dixit:
O Hoſpites, qui eſtis? unde nauigatis udas uias?
An ad rem gerendam, aut temerè uagamini,
Qualiter latrones ſuper mare uagantur,
Animas depopulantes, malum exteris afferentes?
Quid ita ſedebatis ſtupidi, neq; in terram
Deſcendiſtis, neq; arma nigræ nauis depoſuiſtis?
Hic.n.mos eſt uirorũ, q rerũ ĩdagãdarũ gratiâ uagãtur,
Vbi ex ponto ad terram cum naui nigra
Peruenerint labore defeßi: ſtatim autem ipſos
Cibi dulcis circa mentem deſyderium capit.
Sic dixit, at illis audaciam in pectoribus poſuit:
Cui & reſpondens Cretenſium dux, econtrà dixit:
Hoſpes, quoniã nõ quidem mortalibus ſimilis uideris,
Neq; corpore, neq; indole, uerùm immortalibus dijs,
Salueq́; & ualde gaude, Dei autem tibi felicia dent,
Et mihi hoc dic uerum, ut rectè ſciam:
Quis populus, quæ terra, qui homines te genuerunt?
Aliud enim cogitantes nauigabamus magnam undam,
Ad Pylum ex Creta, unde genus gloriamur habere:
Nunc autem huc cum naui uenimus non uolentes
Reditus cupientes aliam uiam, alia itinera:

Sed

Sed quis mortalium huc duxit nolentes?
His reſpondens,dixit longeoperans Apollo:
Hoſpites,qui Cnoſſum nemoroſum incolebatis
Anteà,ſed nunc non amplius reduces iterum eritis
Ad urbemq́; amabilẽ,& ad domos pulchras unusquiſq;,
Ad charasq́; uxores,ſed hîc locuples templum
Habebitis meum,multis honoratum hominibus:
Sum autem ego Iouis filius,Apolloq́; glorior eſſe:
Vos autem duxi huc ſuper magnam undam maris,
Non mala ſentiens,ſed hic optimum templum
Habebitis meum,omnibus ualde honoratum hominibus:
Conſiliaq́; immortalium cognoſcetis horum uoluntate,
Semper honorabitis omnino totos dies:
Sed agitè,ut ego dicam,parete celerrimè,
Vela quidem primùm demittite,ſoluentes retinacula,
Nauem poſteà uelocem in continentem trahite,
Et res efferte,& arma,ex naui æquali,
Et aram facite in littore maris,
Ignem incendentes,poſteaq́; farinas albas ſacrificantes,
Precamini poſteà propè ſtantes circum aram:
Sicut quidem ego primùm in aëreo ponto
Aßimilatus,Delphino uelocem ad nauem impetum feci:
Sic me precamini Delphinum,ſed ara
Ipſa Delphia & uiſenda erit ſemper:
Cœnate poſteà celerem apud nauem nigram,
Et libate beatis Dijs,qui cœlum incolunt:
Sed poſtquàm cibi dulcis amorem exemeritis,
Venite ſimul meum & epæana canite,
Vſq; dũ ad locũ peueneritis,ubi habetis pingue templum.
Sic fatus eſt:hi aũt illum ualde audierunt & paruerunt:

Vela quidē primùm demiſerunt,ſolueruntq́; retinacula
Malum autē ligno, quod ipſum cōtinere ſolet appropinquarunt rudentibus ſubmittentes:
Egrediebantur autem & ipſi in littus maris:
Ex mari autem ad continens uelocem nauim attraxerunt,
Altè ſuper arenas:ſuſtentaculaq́; longa extenderunt,
Et aram fecerunt in littore maris:
Ignē aūt accendentes ſuperq́; farinas albas ſacrificantes,
Vota faciebant,ut iubebat propè ſtantes apud aram:
Cœnam poſteà ſumpſerunt uelocem apud nauem nigram,
Et libarunt beatis Dijs,qui olympum habitant.
Sed poſtquàm potus & cibi amorem exemerunt,
In uiā ſe dederūt:dux aūt erat illis Rex Iouis filius Apol-
Citharā in manibus habēs admirabile quoddā ludēs, (lo,
Pulchrè ac ſublimiter:hi autem ſtupeſcentes ſequebantur
Cretenſes ad Pythum,& pæona canebant,
Vt ſunt Cretenſium pæones,quibúſq; muſa
In pectoribus impoſuit Dea ſuauem cantionem:
Indefeßi aūt collem aſcēderūt pedibus,cito autem uenerūt
Ad Parnaſum, & locū optabilem,ubi utiq; futurus erat
Habitaturus,à multis honore habitus hominibus:
Oſtendit autem ducens hic ſolum,ac pingue templum:
Horum autem excitabatur animus in pectoribus charis:
Quorum cū interrogaſſet Cretenſiū dux,econtrà dixit:
O Rex,quoniam longè ab amicis & à patria terra
Duxiſti,ſic utiq; tuo charum fuit animo:
Quo pacto & nunc uiuemus hoc te dicere iubemus,
Neq; uuæ ferax hæc amabilis,neq; pratorum copioſa,
Ita ut ex hac bene uiuamus,ſimulq́; homines ſequamur:
His autem ſubridens dixit Iouis filius Apollo:
Infantes homines ærumnoſi,qui curas

Ayuntamiento de Madrid

Vultis,difficileſq; dolores,ac gemitus in animo,
Facilè uerbum uobis dicam,ac in mente ponam:
Dextra ualde ſingulus habens in manu machæram
Iugulare ſemper oues:hæc aũt affluenter omnia aderunt,
Quæcunq; mihi duxerint inclytæ gentes hominum:
Templum cuſtodite,ſuſcipite autem gentes hominum,
Hîc congregatas,& meum conſilium maximè,
Siue quid incaſſum uerbum erit,ſiue quid opus,
Iniuriaq́;,quæ fas eſt contra mortales homines:
Alij deinde uobis ſignificatores uiri erunt,
Quorum ex neceſſitate domiti eritis diebus in omnibus,
Dicta ſunt tibi omnia,tu autem mente in tua ſerua,
Et tu quidem ſic ſalue Iouis,ac Latonæ fili:
Verùm ego & tui,& alterius memor ero cantionis.

## IN MERCVRIVM.

MERCVRIVM laudat muſa Iouis ac Maiæ filium,
Cellenen regentem, & Arcadiam pecoribus abundantem,
Nundum immortalium quàm utilem,quem peperit Maia
Nympha pulchricoma cum Ioue in amore mixta
Veneranda:beatorũ ãt Deorũ ſubduxit ſe ẽ commercio,
Antrum intus habitans umbroſum,ubi Saturnius
Cum nympha pulchricoma miſcebatur noctis in medio,
Cum dulcis ſomnus haberet albicubitam Iunonem,
Latens immortaleſq; Deos,mortaleſq; homines.
Verùm cum magni Iouis mens perficiebatur,
Huic iam decimus menſis in cœlo tranſactus eſt,
Inq́; lucem duxit,inſigniáq; opera conſtruebantur:
Et tunc genuit filium uafrum,& blandiloquum,
Prædonẽ abactorẽ boũ,ducem ſomniorũ,



Ayuntamiento de Madrid

Noctis ſpectatorem ianitorem,qui ſtatim futurus erat
Oſtendere inclyta opera cum immortalibus Dijs,
Manè natus medio in die citharam pulſabat,
Veſpertinus boues furatus eſt procul iaculātis Apollinis,
Quarta prima qua illum peperit ueneranda Maia:
Qui & quoniā ab matris immortalibus ſalijt membris,
Non amplius diu iacebat manens ſacra in cuna,
Verùm hic ſurgens quærebat boues Apollinis,
Limen tranſgrediens prærupti antri:
Vbi teſtudinem inueniens,poſſedit infinitas opes:
Mercurius utiq; primùm teſtudinem conſtruxit canoram,
Quæ utique illi occurrit in auleis ianuis,
Se paſcens ante domos ex ualde florida herba,
Tarda pedibus incedens:Iouis autem perutilis filius
Inſpiciens,riſit,& ſtatim uerbum dixit:
Signum nunc mihi ualde utile,non iniuria afficio.
Salue natura amabilis chorifica conuiuij ſocia,
Fauſta quæ apparuiſti:unde hic pulcher ludus,
Varium oſtracum es teſtudo in montibus uiuens?
Sed feram te in domũ capiens,utilitas quædam mihi eris,
Neq; inhonorabo:tu autem me primum iuuabis:
Domi melius eſt eſſe,quoniam noxium quod foris.
Certe enim pharmaco multinoxio es telum
Viuens:ſi uerò moriare,tũc utiq; pulchriùs caneres.
Sic utiq; dixit,& manibus ſimul ambabus eleuatis
Continuò introibat domũ,ferens amabile ludicrum:
Vbi ſcalpens ſcalpro cani ferri
Vitam eripuit montanæ teſtudinis:
Vt autem quando celere conſilium per pectus tranſibit
Viri,quem frequentes uerſant curæ,

Quæ

*Quæ quando uoluerentur ab oculis flammæ:*
*Sic ſimul uerbũq; ac opus cõſulebat inclytus Mercurius:*
*Fixit utiq; in menſuris ſecans arundines calami*
*Protendens per dorſa in pellem teſtudinis:*
*Circa autem pellem extendit bouis conſilijs ſuis,*
*Ac cubitos impoſuit:iugum autem aptauit ambobus:*
*Septem autem concinnas ouium extendit chordas:*
*Verùm poſtquàm conſtruxit ferens amabile ludicrum,*
*Plectro commouebat partim:hæc autem à manu*
*Grauiter inſonuit:Deus autem pulchrè canebat*
*Ab extemporaneo conatus ueluti pueri*
*Floridæ ætatis in conuiuijs mutua conuitiant*
*De Ioue Saturnio & Maia pulchra habente calceamenta:*
*Quem anteà obtrectabant ſcortali genitura,*
*Suamq́; ipſius nationem,nomen inclytum nominans,*
*Famulosq́; celebrauit,& præclaras domos nymphæ,*
*Ac tripodas per domum,durabilesq́; lebetes.*
*Et hæc quidem ſciuit:hæc autem in mente cupiebat,*
*Et hanc quidem depoſuit ferens ſacra in cuna*
*Lyram cauam:hic autem carnes cupiens,*
*Salijt ad ſpeculam odorifera ex domo,*
*Mouens dolum altum in mente,quemadmodum homines*
*Inſidiatores agitant obſcuræ noctis in hora:*
*Sol quidem occidebat in terram ad Oceanum,*
*Cum ipſisq; equis ac curribus:uerùm Mercurius*
*Pieriæ peruenit currens montes umbroſos,*
*Vbi deorum beatorũ boues immortales ſtabulũ habebant,*
*Depaſcentes prata inſecabilia,optabilia:*
*Horum tunc Maiæ filius bene attentus Argicîda,*
*Quinquaginta gregis ſegregauit boues ualde mugientes:*

Vagas

Ayuntamiento de Madrid

Vagus autem agitabat per arenoſum locum,
Veſtigia reflectens:doloſæ autem non oblitus eſt artis,
Contrario modo faciens ungulas priores poſteriores,
Verũ poſteriores priores:contrario ãt modo & ipſe incæ=
Sandala aũt ſtatim eiecit ad arenas marinas, (debat:
Indicibilia & inexcogitabilia cõplicabat mirabilia opera,
Commiſcens myricas,& myricisſimules ramos:
Ex his tunc colligans nuper florentis faſciculum ſyluæ,
Abſq; damno ſub pedibus ligauit ſandala leuia
Cum ipſis folijs,quæ inclytus Argicîda
Auulſit Pieriâ iter declinans,
Tanquàm properans longam uiam ſe decens,ut
Hunc aũt ſenex cognouit domorũ ſplẽdidũ uiridarium,
Petentem ad campum per Onchestum herboſum,
Quem prior alloquutus eſt Maiæ inclytæ filius:
O ſenex,quiq; plantas effodis incuruus humeris,
Certè multũ impetũfaciès,quãdo hæc oĩa fructũ tulerint
Atq; uidens non uidens eſſe,& ſurdus audiens,
Et tacere quando non quid nocuerit tuum ipſius,
Tantùm dicens concußit boum fortia capita:
Multos autem montes umbroſos,& ualles ſonoras,
Et campos optabiles tranſijt inclytus Mercurius:
Obſcura autem adiutrix ceſſabat diuina nox
Plurima:fortè ãt Aurora fiebat populos ad opa excitans,
Nuper autem in ſpeculam prodijt diua Luna
Pallantis filia Megamidæ Regis:
Tunc in Alpheum amnem Iouis potens filius
Phœbi Apollinis boues agitauit latifrontes:
Indomitæ autem peruenere ad ſtabulum altum,
Et lacus antè ualde decori prati:

Vbi

Ayuntamiento de Madrid

*Vbi deinde ex bona herba pauit boues ualde mugientes:*
*Et has q̃dẽ ſimul egit ad ſtabulum congregatas exiſtẽtes,*
*Lotum comedentes & roſidum cyperum,*
*Simul aũt ferebat ligna multa: ignis autẽ inquirens artẽ,*
*Lauri clarum ramum accipiens, attenuauit ferro*
*Aptum in palma: circùm autem ſpirabat ignis uapor:*
*Mercurius utiq; primùm focum ignemq́; dedit:*
*Multa autem ſicca ligna in humili fouea*
*Denſa accipiens impoſuit longa: emicabat autem flamma,*
*Procul crepitum mittens ignis ualde comburentis:*
*Quouſq; autem ignem comburebat ui inclyti Vulcani,*
*Eouſq; mugientes flexipedes boues traxit foràs*
*Duas prope ignem: uis autem illi erat multa:*
*Ambas autem in terga humi eiecit ſpirantes:*
*Inclinans autem uoluebat atq; omnino iugulans:*
*Opus aũt operi præbebat incîdens carnes craſſa pingue=*
*Aſſabat autem uerubus infixas ligneis, (dine:*
*Carnes ſimul ac terga uenerabilia, & nigrũ ſanguinem*
*Detentum in inteſtinis: hæc autem hîc iacebant ſuper terrã:*
*Pelles autem extendit ſuper aſperam petram:*
*Sicut adhuc nunc ſectæ multi temporis genitæ fuere,*
*Diu utiq; poſteà ac immenſo: uerùm deinde*
*Mercurius gaudifer traxit pinguia opera*
*Leni in loco plano, & ſcidit duodecim partes*
*Sorte diſtribuẽdas: perfectũ aũt honorẽ addidit unicuiq;,*
*Vbi ſacram carniũ optauit inclytus Mercurius:*
*Odor enim illum affligebat & immortalẽ q̃uis exiſtentem*
*Nouerat: uerũ neq; ſic illi obediebat animus ſuperbus,*
*Ac ualde cupienti tranſijt per ſacrum collum,*
*Sed hæc quidem depoſuit ad ſtabulum altum,*

Pinguedinem

Pinguedinē,& carnes multas:arrepta aūt ſtatim ſuſtulit
Signū nouæ cædis:adhæc autē ligna ſicca arripiens,
Integros pedes,ītegraq́; capita ignis prorſus cōſūpſit ua-
Sed poſtquàm utiq; omnia ritè perfecit Deus, (pore:
Sādala qdē proiecit in Alpheū profūdas reuolutiōes habē
Ignē āt obſcurauit:puluerē āt ad arenā redegit nigrū (tē:
Tota nocte:pulchra autem lux ſplendebat lunæ:
Cyllenes autem rurſus adijt diuos uertices
Matutinus,neq; aliquis illi in longam uiam fuit obuius,
Neq; Deorum beatorum,neq; mortalium hominum,
Neq; canes latrarunt: Iouis autem perutilis Mercurius,
Incuruatus,domus per ianuam ingreſſus eſt,
Auræ autumnali ſimilis ueluti caligo:
Rectum aūt ſe faciens antri peruenit pingue templum,
Tacitè pedibus incedens:neq; enim ſtrepebat ut in ſolo:
Feſtinanter autem ad cunam iuit inclytus Mercurius:
Faſcia circa humeros inuolutus ueluti natus
Infans in palmis circa poplitis uelum ludens
Iacebat,teſtudinem optabilem læua manu detinens:
Matrem aūt nō utiq; latebat Deā Deus, dixitq́; uerbum:
Quare tu uerſute,unde hæc noctis in hora
Venis impudentia indute?nunc te ualde puto
Profectò celeriter immenſa uincula circa latera habentem,
Latonij à manibus foràs tranſiturum,
Quàm te accipientem interim in ulnis oſculaturum:
Pereas iterum,magnā te pater plantauit ſolicitudinem,
Mortalibus hominibus ac immortalibus Dijs.
Huic Mercurius reſpondit uerbis fraudulentis:
Mater mea,quid me ita obſeruas tanquàm natum
Infantem (qui ualde parua in mentibus mala nouit)

Timidum

Ayuntamiento de Madrid

Timidum,ac matris timuit mandata:
Verùm ego artem aggrediar,quæ optima erit,
Conſulens me & te omnino,neq; Deos
Nos inter immortales,ſine muneribus & ieiuni
Hìc manentes tollerabimus ut tu iubes:
Melius eſt omnibus diebus cum immortalibus uerſari,
Diuitem,copioſum,multos ſegetes habentē, quàm ad domū
Antro in aëreo conſpici:honorem autem
Et ego ſacrum aſſequar quem Apollo:
Si autem utique non dederit pater meus,ego
Tentabo: poſſum fraudibus princeps eſſe:
Si autem me exquirat Latonæ ualde inclytæ filius,
Aliud quid illi & maius puto occurſurum.
Abibo enim in Pythona magnam domū ferro trāſfixurus:
Hinc ſufficienter tripodas præclaros,& lebetes
Depopulabor,& aurum,ſufficienterq; ſplendidū ferrum,
Et multas ueſtes:tu autem uidebis ſi uolueris.
Sic hi quidem utiq; uerbis adinuicem dicebant,
Filiusq; pellem capræ geſtantis Iouis,ac ueneranda Maia:
Aurora aūt ex aëre genita lucem mortalibus afferens,
Excitabatur ab Oceano profūda fluēta habēte,uerū Apol
Oncheſtum pernenit iens multùm amabilem lucum (lo
Purum grauiſtrepi terram tenentis,ubi ſenem
Feram inuenit paſcentē prope uiam ſeptem uiridarij,
Quem prior allocutus eſt Latonæ ualde inclytus filius:
O ſenex,Oncheſti rubros colligens herboſi,
Boues à Pieria quærens,huc adſum
Omnes fœminas,omnes cornibus inuolutas
A grege:taurus aūt paſcebatur ſolus ſeorſum ab alijs
Niger,horrendi autem canes à tergo ſequebantur

Quatuor

Ayuntamiento de Madrid

Quatuor, tanquā hoīes unanimes: hi quidē relicti ſunt
Caneſq; & taurus, quod utiq; mirum eſt:
Hæ autem abierunt Sole nuper occidente,
Ex molli prato à dulci paſculo:
Hæc mihi dic ſenex olim nate ſicubi uidiſti
Virum has ad boues facientem iter.
Huic ſenex uerbis reſpondens dixit:
O amice, difficile quidem, quæcunq; oculis uiderit,
Omnia dicere: multi enim uiam faciunt uiatores,
Quorū alij quidē mala multa quærunt, alij uerò ualde bo
Eunt: difficile autem diſcere eſt unumquodq;. (na
Verùm ego totum diem uſq; ad Solis occaſum
Fodiebam circa collem uiridarij uineæ:
Puerū āt uidi ô optime: manifeſtū aūt nō noui intelligere,
Qui ſimul boues pulchricornuas ſequebatur
Infans: tenebat autem uirgam, ac flexuoſè incedebat:
A tergo aūt cohibuit: caput aūt habebat contrarium ſibi.
Dixit utiq; ſenex: hic aūt celeriùs uiā ibat Phœbus Apollo:
Volucrem autem cognouit extenſipenē: ſtatim aūt nouit
Impoſtorem natum Iouis filium Saturnij:
Impetuoſè autem ſe mouit Iouis filius Apollo,
Ad Pylum ualde diuinam quærens flexipedas boues,
Purpurea nebula coopertus amplis humeris,
Veſtigiaq; nouit procul iaculans, dixitq; uerbum:
Papè, certe magnum miraculum hoc oculis uideo:
Veſtigia quidem hæc ſunt boum recta cornua gerentium.
Verùm iterum conuerſæ ſunt in aſphodelum pratum,
Greſſus autem neq; uiri hi ſunt, neq; mulieri,
Neq; luporum canorum, neq; urſorum, neq; leonum,
Neq; utiq; tauri denſæ ceruicas ſunt ſimilia,

Qui

Qui talia monſtra facit pedibus uelocibus,
Grauia quidem hinc uiæ, uerùm grauiora hinc uiæ.
Sic dicens, iuit rex Iouis filius Apollo:
Cyllene autem peruenit montem iacentem in ſylua
Petræ in latibulum profundæ umbræ, ubiq; nympha
Ambroſia peperit Iouis filium Saturnij:
Odor autem optabilis per montem ualde diuinum
Spargebatur: multæ aũt oues extenſipedes paſcebant her= (bam,
Vbi tunc feſtinans deſcendit lapideum ſolum,
Antrum in aëreum longè iaculans ipſe Apollo:
Hunc autem cùm intellexiſſet Iouis ac Maiæ filius,
Iratum ob boues procul iaculantem Apollinem,
Faſcias intrò ingreſſus eſt odoriferas, ut multùm
Ramorum carbonarium materiæ puluis circumtegit.
Sic Mercurius lõgè uidens operantẽ ſubſtraxit ſeipſũ:
In breue autem coëgit caput manusq; pedesq;
Vtiq;, nuper lotus prouocans dulcem ſomnum,
Venationisq; recentis teſtudinem ſub ala tenebat:
Cognouit autem, neq; ignorauit Iouis & Latonæ filius
Nympham montanam præclaram, & charum filium,
Puerum paruum doloſis inuolutum uerſutijs:
Circũſpiciens igitur omnem receſſum magnæ domus,
Tres adytus aperuit ſumens clauem lucentem
Nectare plenos, & ambroſia amabili:
Multum autem aurum, & argentum intùs iacebat:
Multæ autem rubentes & albæ ueſtes Nymphæ,
Qualiter Deorum beatorum ſacræ domus intùs habent:
Vbi poſtquàm perſcrutatus eſt receſſus magnæ domus,
Latonius uerbis allocutus eſt inclytum Mercurium:
O fili, qui in cuna recubas, enuntia mihi boues

Citius

Ayuntamiento de Madrid

*Citius: quoniã celeriter nos diſſidemus nõ ſecũdũ decorũ:*
*Eijciam enim te eijciens in tartarum aëreum,*
*In obſcuritatẽ malæ mortis & intolerabilẽ: neq; te mater*
*In lucem, neq; pater reſoluet, ſed ſub terra*
*Peribis paucos in uiros dux exiſtens.*
*Huic Mercurius uerbis reſpondebat uerſutis:*
*Latonie, quem hunc crudelem ſermonem dixiſti?*
*Et boues agreſtes quærens huc peruenis:*
*Non uidi, non audiui, non alterius uerbum audiui,*
*Non utiq; nũtiarẽ, nõ utiq; nũciationis mercedẽ auferrem:*
*Neq; boum abactori forti homini ſimilis ſum,*
*Non meum opus hoc: antea uerò mihi alia curæ erant:*
*Somnus mihi curæ eſt, ac noſtræ matris lac,*
*Faſciaq; circa humeros habere, ac calida lauacra,*
*Ne quis hoc ſentiat, unde hæc contentio orta eſt:*
*Et utiq; magnum miraculum inter immortales fieret,*
*Puerum nuper natum per ueſtibulum tranſire,*
*Bobus cum agreſtibus: hoc autem indecorè dicis:*
*Heri natus ſum, molles aũt pedes, aſpera ãt ſubeſt terra:*
*Si aũt uis, patris caput magnum iuramentum iuro,*
*Neq; quidem ego, neq; ipſe promitto me autorem eſſe,*
*Neq; aliquem alium inſpexi boum furem ueſtrarum:*
*Quales nam boues ſunt, famam ſolam audio.*
*Sic utiq; dixit, & frequenter à palpebris micans,*
*Superciliis eijciebat inſpiciens hinc & hinc,*
*Longè fiſtula ſibilans, uanum tanquam uerbum audiens.*
*Hũc aũt molliter ridẽs, allocutus eſt longe operãs Apollo:*
*O pepo, deceptor dolos cogitans, profectò te ualde puto*
*Sepius penetrantem domos bene habitatas*
*Nocturnum non unum tantum, in ſolo hominem collocare*

*Conſtruentem*

Ayuntamiento de Madrid

Conſtruentem per domum abſq; ſtrepitu:qualia dicis.
Multos autem agreſtes dolore afficies ouium paſtores,
Montis in cauernis,quando carnes cupiens,
Occurres gregibus boum,& armentis ouium.
Sed agè,ne ultimum ac poſtremum ſomnum dormias,
Ex cuna deſcende nigræ noctis ſocie: (bebis,
Hunc.n.igitur & poſteà inter immortales honorem ha=
Princeps impoſterùm uocaberis in diebus omnibus.
Sic effatus eſt,et puerũ capiẽs ferebat Phœbus Apollo,
Simulq; in animo cogitans tunc fortis Argicida,
Augurium emiſit eleuatus in manus,
Miſerum uentris Erithaum fatuum nuncium:
Impetuoſè autem ipſum aduolauit:hunc autem Apollo
Audiebat:à manibus aũt humi iecit inclytum Mercurium;
Sedit autem ante & impetuoſus uia
Mercurium conuitians,ac illi uerbum dixit:
Confide faſciate Iouis & Maiæ fili,
Inueniam & poſteà boum fortia capita
His auguribus:rectè autem rurſus uiæ dux eris. (curius
Sic dixit:hic ãt rurſus impetũ fecit celeriter Cyllēius Mer
Studio incedens:ambas aũt ad aures manus impellebat,
Faſciam circa humeros inuolutus:dixit autem uerbum:
Quò me fers procul operans Deorũ fortiſsime omnium?
Certè me boum cauſâ ſic iratus conturbas:
Papè,utinam perijſſet boum genus:neq; enim ego
Veſtras furatus ſum boues,neq; alium inſpexi
Quales ſunt boues.famâ autem ſolam audio:
Da uerò iudicium,& ſuſcipe à Ioue Saturnio.
Verùm poſtquàm ſingula propalàm contendiſſent
Mercuriuſq; aruſpex,& Latonæ præclarus filius,



Ayuntamiento de Madrid

Diuerſam ſententiam habentes:hic quidem ueram uocem
Non iniuſtè pro bobus capiebat inclytum Mercurium:
Verùm hic artibúſq; & blandis ſermonibus
Volebat decipere Cyllenius argentiarcum.
Verùm quoniam callidus exiſtens,uerſutum inuenit,
Impetuoſè poſteà per arenam ibat
Antè,ſed à tergo Iouis & Latonæ filius:
Statim autem uenerunt ad uertices odoriferi olympi,
Ad patrem Saturnium Iouis præclari nati:
Ibi enim ambobus iudicij poſita erant talenta:
Rumor ãt habebat olympũ ualde niuoſũ:immortales aũt
Incorruptibiles aggregabantur ad faſtigia olympi:
Steterunt autem Mercuriuſq; & argentiarcus Apollo
Coram Iouis genubus:hic aũt interrogauit fortem filium
Iupiter altitonans,ac illi uerbum dixit:
Phœbe,unde hanc placabilem prædam agitas
Puerum nuper genitum,indolem præconis habentem?
Studioſa hæc res Deorum ad congeriem uenit.
Huic autem rurſus dixit rex procul operans Apollo:
O pater,profectò ſtatim ſermonem audies non inanem,
Conuicians tanquàm ſi ſolus ego impoſtor eſſem:
Puerum quendam inueni hunc celebrem populatorem
Cyllenæ in montibus multum ſpatium metiens:
Conuiciatorem ſimilem ego Deorum non alium inſpexi,
Neq; uirorum quotquot munere ueſcũtur ſuper terram:
Furatus autem à prato meas boues,abijt agitans
Veſpertinus apud littus multiſoni maris,
Ad rectam uiã agitãs:hæc ãt utiq; ueſtigia duplicia mon=
Qualia ut admirentur & illuſtris dæmonis opa: (ſtroſa,
Hiſce enim bobus ad Aſphodelum pratum

Contra=

Ayuntamiento de Madrid

Contrarios greſſus habens puluis oſtendebat niger:
At ipſe hic præter modum callidus,neq; igitur pedibus,
Neq; igitur manibus incedebat per arenoſum locum:
Verũ aliud quoddã cõſiliũ habens,uerſabatur ad itinera
Talia monſtra,tanq̃ ſi qs tenuibus quercubus incederet:
Quouſq; quidem igitur ſectabatur per arenoſum locum,
Facillimè ueſtigia omnia uertebat in pulueribus:
Verùm poſtquàm arenæ magnum callem pertranſiuit,
Indicabilis factus eſt celeriter boum callis,atq; ſuiipſius
Locum ſuper fortem:hunc aũt animaduertit mortalis uir,
Ad Pylum ſtatim agentem boum genus latifrontium:
Verùm poſtquàm has quidem inquietè ſacrificauit,
Et ꝑ ignẽ ualde meßuit uiã,hoc quidẽ hìc,hoc uerò illic,
In cuna iacebat nigræ nocti ſimilis,
Antro in aëreo ad tenebras,neque utique ipſum
Aquila acutè uidens inſpexiſſet:multum autem manibus
Splendores acebat,dolum curans:
Hic autem ſtatim uerbum uiolenter dicebat:
Non uidi,non audiui,non alterius uerbum audiui,
Neq; utiq; indicarem,neq; nuncij mercedem auferrem.
Sic utique dicens,ſedit Phœbus Apollo:
Mercurius ãt rurſus ab altera parte reſpõdẽs, uerbũ dixit,
Oſtendit aũt ad Saturniũ Deorũ iuſſorem omniũ:
Iupiter pater,certè ego tibi ueritatem dicam,
Verax enim ſum,& non noui mendax eſſe:
Venit ad nos quærens flexipedes boues
Hodie Sole nuper oriente,
Neq; Deorum beatorum duxit teſtes,neq; ſpeculatores:
Indicare autem iubebat neceßitate ex multa:
Multũ aũt me minatus eſt eiecturum ad tartarum latum,



Ayuntamiento de Madrid

Quoniã hic qdẽ mollẽ florẽ habet amãtis gloriã pubertatis.
Verùm ego heri natus ſum, hæcq; nouit & ipſe:
Neq; boum abactori uiro forti ſimilis.
Crede (etenim meus pater charus gloriaris eſſe),
Quòd non domum abegi boues, ſic felix eſſem,
Neq; ſolum tranſij: hoc autem manifeſtè dico,
Solem ualde uerecundor, ac dæmonas alios:
Et te amo, & hunc obſeruo: noſti & ipſe,
Quòd non cauſa ſum: magnum aũt cognoſco iuramentũ,
Non per hæc immortalium bene inſtructa ueſtibula,
Et aliquando ego retribuam crudelem uocem
Et forti exiſtenti: tu autem iunioribus auxiliare.
Sic dixit, innuens oculis Cyllenius Argicida,
Et faſciam habebat ſub ulna, neq; eiecit:
Iupiter autem ualde arriſit uidens uerſutum puerum,
Rectè & ſcienter negantem, quod circa boues dicebatur:
Ambos autem iuſsit concordem animum habentes,
Quærere: Mercurium autem nuncium ducem eſſe,
Ac oſtendere locum præ innocentia animi,
Vbi cælauit boum fortia capita:
Annuit aũt Saturnius: obediebat uerò præclarus Mercurius:
Faciliter enim ſuadebat Iouis mens ægidiferi:
Hi autem ambo feſtinabant Iouis præclari filij,
Ad Pylum arenoſam autem ad Alphei uadũ peruenere:
Ad agros autem peruenere, & ſtabulum altum,
Illuc, ubi utiq; opes nutriebantur noctis in tempore:
Tunc Mercurius quidem deinde iens ad lapideũ antrum,
In lucem egit boum fortia capita:
Latonius autem ſeorſum uidens, agnouit boum pelles
Petra in alta: citò aũt interrogauit inclytum Mercurium:

Quo

Quo pacto potuiſti uerſipellis duorũ boũ ceruicem ſecare,
Sic nuperrimè natus exiſtens, & infans: ipſe ego
Miror à tergo tuam uim, neq; te oportet
Longè creſcere Cyllenie Maiæ fili.
Sic utiq; dixit, et manibus circũuertebat fortia uincula
Pueri: hæ autem ſub pedibus per terram ſtatim hærebãt
Ibidem, mutuò uerſæ adinuicem,
Facileq́; & omnes ad agreſtes boues
Mercurij conſilijs uerſuti: uerùm Apollo
Admiratus eſt inſpiciens: tunc utiq; fortis Argicida,
Locum toruè inſpexit ignem lucens,
Occultare cupiens: Latonæ autem ualde inclytus filius
Facillimè ſedauit longè iaculantem, ſicut uolebat ipſe,
Et fortem exiſtentem: capiens autem ſiniſtra manu
Plectro tentabat cantum: hæc autem à manu
Horrendè ſonuit: riſit autem Phœbus Apollo
Gauiſus: amabilis autem ad mentem uenit uox
Cum animo audienti: lyra autem amabile ludens,
Stabat utiq; confiſus ad læuam Maiæ filius
Phœbi Apollinis: celeriter aũt acutè citharam pulſans,
Canebat alternatim: amabilis autem illã ſequebatur uox,
Miſcens immortalesq́; Deos, & terram tenebroſam.
Vt à principio facti fuere, et ut ſortitus eſt partẽ ſingulus:
Mnemoſynen qdẽ in primis Dearũ honorabat cantione
Matrem muſarum: hæc enim ſortita eſt Maiæ filium:
Alios aũt ſecundum honorem, & ut geniti ſunt ſinguli,
Immortales honorabat Deos Iouis præclarus filius,
Omnia dicens ornatè, & cubito citharam pulſans:
Huius ãt deſyderium in pectore immẽſũ uellebat animũ,
Et hunc allocutus, uerba alata dixit:

Bouicida uerſute laborans,conuiuij ſocie,
Quinquaginta bobus digna hæc curæ habuiſti
Quiete,& deinde dijudicari puto:
Nunc autem agè mihi hoc dic uerſute Maiæ fili:
Numqd te à natiuitate hæc ſimul ſecuta ſunt admirabilia
Vel qs immortaliũ,aut mortaliũ hominum (opera?
Donum illuſtre dedit,& dixit diuinam cantionem?
Admirabilem enim hanc nouam uocem audio,
Quam nunquam dico didiciſſe,neq; aliquem uirorum,
Neq; aliquem immortalium,qui olympicas domos habent
Præter te,impoſtor Iouis & Maiæ fili.
Quæ ars,quæ muſa difficilium curarum,
Quod exercitium (uerè enim ſimul tria adſunt)
Lætitiam,& amorem,ac ſomnum accipere?
Etenim ego muſarum olympiadrum ſum ſectator,
His choreæq; curæ ſunt,& præclara uia cantionis,
Et cantus florens,& amabilis ſtrepitus tibiarum.
Sed nondum mihi cantus in mente ſic cordi fuit,
Qualia iuuenum conuiuij apta opera exiſtunt.
Admiror Iouis fili hæc,q̃ amabiliter citharam pulſas:
Nunc autẽ quoniam paruus exiſtẽs inclyta cõſilia noſti,
Tibique ipſi & matri hoc uerè dicam
Næ per hoc corneum telum:certè quidem ego te
Inclytum inter immortales & beatum ducam,
Daboq; præclara munera,& tandem non te decipiam.
Huic autem Mercurius uerbis reſpondebat acutis:
Interrogas me procul operans,uerùm ego tibi
Artem noſtram aſcendere non inuideo:
Hodie ſcies,uolo autem tibi placidus eſſe
Conſilio & uerbis,tu autem in mente omnia noſti.



Ayuntamiento de Madrid

Primus enim Iouis fili inter immortales cognoſces
Bonúſque fortiſq;,amat utiq; te conſultor Iupiter
Ex omni ſanctitate,dedit autem tibi præclara dona,
Et honores,te aiunt didiciſſe ex Iouis conſilio
Vaticiniaq́; procul operans à Ioue fata omnia:
Et nunc ipſe ego te filium opulentum cognoui:
Tibi autem promptum eſt diſcere quodcunque cupis.
Sed quoniam tibi animus mouetur citharam pulſare,
Cane,& citharam pulſa,& gaudia tibi curæ ſint,
Suſcipiens à me:tu autem mihi chare gloriam præbe.
Rectè cane,præ manibus habens dulciuocam ſociam,
Pulchrè & bene ac ornatè ſciens dicere:
Securus quidem deinde ferre ad conuiuium floridum,
Et choream amabilem,& ad amantem gloriam ludum,
Lætitiam noctiſq; & diei:quicunq; igitur ipſam
Arte & ſapientia edoctus interrogaret,
Allocuta multa uariáque mente grata docet,
Facilè conſuetudinibus ludens mollibus,
Operationem dicens infelicem:quicunque autem ipſam
Neſcius exiſtens primùm uehementer interrogauit,
Stultè ſic deinde ſubliméque perturbaret:
Tibi autem promptum eſt diſcere,quodcunque cupis:
Et tibi ego dabo hanc Iouis præclare puer:
Nos autem rurſus montiſque & ab equos paſcentis ſoli
Bobus paſcua procul operans paſcemus agreſtibus:
Hinc ſatis parient boues cum tauris mixtæ,
Mixtim fœminaſq́;,& maſculos,neque te oportet
Aſtutum licet exiſtentem uehementer iraſci.
Sic dicens,præbuit:hic autem ſuſcepit Phœbus Apollo:
Mercurio autem præbuit habens ſcuticam præclaram:

Boum aūt auras commiſit:ſuſcepit autem Maiæ filius
Lætus:citharam autem ſuſcipiens manu læua
Latonæ præclarus filius rex procul operans Apollo,
Plectro excitabat cantum:hæc autem pulchrè
Amabiliterq́; ſonuit:deus autem cantum cecinit:
Vbi boues quidem deinde ad ualde diuinum pratum
Verſæ ſunt:ipſi autem Iouis præclari filij
Retrogradi ad olympum ualde niuoſum contenderunt
Oblectati cithara:gauiſus eſt igitur conſultor Iupiter:
Ambos ãt in amicitiam cõduxit:& tum quidẽ Mercurius
Latonium amauit omnino,ſicut adhuc & nunc,
Signum poſtquàm citharã quidẽ proculiacienti præbuit,
Amabilem cùm didiciſſet,hic ſub ulna ſonabat:
Ipſe autem rurſus alterius ſapientiæ fingebat artem
Fiſtularum,uocem fecit procul audibilem.
Et tunc Latonius Mercurium uerbis affatus eſt:
Metuo Maiæ fili,nuncie,uariaconſiliahabens,
Ne mihi furto auferas citharam,ac curuos arcus:
Honorem enim à Ioue habes,alterna opera
Facere hominibus in terra multos nutriente:
Verùm ſi mihi feres Deorum magnũ iuramentũ iurare,
Et capite annues,uel per Stygiæ fortem aquam,
Omnia utiq; meo in animo grata faceres:
Et tunc Maiæ filius promittens annuit,
Nunq̃ ſe furaturum,quæcunq; procul iaciens poßideret,
Neq; unquã appropinquaturũ denſam domũ:at Apollo
Latonius annuit in concordia,& amicitia,
Neminem ſibi magis charum inter mortales fore,
Neq; Deum,neq; uirum Iouis fœtum:perfectum autem
Signum immortalium faciam,ut præ omnibus



Ayuntamiento de Madrid

Fidum meo animo,& honorabilem:uerùm poſteà
Felicitatis,& diuitiarum dabo præclaram uirgam,
Auream,triumfoliorum,ſyncæram,quæ te ſeruabit,
Omnes perficiens Deos,uerborumq́; & operum
Bonorum,quæcunq; dico didiciſſe ex Iouis conſilio:
Vaticinium autem optimè à Iouis alite quod ſciſcitaris,
Neq; te fatatum eſt diſcere,neq; aliquem alium
Immortalium:hoc enim nouit Iouis mens:uerùm ego
Fide habita annui,ac iuraui forte iuſiurandum,
Neq; aliquem præter me Deorum immortalium
Alium ſcire Iouis ſapiens conſilium:
Et tu frater habens auream uirgam,ne me iubeas
Fata detegere,quæcũq; cõſilio habet altiſonus Iupiter:
Hominum autem,alij nocebo,alium iuuabo,
Multas circumiens magnorum gentes hominum.
Atqui meo uaticinio iuuabitur,quicunq; utiq; uenerit
Voce,ac alijs perfectarum auium,
Hic à meo uaticinio iuuabitur,neq; prætermittam:
Quicunq; autem uaniloquis fretus auibus,
Vaticinium uoluerit præter mentem interrogare
Noſtram,intelligere aũt dijs plus ſemper exiſtentibus,
Dico procliuam uiam it:ego aũt utiq; dona ſuſciperem.
Aliud autem tibi dicam Maiæ ualde inclyte fili,
Et Iouis ægidiferi Deorum ualde utilis dæmon:
Parcæ enim quædam ſunt ſorores natæ,
Virgines uelocibus gaudentes alis
Tres:ſuper caput autem conſperſæ farinâ albâ,
Domunculas habitant ſub ualle Parnaſi,
Vaticinio abſq; magiſtræ,quod in bobus (faciebat,
Puer adhuc exiſtẽs meditatus ſum:pater ãt meus curã nõ

Hinc

Ayuntamiento de Madrid

Hinc deinde uolantes aliàs aliò
Fauos depaſcunt, atque perficiunt ſingula:
Hæc aũt quandoquidẽ inſanierint edentes mel uiride,
Promptè uoluerint ueritatem dicere:
Si uerò priuatæ fuerint Deorum ſuaui cibo,
Conantur deinde extra uiam ducere,
Has tibi poſteà do: tu autem uerè inquirens,
Tui ipſius mentem oblecta, etſi mortalem uirũ cognoris,
Sæpius tuum uaticinium exaudiet, ſi acciderit.
Hæc habe Maiæ fili, ac agreſtes flexipedes boues,
Equóſque cura, & mulos patientes laboris,
Et horribiles leones, & albidentes ſues,
Et canes, & oues, quæcunq; nutrit ampla terra:
Omnibus autem in ouibus impare inclytum Mercurium:
Solum autem in infernum perfectum nuncium eſſe:
Quiq; indotatus licet exiſtẽs, dabit donũ non minimum.
Sic Maiæ filium rex amauit Apollo
Omni amicitia: gratiam autem impoſuit Saturnius:
Cũ oĩbusq; hic mortalibus & immortalibus cõuerſatur,
Parum quidem iuuat, at indiabile decipit
Noctem per obſcuram gentes mortalium hominum.
Et tu quidem ſic ſalue Iouis & Maiæ fili:
Verùm ego & tui & alterius memor ero cantionis.

## IN VENEREM.

MVSA mihi dic opera aureæ Veneris
Cypridis, q̃q; dijs dulcẽ amorẽ excitauit,
Atq; domauit gentes mortaliũ hominum,
Auéſque aërias, ac feras omnes,

Quaſcunq;

Ayuntamiento de Madrid

Quaſcunq; continens multas nutrit, & quaſcũq; pontus:
Oĩbus ãt curæ ſũt oꝑa pulchrãcoronã habẽtis Cythereæ
Tres autem non ualet flectere in animis,neque decipere,
Puellámque ægidiferi Iouis cæſiam Palladem:
Neque enim illi placuere opera aureæ Veneris:
Sed utiq; illi belláq; placuerunt,& officium Martis,
Præliáq;,pugnæq;,ac præclara opera curare:
Prima fabros lignarios uiros terreſtres docuit
Facere ſcuta,& currus uarios ære:
Hæcq; uirgines molli carne in domibus
Præclara opera docuit,in mentem ponens unicuique,
Nunquam Dianam habentem aureum colum,ſonoram
Domat in amicitia ſubridens Venus.
Etenim huic placuere arcus,ac in mõtibus feras necare,
Lyræq;,choreæq;,celebréſque ululatus,
Lucique umbroſi,iuſtorúmque urbs uirorum.
Neque quidem uenerandæ puellæ placuere oꝑa Veneris
Veſtæ,quam primam peperit Saturnus uerſutus:
Deinde autem poſtremam,conſilio Iouis ægidiferi
Venerandam,quam procabantur Neptunus & Apollo:
Hæc autem noluit,uerùm rigidè reſpuit:
Iurauit ãt magnũ iuramentũ,quod utiq; perfectum eſt,
Tangens caput patris Iouis ægidiferi,
Virginem fore omnibus diebus diua Dearum:
Huic ãt pater Iupiter dedit pulchrũ donũ loco nuptiarũ
Atque media in domo ſedit pinguedinem capiens:
Omnibus autem in templis Deorũ primũ honorẽ habet,
Et ad omnes mortales Deorum honorabilis fuit.
Harum non ualet flectere mentes,neque decipere:
Ex alijs autem nemo eſt,qui fugit Venerem,

Neque

LIBROS
DEL DR.
L. ...CO
Ayuntamiento de Madrid

Neq; Deorum beatorum, neq; mortalium hominum:
Quin & Iouis mentē adimit, qui oblectatur fulminibus,
Quiq; maximus eſt, maximumq́; ſortitus eſt honorem:
Et huius quando uoluerit ſapientem mentem decipere,
Facilè miſcuit cum mortalibus mulieribus,
Iunone clam ſorore uxoreq;,
Quæ magna forma, pulcherrima inter immortales Deas:
Inclytiſsimam igitur illam peperit Saturnus uerſutus,
Materq́; Rhea: Iupiter aūt incorruptibilia conſilia ſciens,
Venerandam mulierem fecit inclyta ſcientem:
Huicq; ipſi Iupiter dulcem amorem impoſuit animo,
Viro cum mortali ut miſceretur quàm celerrimè,
Ne & ipſa humani concubitus expers ſit,
Atq; aliquando iactans diceret inter omnes Deos,
Dulce ſubridens Venus,
Quòd utiq; Deos miſcuit cum mortalibus mulieribus,
Et mortales filios peperit cum immortalibus:
Quare Deas immiſcuit cum mortalibus hominibus.
Anchiſæ igitur illi dulcem amorem impoſuit animo,
Qui tum in ſummis montibus multifontis Idæ
Cuſtodiebat boues, corpore immortalibus ſimilis:
Hunc autem poſteà cùm uidiſſet ſubridens Venus,
Amauit: horrendè autem mentem amor cepit:
Cyprū aūt cùm ueniſset, odoriferum templū ingreſſa eſt
Paphi: ibi autem illi templum eſt, araq́; ſacra:
Vbi hæc ingreſſa ianuas impoſuit lucentes:
Ibi autem illam Gratiæ lauarunt, & unxerunt oleo
Immortali, qualiter Deos conuenit ſemper exiſtentes:
Ambroſio peplo, quod utiq; illi ſacratum erat:
Induta aūt rectè oīa circa corpus ueſtimenta pulchra,

Aurea

Ayuntamiento de Madrid

Auro ornata ſubridens Venus
Contendebat Troiam, derelinquens odoram Cyprum,
Altè per nubes uelociter faciens iter:
Idam autem peruenit multifontem matrem ferarum:
Inceßit aũt rectam uiã ſtabuli per montem, cum ipſa aũt
Blandientes caniq; lupi, terribilesq; leones,
Vrſæ, pardiq; ueloces cruorum inſatiabiles
Iuerunt: hæc aũt inſpiciens in mente oblectabat animum,
Et his in pectoribus impoſuit amorẽ: hi autem ſimul oẽs
Bini dormierunt circa opacos receſſus:
Ipſa uerò ad tabernacula pulchrefacta peruenit:
Hunc autem inuenit in ſtabulis relictum ſolum ab alijs,
Anchiſen heroa, à dijs pulchritudinem habentem:
Alij autem oẽs ſimul boues ſequebãtur ꝑ paſcua pinguia
Omnes: hic autem ad ſtabulum relictus ſolus ab alijs,
verſabatur hinc & hinc, eximiè citharam pulſans:
Stetit autem ipſo coram Iouis filia Venus,
Virgini indomitæ magnitudine ac forma ſimilis,
Ne ipſum terreret, ipſam antè oculis uidens:
Anchiſes autem uidens perpendebat, mirabaturq;
Formamq;, magnitudinemq;, & ueſtes:
Peplo etenim induta erat ſplendidiore ignis radio:
Habebat autem flexos capreolos, calycasq; lucidas:
Cathenæ autem circa molle collum perpulchræ erant,
Pulchræ, aureæ, omniuariæ: tanquàm autem Luna
Pectora circa mollia ſplendebant, mirum uideri:
Anchiſen aũt amor cepit, uerbum aũt illi econtrà dixit:
Salue regina, quæcunq; beatorum has domos accedis,
Diana, uel Latona, aut aurea Venus,
Vel Themis generoſa, aut cæſia Pallas,

Vel

*Vel utique aliqua Gratiarum huc ueniſti, quæq; Dijs*
*Omnibus ſociantur, ac immortales uocantur:*
*Vel aliqua Nympharum, quæ lucos pulchros habitant,*
*Aut Nympharū, quæ pulchrum montem hunc habitant:*
*Et fontes fluuiorum, & cauernas pingues:*
*Tibi autem ego in ſpecula in loco apparenti*
*Aram faciam: ſacrificabo autem tibi ſacra pulchra,*
*Horis omnibus: tu autem ſapientem animum habens,*
*Concede me inter Troianos ualde decorum eſſe uirum:*
*Fac autem poſteà floridum fœtum, uerùm me ipſum*
*Diu bene uiuere, & uidere lucem ſolis,*
*Beatum inter populos, & ſenectutis in limen uenire.*
*Huic reſpondit poſteà Iouis filia Venus:*
*Anchiſe, inclytiſsime humigenitorum hominum,*
*Non aliqua Dea ſum, quid me immortalibus æquas?*
*Sed mortalis: mulier autem me genuit mater:*
*Otreus autem eſt pater nomine, ſi quando audis,*
*Qui omnem Phrygiam benemunitam regit:*
*Linguam autem ueſtram & noſtram apertè noui:*
*Troiana enim domi me nutrix alebat: hæc autem*
*Paruam filiam educauit chara à matre cùm accepiſſet:*
*Sic utique linguam & ueſtram bene noui:*
*Nunc aūt me rapuit habens auream uirgam Argicida,*
*Ex cœtu Dianæ aureum collum habentis, ſonoræ:*
*Multæ autem Nymphæ, & uirgines Alpheſibeæ*
*Ludimus; circa autem multitudo infinita coronata erat:*
*Inde me rapuit auream uirgam habens Argicìda:*
*Multa autem duxit me ad opera mortalium hominum:*
*Multam autem exortem, & inædificatam, quam feræ*
*Crudiuoræ frequentantur per umbroſas ualles,*

Neque

Ayuntamiento de Madrid

Neq̃; pedibus tangere uidebar flantemuitam terram:
Anchiſæ autem me dicebat ad cubilia uocari
Puellã uxorem, tibi autem perpulchros filios parere.
At poſtquàm oſtendit, & dixit, hic quidem rurſus
Immortales ad gentes iuit fortis Argicîda:
Verùm ego ad te ueni: fortis autem mihi fuit neceßitas.
Sed te per Iouem oro, ac per parentes
Bonos (neque enim mali talem peperiſſent)
Indomitam me ducens, & expertem rei Venereæ,
Patriq́; tuo oſtende, ac matri inclyta ſcienti,
Tuiſque fratribus, qui tecum ſimul geniti ſunt:
Non illis dißimilis nurus ero, ſed ſimilis:
Si quid dißimilis mulier ero, ſiue & non:
Mittere ãt nũciũ celeriter ad Phrygas uarios equosha=
Dicere patriq́; meo, & matri, licet illi ſit curæ: (bẽtes,
Hi autem aurum utiq; ſatis, ueſtemq́; textam
Mittent: tu autem multa & præclara accipies dona:
Hæc autem faciens, celebra nuptias amabiles,
Honorabiles hominibus, & immortalibus Dijs.
Sic cùm dixiſſet Dea, dulcem amorẽ impoſuit animo:
Anchiſen ãt amor cepit: uerbũ aũt dixit, atq́; nominabat:
Siquidem mortalis es, mulier autem te genuit mater,
Otreus autem eſt pater nomine inclytus, ut narras,
Immortalis autem cauſâ nuncij huc peruenis
Mercurij, mea autẽ mulier uocaberis in diebus omnibus:
Nemo deinde Deorum, neque mortalium hominum
Hîc me tenebit, quominùs tibi in amore miſcear
Statim nunc, neq; ſi utiq; procul iaciens ipſe Apollo
Arcu ab argenteo emiſerit iacula triſtia:
Velim utique poſteà mulier, ſimilis Deabus,

Tuum

*Tuum cubile aſcendens,ingredi domum inferni.*
*Sic dicens,cœpit manum ſubridens Venus:*
*Ibat uerſa oculos pulchros eijciens*
*Ad lectum bene ſtratum,ubi anteà erat regi*
*Veſtibus mollibus ſtratum:at inſuper*
*Vrſorum pelles iacebant,grauiuocumq́; leonum,*
*Quos ipſe occidit in montibus altis:*
*Hi autem poſtquàm lectos bene conſtructos aſcenderunt,*
*Ornamentum quidem illi primũ à corpore abſtulit lucidũ,*
*Fibulasq́;,flexibileſq́; helicas,calycasq́;,& monilia:*
*Soluit autem illius cincturam,& ueſtes ſtupendas*
*Exuebat,ac depoſuit in ſedem aureis clauis confixam*
*Anchiſes:hic autem poſteà Deorum ſententia & fato*
*Cum immortali concubuit Dea mortalis non apertè ſciẽs:*
*Quando autem rurſus ad ſtabulum redeunt paſtores,*
*Boueſq́; & generoſæ oues paſcuis è florentibus,*
*Tunc utiq; Anchiſæ quidem dulcem ſomnum effundebat*
*Suauem:ipſa uerò corpore induebat ueſtes pulchras:*
*Induta autem rectè omnia circa corpus diua Dearum:*
*Stetit igitur in lecto bene conſtructæ domus,*
*Suſtulit caput:pulchritudo autem genarum ſplendebat*
*Immortalis,qualiſq́; eſt bene coronatæ Cythereæ:*
*A ſomno aũt excitauit,uerbúmq; dixit,& nominabat:*
*Exurge Dardanide,quare inexꝑgibilẽ ſomnum dormis?*
*Ac dic,ſiquid ſimilis ego ſimilor eſſe,*
*Qualem me primùm oculis inſpexiſti.*
*Sic dixit:hic autem à ſomno ualde prõptè exaudiuit:*
*Vt autem uidit collum,& oculos pulchros Veneris,*
*Timuitq;,& oculos declinando uertit alibi:*
*Iterum autem retrò ueſte cooperuit pulchram faciem,*

*Et illam*

Ayuntamiento de Madrid

Et illam precatus uerba alata dixit:
Statim te ut primùm Dea uidi oculis,
Cognoui ꝙ Dea eras :tu autem non uerum dixiſti.
Verùm te per Iouem oro ægidiferum,
Ne me uiuentem debilem inter homines ſinas
Habitare,uerùm miſerere,quoniam non longæuus uir
Fit,quiſquis cum Deabus concubit immortalibus.
Huic autem reſpondit Iouis filia Venus:
Anchiſe,inclytiſsime mortalium hominum,
Confide,neq; tuo in animo timeas ualde:
Neq; enim tibi aliquis timor malum pati ex me,
Neq; ex alijs beatis,quoniam amicus es Dijs:
Tibi autem erit charus filius,qui Troas reget,
Et filijs filij omnino naſcentur:
Huic autem & Aeneas nomen erit,quoniam me grauis
Habuit dolor,quòd mortalis uiri incidi in lectum:
Propè dij autem maximè mortalium hominum
Semper à ueſtra natione,formaq́;,ingenioq́;:
Hîc quidem flauum Ganymedem conſultor Iupiter
Rapuit ſuã propter pulchritudinẽ,ut cũ dijs cõuerſaretur,
Et Iouis in domo dijs uinum effunderet,
Mirabile uiſu,ab omnibus honoratus immortalibus,
Aurea ex cratera hauriens nectar rubrum:
Troas uerò luctus ꝑpetuus hẽbat præcordia,neq; nouerat,
Vbi illi charum filium rapuit diuina procella.
Hunc deinde lugebat omnino in diebus omnibus,
Et illius Iupiter miſertus eſt:dedit autem illi filij dona,
Equos uelocipedes,quiq; immortales ferunt:
Hos illi dono dedit habere,dixitq; ſingula
Iouis conſilijs nuncius Argicida,

*Quòd eſſet immortalis,& inſeneſcibilis in diebus oĩbus.*
*At poſtquàm Iouis hic audiuit nuncium,*
*Non ampliùs poſteà lugebat:gauiſus aũt eſt mentẽ intus:*
*Lætus autem equis uelocibus uehebatur.*
*Vt aũt iterũ Tithona habens aureã ſedẽ rapuit Aurora,*
*Veſtræ nationis ſimilem immortalibus,*
*Deditſe ad uiam petitura nigrinubem Saturnium,*
*Immortalémq; eſſe,ac uiuere in diebus omnibus:*
*Huic autem Iupiter annuit,& perfecit deſyderium:*
*Inſana,neq; intellexit in mente ueneranda Aurora*
*Heben petere,radereq́; ſenectam perniti oſam:*
*Hunc aũt quouſq; quidem habebat à multis amata Hebe,*
*Aurora oblectatus aurithrona ab aëre genita,*
*Habitabat apud oceani fluxum ad terminos terræ.*
*Verùm poſtquàm primi cani effundebantur capilli*
*Pulchro ex capite,& ex generoſa barba,*
*Huius quidem à lecto abſtinebat ueneranda Aurora:*
*Ipſum autem rurſus nutriebat in domibus habens,*
*Ciboq; ambroſiáq;,& ueſtes bonas cùm dediſſet:*
*Verùm quando utiq; oĩno ad odioſã ſenectã properabat,*
*Neq; aliquid membrorũ mouere ualebat,neq; attollere:*
*Hoc autem illi in animo optimum uidebatur conſilium,*
*In thalamum depoſuit:ianuas autem impoſuit lucidas:*
*Huius utiq; uox fluit indicibilis,neq; uis,*
*Eſt,qualis anteà fuit in flexibilibus membris,*
*Non utiq; ego te talem inter immortales optarem,*
*Immortalémq; eſſe,& uiuere in diebus omnibus:*
*Sed ſi quidem talis exiſtens formáq; corporéq;,*
*Viueres,noſtérq; uir uocatus eſſes,*
*Nõ utiq; deinde me luctus ſecũdũ denſã mentẽ cooperiret:*

*Nunc*

Nunc autem te quidem celeriter ſenectus ſimilis cooperiet
Immiſericors,quæ poſteà afflat hominibus
Pernitioſa,laborioſa,quam & dij odio habent.
At mihi magna iniuria inter immortales deos
Erit in diebus omnibus omnino cauſa tui:
Qui ante q̃ meas cõuerſationes,& cõſilia,q̃bus olim oẽs
Immortales commiſcui cum mortalibus mulieribus
Timebant:omnes enim meum donabat conſilium:
Nunc aũt utiq; non amplius mihi licebit gemens nominare
Hoc inter immortales:ſiquidẽ ingẽti mulcta mulctata ſum
Damno duro,nec tolerando:aberraui autem mente mea:
Filium autem ſub cinctura poſui cum mortali mixta:
Hunc quidem ubi utiq; primùm uiderit lucem ſolis,
Nymphæ illũ nutriẽt mõtanæ profunda pectora habẽtes,
Quæ hunc habitant montem magnũq; ualde diuinumq́;,
Quæ utique neq; mortales,neq; immortales ſequuntur,
Diu quidem uiuunt,& immortalem cibum comedunt,
Atq; cum immortalibus pulchram choream inſtaurant.
Cum his autem Sileniq́;,& bonus explorator Argicîda
Miſcebantur in amorem in receſſu ſpeluncarum amabiliũ:
His autem ſimul,aut abietes,aut quercus alti capitis
Genitis nati fuere ſuper terram alentem uiros
Pulchrè florentes,in montibus altis
Stant altæ:delubra autem uocant
Immortalium:has autem non mortales ſecant ferro.
Sed quando utiq; parca aſtiterit mortis,
Siccantur quidem primùm ſuper terrã arbores pulchræ.
Cortex aũt circunquaq; corrumpitur:cadunt autem rami:
Horum autem ſimul anima relinquit lucem Solis.
Hæ quidem meum nutrient apud ſe filium habentes:



Ayuntamiento de Madrid

Hunc quidẽ cùm utiq; primũ cœpit à multis amata Hebe,
Ducent tibi hîc Deæ,oſtendentq; puerum:
Tibi autem ego ut hæc in mentem omnia narrem,
In quintum annum rurſus ueniam filium ducens,
Hunc quidem ubi utiq; primùm uideris florem oculis,
Gaudebis uidens:ualde enim dijs ſimilis erit,
Duces autem ſtatim illum ad Troiam uentoſam:
Si autem aliquis interrogaſſet te mortalium hominum:
Quæ tibi charum filium ſub cinctura poſuit mater,
Huic tu dicere memor ſis,ut te iubeo,
Dicunt tibi Nymphæ uenuſtæ natum eſſe,
Quæ hunc habitant montem indutum materie:
Si autem utiq; rem ipſam diceres,& iactes dementi aïo,
In amorem mixtum eſſe cum bene coronata Cytherea,
Iupiter te iratus feriet ardenti fulmine.
Dicta ſunt tibi omnia:tu aũt in mente tua intelligens,
Cohibe te,neq; nomina,Deorum autem obſerua iram.
Sic effata,abijt ad cœlum uentoſum:
Salue Dea Cyprum bene habitatam regens:
A te autem ego incipiens tranſibo aliam ad laudem.

## IN EANDEM.

VEnerandam auream coronam habentem pulchram Venerem
Canam,quæ totius Cypri munimenta ſortita eſt
Maritimæ:ubi illã zephyri uis molliter ſpirantis
Suſcitauit per undam multiſoni maris,
Spuma in molli:hanc autem auricuræ Horæ
Suſceperunt hilariter,immortales autem ueſtes induêre:
Capite uerò ſup̃ ĩmortali coronã bene cõſtructã poſuêre



Ayuntamiento de Madrid

Pulchram,auream:tribus autem anſis
Donum orichalchi auriq; honorabilis:
Collum autem molle,ac pectora argentea
Monilibus aureis ornabant,quibus ipſæ
Horæ ornatæ fuêre auriacæ,quando irent
Ad choream amabilem Deorum,& domos patris.
Verùm poſtquàm omne circa corpus ornamentum poſuêre,
Duxêre ad immortales:hi aũt amplectebantur uidentes,
Manibusq; ſalutabant,& cupijt unuſquiſq;
Eſſe puellam mulierem,& domum ducere,
Formam admirantes ex uiolis coronã habẽtis Cythereæ:
Salue nigras habẽs palpebras,dulciloqua,da uerò in cer(tamine
Hoc uictoriam ferre,meã ãt præpara cantionẽ:
At ego & tui,& alterius memor ero cantionis.

## BACCHVS, AVT LATRONES.

DE DIONYSIO Semeles inclytæ filio
Memor ero, ut apparuit apud littus maris,
Acta in longa iuueni uiro ſimilis
Nuper pubeſcenti:pulchri autem concutiebantur capilli
Cyanei:ueſtem autem circa ponderoſos habebat humeros
Purpuream:citò autem uiri boliſcalma ex naui
Latrones peruenere celociter ad nigrum pontum
Tyrreni:hos autem duxit mala mors:hi autem uidentes
Annuere adinuicem:citò aũt ſaliere:ſtatim aũt capientes
Abiêre ad ſuam nauem læti animo:
Filium enim illum dixêre à Ioue nutritorum regum
Eſſe,ac uinculis uolebant ligare difficilibus:
Hũc ãt non tenebãt uincula:uimina aũt procul cadebant



Ayuntamiento de Madrid

A manibus,& à pedibus:hic autem ſubridens ſedebat
Oculis Cyanæis:gubernator autem intelligens,
Statim ſuos ſocios hortatus eſt,dixitq́;:
Miſeri,qualem hunc deum ligatis capientes
Fortem:neq; ferre illum poteſt nauis.
Aut enim Iupiter hic eſt,aut argentiarcus Apollo,
Aut Neptunus,quoniam non mortalibus hominibus
Similis eſt,at dijs,qui olympicas domos habent.
Verùm agitè,hunc dimittamus ad continentem nigrã
Statim,neq; in eum manus conijcite,ne iratus
Excitet difficiles uentos,ac turbinem multam.
Sic dixit:huic autem dux odioſo reſpondit uerbo:
Infelix,ſecundum uentum uide:ſimul aũt uelũ trahe nauis
Simul omnia arma capiens:hic autem uiris curæ erit:
Spero,aut Aegyptum ueniet,aut hic in Cyprum,
Vel ad Hyperboreos,uel utroq;: tandem autem,
Aliquando dicet ſuos amicos,& poſſeßiones omnes,
Suóſq; fratres,poſtquàm nobis obtulit deus.
Sic dicens,malúmq;,& uelum trahebat nauis:
Flauit autem uentus in medio ueli:circum autem arma
Expediebant:cítò aũt illis apparebant admirabilia opa.
Vinum quidem primùm ucloccm per nauim nigram
Dulcipotum fluebat odorum:excitabatur autem odor
Immortalis:nautas aũt ſepulchrum cœpit omnes uidẽtes:
Statim autem in ſummitate ueli extenſa eſt
Vitis,huc atq; huc,pendebant autem multæ
Vuæ:circa autem malum uoluebatur hedera
Floribus uireſcens,gratus autem fructus excitabatur:
Omnes autem ſcalmi coronas habebant:uidentes autem
Non timuere:tunc deinde gubernatorem hortabantur,



Ayuntamiento de Madrid

In terrã appropinquare:hic ãt illis leo factus fuit ĩter na=
Grauis in ſũmitate:ualde ãt rugiebat,ĩ media uerò (uim
Vrſum fecit hirſutum ceruicæ,ſigna oſtendens:
Surrexit autem aœr:leo autem in ſede ſumma
Grauiter toruè uidens:hi autem in puppi timuere:
Circum aũt gubernatorem ſapientem animum habentem
Stetere utiq; ſtupefacti:hic aũt repentè impetum faciens,
Ducem cœpit:hi autem forâs,malam mortem fugientes,
Omnes ſimul ſaliere,cùm uidiſſent in mare diuum:
Delphines autem facti fuere:gubernatorem aũt miſertus,
Habuitq;,& illum fecit beatiſsimum,dixitq; uerbum:
Confide diue rector,meo grate in animo:
Sum autẽ ego Bacchus magniſonus,quem peperit mater
Cadmea Semele Iouis in amorem mixta:
Salue nate Semeles pulchriocalæ,haudquaquam licet
Tui oblitum,ſuauem ornare cantionem.

## IN MARTEM.

MArs perrobuſte, grauiſtrepicare , aureamſcuti=cambabens,

Magnanime,clypifer, urbiũſeruator,armisinſtru
Fortimane,indefeſſe, haſtaualens, mœniaolympi, (cte,
Victoriæ felicis pater,auxiliator iuſtitiæ,
Iniuſtis tyranne,iuſtiſsimorum dux hominum,
Fortitudinis ſceptrifer,ignitum circulum uoluens
Aetheris inter ſeptigrada aſtra,ubi te equi
Valde flammoſi tertio ſuper currũ ſemper habent:
Audi mortalium auxiliator,dator audacis hebes,
Facilè relucens lumen deſuper ad uitam
Noſtram,ac fortitudinem martialem:ſic utiq; poſſem



Ayuntamiento de Madrid

Depellere malum amarum à meo capite,
Et animæ deceptorium ſubflectere in mentem impetum,
Animiq; robur acutum cohibere, qui me excitauit
Pugnam horrendam aggredi: ſed tu audaciam
Da beate, pacisq; manere in illæſibilibus legibus,
Inimicorum fugientem laborem, fataq; uiolenta.

IN DIANAM.

Dianam laudat muſa ſororem procul iaculantis,
Virginem ſagittis oblectantē, ſimul nutritam cum
Apolline:
Quæq; equos paratos iuncis copioſæ Meletæ
Impetuoſè per Smyrnam totum aureum currum agit,
Ad Clarum uitibus copioſam: uerùm argentiarcus Apollo
Sedit expectans longè iaculantem ſagittis oblectantem:
Et tu quidem ſic ſalue: Deæ autem ſimul omnes cantione,
Et ego te primùm, & à te incipio cantare:
A te autem ego incipiens tranſibo aliam ad laudem.

IN VENEREM.

Cyprogenitam Cythereā canam, quæq; mortalibus
Blanda dona dat: amabili autem facie
Semper ſubridet, & amabilem fert florem:
Salue Dea Salaminam bene habitatam regens,
Et totam Cyprum, da uerò amabilem cantionem:
At ego tui, & alterius memor ero cantionis.

IN PALLADEM.

Palladem Atticam patronam urbium incipio canere
Grauem, cui cum Marte curæ ſunt bellica opera,
Dirutæq; ciuitates, clamorq;, belláque,
Quin & liberauit populum uenientémque, euntémque:
Salue

Salue Dea, da uerò nobis fortunam, felicitatémque.

## IN IVNONEM.

IVnonem cano aurithronam, quam peperit Rhea,
Immortalem reginam excelſam formam habentem,
Iouis ualdeſoni ſororem uxorémque
Inclytam, quam omnes beati per longum olympum
Læti honorant ſimul cum Ioue oblectante fulminibus.

## IN CEREREM.

CErerem pulchricomam uenerandam deam incipio
canere,
Ipſam & puellam perpulchram Proſerpinam:
Salue dea, & hanc ſerua ciuitatē, præſis autem cantioni.

## IN MATREM DEORVM.

MAtrem mihi omniumq; deorū, omniūq; hominum
Laudat muſa ſuauis Iouis filia magni,
Cui crotalorum, tympanorúmq; ſonus, ſimulq;
tremor tibiarum
Placuit, ac luporum clangor, terribiliúmque leonum,
Monteſq; ſonori, & ſyluoſi receſſus,
Et tu quidem ſic ſalue: deæ autem ſimul omnes cantione.

## IN HERCVLEM LEONINI ANIMI.

HErculem Iouis filium canam, quē ualde fortiſsimū
Genuit terreſtriū Thebæ in pulchris regionibus
Alcumena, mixta cum nigrinube Saturnio:
Qui anteà quidem per terram indicibilem, ac mare
Errans iuſsibus Euriſthei regis,
Multa quidem ipſe fecit iniuſta, & multa ſuſtulit:
Nunc autem in pulchro ſolo niuoſi olympi

Habitat

Ayuntamiento de Madrid

Habitat oblectatus, et habet pulchros talos habẽtẽ Hebẽ:
Salue rex Iouis fili, da uerò uirtutemq́;, & fœlicitatem.

## IN AESCVLAPIVM.

MEdicum morborum Aeſculapiũ incipio canere,
Filium Apollinis, quem genuit diua Coronis
Dotio in campo, puella Phlegij regis:
Gaudiũ magnũ hominibus malorũ deliniatorem dolorũ:
Et tu quidem ſic ſalue rex, precor autem te cantione.

## IN IOVIS PVEROS.

CAſtorem & Pollucem cane muſa ſuauis
Tyndaridas, qui à Ioue olympio geniti ſunt.
Quos ſub Taygeti uertice pepit ueneranda Leda,
Clàm ſubdomita à nigrinube Saturnio.
Saluete Tyndaridæ, uelocium aſcenſores equorum.

## IN MERCVRIVM.

MErcurium cano Cyllenium Argicidam,
Cyllenen regentem, et Arcadiam ouibus copioſã,
Nunciũ immortaliũ ualde utilẽ, quẽ pepit Maia
Atlantis filia, Iouis in amorem mixta,
Verecunda, beatorum deorum effugit commercium,
Antrum habitans opacum, ubi Saturnius
Cum nympha pulchricoma miſcebatur noctis ĩ medio tpe,
Quando dulcis ſomnus tenebat albiulnam Iunonem:
Latebat aũt immortalesq́; deos, mortalesq́; homines:
Et tu quidem ſic ſalue Iouis & Maiæ fili:
A te autem ego incipiens tranſibo ad aliam laudem:
Salue Mercuri gratiarum dator, nuncie, dator bonorum.

In pana

Ayuntamiento de Madrid

## IN PANA.

DE Mercurij mihi charo filio dic muſa,
Capripede, bicorno, amatore ſtrepitus, quique in Piſſa
Arboroſa ſimul incedit ſolitis choreis cum nymphis,
Quæq; præruptæ petræ incedunt capita
Pana inuocantes paſtoralem deum perpulchricomum,
Squallidum, qui omnem collem niuoſum ſortitus eſt,
Et uertices montium, & ſaxoſa cacumina:
Frequentat autem huc atq; illuc per uirgulta denſa:
Interdum quidem fluentis pellectus mollibus,
Interdum iterum ſaxoſa altiſsima obambulans,
Summum uerticem ouium ſpeculam aſcendens:
Sæpe autem caprisfrequentes percurrit montes longos:
Sæpe autem in colles digreditur feras mactans,
Acutè cernens: tunc autem heſperus clanxit, ut
Ex ſummitate egrediens arundinum, ſub carmine ludens:
Suaue non hunc præcurreris in cantibus
Auijs, quæ uere multifloro in folijs
Lamentum effundens emittit ſuauem cantum:
Cum ipſis autem tunc nymphæ montanæ ſuauiloquæ
Ambulantes frequenter pedibus ad fontem nigræ aquæ
Canunt: uerticem autem reſonat montis Echo:
Deus aũt huc atq; illuc chorearum tunc in mediũ ſerpẽs,
Frequenter pedibus aſſequitur: pellẽ ãt terga cruentam
Lyncis habet, ſuauibus oblectans animum cantibus,
In molli prato, illic crocus & hyacinthus
Suauiter ſpirans uirens admiſcetur innumeroſam herbam:
Celebrant autem deos beatos, & longum olympum,

Qualem

Qualem Mercurium admodùm utilem egregium omniũ
Dicebam,quòd hic omnibus deis uelox nuncius eſt:
Et utiq; in Arcadiam copioſam fontibus matrem ouium
Venit:ubi autem illi templum Cyllenium eſt:
Vbi hic & deus exiſtens graali uellere oues paſcebat
Virũ apud mortalẽ:uireſcebat.n.amor mollis, q̃ eũ inuaſit
Cũ nympha pulchricoma Dryopis in amorem miſceri:
Perfecit aũt nuptias uireſcentes:peperit aũt in domibus
Mercurium charum filium,ſtatim monſtruoſum uiſu,
Capripedem,bicornum,ac multi ſtrepitus exiſtentem,& dulceridentem:
Fugit autem ſurgens,reliquit autem puerum nutrix:
Metuit enim ut uidit faciem implacabilem,hirſutam:
Hunc aũt ſtatim Mercurius ualde utilis ad manũ poſuit
Accipiens,gaudebat autem in animo admodùm deus:
Confeſtim autem ad immortaliũ ſedes accurrit, puerum co
Pellibus in denſis montani leporis: (operiens
Apud autem Iouem ſedit,& alios deos:
Oſtendit ãt puerũ ſuum:oẽs aũt animum oblectabant
Immortales:in cæteros autem Bacchus ille Dionyſius,
Pana aũt illũ uocarunt,quòd animũ omnibus oblectauit:
Et tu quidem ſic ſalue ô rex,litabo autem te cantu:
Nam ego & tui,& alterius memor ero cantus.

## IN VVLCANVM.

Vulcanum inclyti conſilij cane muſa ſuauis,
Qui cum Minerua cæſia præclara opera
Homines docuit in terra,qui anteà
Antris habitabant in montibus ueluti feræ:
Nunc aũt per Vulcanum inclytum in artibus opa docti,
Facilè æuum finiferum ad annum,
Quieti degunt in ſuis domibus.

Ayuntamiento de Madrid

*Sed propitius eſto Vulcane:da ãt uirtutem,& fcliãtatem.*

## IN APOLLINEM.

*PHœbe,te qdẽ & cygnus ſub alis ſuauiter cantat,*
*In ripam inſiliens amnem apud uorticoſum*
*Peneum:te aũt cantor habens citharam ſuauem*
*Dulcicanus,primúmq; & poſtremò ſemper canit:*
*Et tu quidem ſic ſalue rex,placo autem te cantu.*

## IN NEPTVNVM.

*NEptunum deum magnum incipio canere,*
*Terræ motorem,ac immenſi maris:*
*Pontium,quiq́; Helicona,& latas habet Aegas:*
*Dupliciter tibi ô terræ motor dij honorem diuiſerunt,*
*Equorúmque domitorem eſſe,ſeruatorémque nauium:*
*Salue Neptune terram habens cæruleis crinibus decore,*
*Et beate, benignũ animũ habẽs,nauigantibus auxiliare.*

## IN IOVEM.

*IOuem deorum optimum canam,& maximum,*
*Latè ſonantem,ualidiſſimum,fructiferũ,q cũ Themide*
*Seorſum ſedente,crebros ſermones miſcet:*
*Sis propitius latè ſonans Saturnie inclytiſſime,maxime.*

## IN VESTAM.

*VEſta, quæ regis Apollinis proculiaculantis*
*In Pytho ualde diuina ſacrã domũ circũuerſaris,*
*Semper ex tuis crinibus diſtillat liquidũ oleum,*
*Veni hanc ſuper domum,ac&e de animum habens,*
*Cum Ioue ſapiente: gratiã autem ſimul præbe carmini.*

*In muſas,*

Ayuntamiento de Madrid

## IN MVSAS ET APOLLINEM.

A Muſis incipio, Apollineq́;, Ioueq́;:
Ex enim Muſis & procul mittente Apolline,
Viri poëtæ ſunt in terra & citharœdi:
Ex autem Ioue reges: hic autem felix quem Muſæ
Diligunt, ſuauis illi ab ore fluit uox:
Saluete proles Iouis, & meum in honorē habete cantum:
Atq; ego & ueſtri & alterius memor ero cantus.

## IN BACCHVM.

HEderacoronatum Bacchum ualde ſonantem inci=
pio canere,
Iouis ac Semeles ualde inclytæ præclarũ filium,
Quem alebant pulchricomæ Nymphæ à patre rege
Suſcipientes pectoribus, & accuratè nutriebant
Nyſſæ in uallibus: hic autem creſcebat à patre procul,
Antro in bene olenti in numero poſitus immortalium:
At poſt hunc deæ multi laudem aluerunt,
Tunc ibat ad nemoroſos receſſus,
Hedera & lauro ornatus: hæ autem ſimul ſequebantur
Nymphæ: hic ãt dux erat, ſonus ãt habebat maximã mate
(riem,
Et tu quidem ſic ſalue uuis copioſe, ô Bacche:
Da autem nos gaudentes ad horas rurſus uenire,
Ex horis autem rurſus ad multos annos.

## IN DIANAM.

DIanam cano aureum collum habentem ſonoram,
Virginem uerecundã, ceruos iaculantem, ſagittis
oblectantem,
Legitimam ſororem aurienſis Apollinis:
Quæ per montes umbroſos, & promontoria uentoſa,

Venatione

Venatione oblectata, totum aureum arcum extendit,
Emittens gemituoſa tela: tremunt autem capita
Altium montium: ſonat autem hirſuta ſylua
Grauiter à clangore ferarum: horret autem terra,
Pontusq́; piſcoſus: at hæc fortem animum habens
Vbiq́; ſe uertit ferarum perimens genus.
At poſtq̃ oblectata eſt ferarũ ſpeculatrix ſagittis oble=
Delectauerit ãt aĩm laxãs flexibilem arcũ, (ctãs,
Venit in magna domo fratris ſui chari
Phœbi Apollinis, Delphorum in pinguem populum,
Muſarum, ac Gratiarum pulchram choream inſtaurans:
Vbi ſuſpendens reflexum arcum & ſagittas,
Dux fit, gratioſum circa corpus ornamentum habens,
Præcedens in choro: hæ aũt ambroſiam uocem emittẽtes,
Laudant Latonam pulchrostaloshabẽtẽ, ꝗ peperit filios
Immortalium conſilioq́; operibusq́; longè optimos:
Saluete nati Iouis & Latonæ pulchricomæ:
Verùm ego ueſtrûm & alterius memor ero cantionis.

## IN PALLADEM.

PAlladem Atticam inclytam incipio canere,
Cæſiam, multi conſilij, implacabilem aĩum habẽtẽ,
Virginem uerecundã, patronam urbium, robuſtam,
Tritogenam, quam ipſe genuit conſultor Iupiter
Venerando ex capite, bellicoſa arma habentem,
Aurea ſplendida: ſtupor aũt habebat omnes uidentes
Immortales: hæc autem ante Iouem ægiochum
Impetuoſè exilijt ab immortali capite,
Cõcutiens acutũ telũ: magnus ãt concutiebatur olympus
Grauiter à forti cæſia: circùm autem terra

Fortiter

Ayuntamiento de Madrid

*Fortiter ſonuit:motus igitur eſt pontus,*
*Vndis purpureis commotus:conſtitit autem mare*
*Repentè:ſtetit autem Hyperionis præclarus filius*
*Equos uelocipedes multum tempus,donec puella*
*Cepit ab immortalibus humeris dijs ſimilia arma*
*Pallas Attica:gauiſus eſt autem conſultor Iupiter.*
*Et tu quidem ſic ſalue Iouis nate ægiochi:*
*Verùm ego & tui,& alterius memor ero cantionis.*

## IN VESTAM.

*VEſta,quæ omnium in domibus altis*
*Immortaliũq; deorum,humi uenientiũq; hominũ,*
*Sedē ſempiternam ſortita es,ac antiquũ honorē,*
*Pulchrum habens donum & honorem:neq; enim ſine te*
*Conuiuia mortalibus,ubi non prima poſtremáq;*
*Veſta incipiens delibat ſuaue uinum:*
*Et tu mihi Argicida Iouis & Maiæ fili,*
*Nuncie,beatorum auriuirga dator bonorum,*
*Habitare domos bonas chara mentibus adinuicem,*
*Propitius exiſtens,auxiliare cum uerecundáq; charáq;*
*Veſta:ambo enim terreſtrium hominum*
*Scientes opera pulchra,mentēq; ſequimini & Heben:*
*Salue Saturni filia tuq;,& auriuirga Mercurius:*
*At ego ueſtrûmq;,& alterius memor ero cantionis.*

## IN TERRAM MATREM OMNIVM.

*TErram omnium matrem canam bene fundatam,*
*Honoratiſsimam,quæ nutrit in terra omnia quæcunque ſunt,*
*Et quot terram diuam incedunt,& quot pontum,*
*Et quot uolunt,hæc nutriuntur ex tuis diuitijs:*

Ex te

Ayuntamiento de Madrid

Ex te aũt boni liberi, & boni fructus exiſtent:
Veneranda, in te aũt poſitum eſt dare uitam, & auferre
Mortalibus hominibus: at hic felix, quem utiq; tu in animo
Promptè honorabis, huicq; copioſa omnia ſunt:
Abundat quidem illis aruum uitiferum, & per agros
Iumentis abundat: domus autem impletur bonis:
Ipſi aũt bonis legibus ꝑ urbẽ habentẽ pulchras mulieres
Dominantur: felicitas autem multa & diuitiæ ſequuntur:
Filij autem lætitia iuuentute florentem gloriantur,
Virginesq; choreis feſtiuis læto animo
Ludentes, gaudent ad flores molles herbæ,
Quos utiq; tu honorabis ueneranda copioſa dea.
Salue deorum mater, uxor cœli ſtellati:
Prompta autem pro cantu uitam lætam præbe:
At ego & tui, & alterius memor ero cantionis.

## IN SOLEM.

SOlem laudare rurſus Iouis nata incipe muſa
Calliope Phaëtontem, quem Euriphaëſſa bouinosocu-
losbabens
Peperit terræ filio & cœli ſtellati.
Duxit enim Euriphaëſſam ualde inclytam Hyperion
Legitimam ſororem, quæ illi peperit pulcherrimos filios,
Auroráq; roſeum cubitũ habentem, pulchricomáq; Lunã,
Solémque indefeſſum, ſimilem immortalibus,
Qui lucet mortalibus, & immortalibus dijs,
Equos aſcendens: horrendùm autem hic inſpicit oculis
Aurea è galea: clari autem radij ab ipſo
Splendore relucent: ad tempora autem genæ
Claræ à capite gratioſum tenent os
Lucidum: pulchra autem circa corpus fulget ueſtis,

Tenuiter contexta flatu uentorum: ſub aũt maſculi equi:
Hîc igitur hic ſiſtens, auriiugum currum & equos
Diuinus mittit per cœlum in oceanum:
Salue rex, promptè autem uitam lætam præbe:
A te autem incipiens, uocabo mortalium genus uirorum
Semideorum, quorum opera dij mortalibus oſtenderunt.

## IN LVNAM

LVnam canere extenſipenem, dicite muſæ
Suauiloquæ puellæ Saturnij Iouis, peritæ cantus:
Ex qua ſplendor terram inuoluit à cœlo
Capite ex immortali: multũ aũt ornamentũ excitatum eſt
Splendore ſplendente: eniteſcit autem tenebroſus aër
Aurea ex corona: radij autem uoluuntur
Quando ab oceano lauans corpus pulchrum,
Veſtes induta procul lucentes diuina Luna,
Iungens polos longecæruicis fulgidos,
Impetuoſè priùs agitarit pulchricomos equos:
Veſptina, ſemimẽſtrua, quãdo plenus eſt magnus globus,
Clarißimiq; ſplendores, tunc auctâ, ſunt
Cœlitùs, ſignum autem mortalibus, & indicium eſt:
Cum qua olim Saturnius mixtus eſt amicitiâ & lecto:
Hæc autem pregnata omnifariam peperit filiam,
Decoram formam habentem inter immortales deos:
Salue regina dea albiulna diua Luna,
Prompta, pulchricoma: à te enim incipiẽs laudes hominum
Canam ſemideorum, quorum audiunt opera poëtæ,
Muſarum miniſtri ab oribus amabilibus.

## IN IOVIS PVEROS.

DE Iouis pueris nigriocul æ dicite muſæ



Ayuntamiento de Madrid

Tyndaridis, Ledæ pulchricalæ præclaris natis,
Caſtoreq; equorum domitore, & irreprehēſibili Polluce,
Quos ſub Taygeti uerticæ montis magni,
Mixta in amorem cum nigrinube Saturnio,
Seruatores peperit pueros terreſtrium hominum,
Velociumq; nauium, quando ſparguntur procellæ
Hyemales per pontum implacabilem: hi autem è nauibus
Vota facientes uocant Iouis pueros magni
Agnis albis, ad littora exeuntes
A puppi: hanc autem uentuſq; magnus, & unda maris
Fecerunt ſubmerſam: hi autem repentè apparuerunt
Flauis alis per æthera uibrantes:
Statim autem difficilium uentorum ſedarunt procellas:
Vndas autem ſtrauerunt albi maris in pelagijs
Nautis, ſigna bona laboris ſui: hi autem uidentes
Gauiſi ſunt: ceſſarunt autem ab ærumnoſo labore:
Saluete Tyndaridæ, uelocium aſcenſores equorum:
At ego ueſtrûm, & alterius memor ero cantionis.

## IN HOSPITES.

VEneremini hoſpitijs utentem & domo,
Qui urbē excelſā Nymphæ amabilioculæ Iunonis
Habitatis in inferno, cuius pedē poſtremū alticomæ
Ambroſiam bibentes aquam flaui fluuij
Hebri pulchrifluі, quem immortalis peperit Iupiter.

Finis Homeri Hymnorum.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX RERVM SI-
## MVL ET VERBORVM
## ODYSSEAE HOMERI.

*Ad indicem hunc intelligendum, ſcito lector candide, per a literam, primam faciem: per b uerò, ſecundam intelligi.*


Achæorũ cõcilium 10 b
Achillis umbra Agamẽ. alloquur 100 a, 205 a
Achillis exequiæ ibidem b 205 b
Acroneus 64 a
Aeæa inſula 84 b
Aegiſthi adulterium 22 b
Aeoli regia 82 b
Aeolus dat Vlyßi utrem uẽtorum 82 b
Aeolus indignabundus Vlyſſem expellit 83 b
Aeſon 96 b
Agamemnonis exitium recenſet Neſtor 22 b
Agamemnonis interitus 23 a 36 a
Agamẽnonis umbra ſuũ exitiũ Vlyßi narrat 99 a
Agelaus hortatur procos, ut nuptias maturent 180 b
Agelaus Mentori, ne Vlyſſem iuuet 193 a
Aiacis Oilei exitus 35 b
Aiacis anima 101 b
Alcinous 50 a
Alcinoi regia 57 b
Alcinoi hortus 58 a
Alcinous Phæacenſibus de Vlyße 59 a
Alcinous optat Vlyſſem ſibi generum 61 a
Alcinous promittit Vlyßi ſe fore illi auxilio ibid.
Alcinous Phæacenſes hortatur, ut Vlyßem iuuẽt 92 b
Alcinous parat cõuiuiũ 63 a
Alcinous hortatur Phæaces ad certamen ibid. b
Alcinoi filij 64 a
Alcinous quærit omnes con


Ayuntamiento de Madrid

ditiones Vlyßis 71 b
Alcmena 97 a
Alcmaon 132 b
Alitherſes uates 13 a,212 a
Amphialus 64 a
Amphiaraus 132 b
Amphilochus ibid.
Amphion 96 b
Amphimedon 193 b
Amphimedon procus apud inferos recitat procorum cædem 206 b
Amphinomus procus cæteris Penelopæ gratulatur 144 b
Amphinom. interficitur 191 a
Amythaon 96 b
Anchialus 64 a
Antilochus à Memnone occiſus 30 a
Anticleæ Vlyßis matris umbra 95 a
Antinoi inſolentis uerba ad Telemachum 9 b,12 a
Antinous recenſet Penelopes dolos 12 a
Antinous & Eurymachus procorũ principes 37 b
Antinoi cõſiliũ de Telẽacho è medio tollẽdo 144 b
Antĩoi uerſipellis aĩus 145 a
Antinous Eumæũ obiurgat propter mendicum 152 b
Antinous occiditur 189 b
Antiope 96 b
Antiphates rex Leſtrygonũ ſanguinarius in Vlyſſem 84 b 132 b
Apia terra 56 b
Aqlæ auguriũ 131 a,137 a
Arciſius 122 a
Arcus Vlyßis 182 a
Arete uxor Alcinoi 57 a
Aretæ clementia ibid.
Areten Vlyſſes ſupplex orat 58 b
Aretæ exponit Vlyſſes ſuos labores 60 a
Argus canis Vlyſſem agnoſcit 151 a
Ariadna 97 b
Artacia fons 84 a
Augurium 13 a
Autolycus Vlyß. auus 171 a

Bouis mactatio 25 b

CAduceus Mercur. 24 a
Calliroë flumẽ ad preces Vlyßis fluxũ ſiſtit 49 a
Calypſus nymphæ domus deſcriptio 42 b

Calypſô præcipitur, ut vlyſſem à ſe dimittat 43 a
Calypſûs ĩ deos iurgia 43 b
Calypſûs iuſiurãdũ 44 b
Calypſo promittit vlyßi immortalitatem, ſi ſecum maneat 45 a
Calypſo naui Vlyßis præcæpit, qua eat 46 a
Cauilla procorum in nauigaturũ Telemachũ 16 a
Ceruũ Vlyßes cõfigit 85 a
Charybdis deſcriptio 105 a
Caſſandræ cædes 99 b
Chloris 97 a
Ciconũ cũ Vlyſſe pug. 73 a
Cimmerij 92 b
Circes inſula 84 b
Circæ & deinceps ibid.
Circes pharmaco multi in feras uerſi 86 b
Circæ Vlyßi ſocios reſtituit priſtinæ formæ 88 b
Circæ prædicit Vlyßi iter ad inferos 90 b
Circæ præſagit Vlyßi futura pericula 103 b
Circus accipitris genus 113 a
Clitus 132 b
Clymene 98 a
Clytemneſtræ ſæuitia 99 b
Clytões curſor ĩſignis 64 a
Cretæ deſcriptio 167 b
Cyanea ſaxa 104 b
Cyclopũ ferax inſula 74 a
Cyclopum mores ritusq; uiuendi ibidem
Cyclopes deorum contemptores 77 a
DAlius Penelopes ſeruus 39 a
Demodocus canit Martis & veneris cõplexũ 66 b
Demodocus canit equũ Troianum 70 b
Demodocus cantor 112 a
Demoptolẽ9 occiditur 193 a
Deo uolẽte nihil diffic. 22 a
Deſcriptio uenationis 171 b
Digreßus Vlyßis ab Alcinoo 112 a
Deſcriptio ſpec9 Calyp. 42 b
Deſcriptio Cretæ 167 b
Dij nulli dedere omnia 65 a
Diſci iaculatu Vlyſſes ſupat omnes Phæacenſes 65 a
Diſcors nauigatio Græcorum 20 b
Doli Penelopes 12 a
Dolius 162 a, 211 a


Ayuntamiento de Madrid

Domus Calypſûs 42 b
Domus Telemacho inſtar flammæ apparet 165 a
Domus inſtruitur aduentui procorum 177 b
Dymas Nauſicleti filia 50 a
Echetus rex 158 b
Elatreus 64 a
Elatus occiditur 194 a
Elpenoris caſus 91 b
Elpenoris umbra 93 a
Elpenor tumulatur 103 b
Elyſius campus 36 b
Enipeus fluuius 96 b
Epicaſta 97 a
Ephialtes 97 b
Equus Troianus à Demodoco cantatus 70 b
Eretmeus 64 a
Eriphyle 98 a
Eupithes propter cæſos procos, cum Achæis cõſpirat in Vlyßis necem 211 b
Eupithes à Laërte occiditur 213 a
Eumæi ſubulci domus deſcriptio 119 a
Eumæus Vlyſſem hoſpitem hũaniter excipit 120 a
Eumæus Vlyſſem non cognoſcit ibidem
Eumæo reditus Vlyßis non perſuadetur 125 a
Eumæus in hoſpitis honorẽ, ſuem mactat 126 a
Eumæi & Vlyßis colloquium 133 b
Eumæus Vlyßi genus ſuum exponit 135 a
Eumæus gratulatur Telemacho reditum 138 b
Eumæus nunciat procos rediſſe 145 b
Euryades occiditur 194 a
Euryalus 64 a
Euryalus Vlyſſem enſe donat 69 a
Eurybates præco Vlyßis 168 b
Euryclea nutrix 10 a
Euryclea agnoſcit Vlyſſem ex cicatrice 171 a
Eurydice Neſtoris uxor 25 b
Eurymachus Telemachum alloquitur 9 b
Eurymachus uatem increpat 13 b
Eurymachus & Antinous procorũ principes 37 b
Eurymachus arcui impar,

dolet 186 a
Eurymachus occiditur 190 b
Eurymeduſa nutrix Nauſicaæ 57 a
Eurymedon 57 a
Eurynome Penelopes miniſtra 159 b
Eurypylus 101 a
Ex cõiugio bona fama 50 b
FAbula de Veneris & Martis complexu 66 b
Famula prodigij coniectrix 177 a
Famulæ impudicæ laqueo ſuſpenduntur 197 a
Farina medulla uirorũ 15 b
Filij plærunq; patribus deteriores 15 a
GRæci qui incolumes redierunt 21 a
HAlius filius Alcinoi 64 a
Haſta Mineruæ 5 a
Hebe 102 b
Helenæ ornatus 29 a
Helenæ & Menelai de aduenis fabulatio 29 a
Helenæ pharmacũ, diſcutiẽs triſtitiam 30 b
Helena de Vlyſſe & Ilij excidio 31 a
Helena incluſos equo Troiano noĩatim uocauit 31 b
Helena Telemachum xenijs donat 130 b
Helena augurij interpres 131 b
Herculis umbra 102 b
Hercules proditor hoſpitij 182 b
Hortus Alcinoi memorabilis 58 a
Hoſpitem inuitum detinere, inhumanum eſt 129 b
Humanæ conditionis miſera eſt ſors 159 a
IAſion à Ioue percuſſus fulmine 43 b
Idothæi doli in patrẽ 34 a
Igne luſtrantur ædes 197 b
Inferorum locus 92 b
Ingenium ſeruitute opprimitur 152 a
Iniuſtè in malis deos incuſamus 3 b
Iphimedia 97 b
Iphitus Eurytides 182 a
Iphtime ſoror Penelopes 40 a

Ayuntamiento de Madrid

Ithacæ inſulæ qualitas 37 a
Iupiter Aegiſthi adulterij in deorum conſilio meminit 3 b
Iupiter hoſpitalis 77 a
Iurare per Stygiam paludem, grauiſſimum dijs iuſiurandum 44 b
LAërtes aurarius faber 25 a
Lampetia 105 b
Lampus & Phaëton, equi Auroræ 202 a
Laodomas prouocat Vlyſſē ad certamen 64 b
Lectus coniugalis Vlyſſis 201 a
Leda 97 b
Leucothea nympha Vlyſſem iuuat 47 a
Liocritus Mentorem increpat 14 b
Liodes uiribus diffidit arcu 184 b
Liodes ſupplex orat Vlyſſem 194 b
Liodes occiditur 195 a
Lotophagi 74 a
Loti herba miranda uis 74 a
MAlorum ſuorū homo ſibi cauſa 3 a
Mantius 132 b
Medon præco nunciat Penelopæ Telemachum abnauigaſſe 38 b
Medon à cæde ſeruatur
Mæra 98 a
Megara 97 a
Melantho iurgatrix laceſſit Vlyſſem 162 b
Melanthij paſtoris iurgia in Vlyſſem 150 a
Melanthius Vlyſſem ferit ibidem b
Melanthij conuitia in Vlyſſem 178 a
Melanthius procos armis inſtruit 192 a
Melanthius uincitur 192 b
Melāthius trucidatur 197 b
Mendax ab hoſte non differt 121 b
Menelaus iubet aduenas hoſpitio ſuſcipi 27 b
Menelai regia 28 a
Menelaus Telemacho labores ſuos narrat 28 a
Menelaus dolet Vlyſſem abſentem 29 b



Ayuntamiento de Madrid

Menel. cām quærit profecti onis Telemachi 32 a
Menelai nauigatio 32 b
Menelao erranti Idothea dat conſilium 33 a, b
Mentor Telemachum tueri ſtudet 14 b
Mercurius mittitur è Deorum conſilio ad Calyſô nympham 42 a
Mercurij deſcriptio ibidē
Mercurius Calypſô præcipit, ut Vlyſſem dimittat 43 a
Mercurio ultimo libari conſuetum 58 a
Mercurius Vlyßi dat Moly herbam contra ueneficia 87 a
Mercurius procorū animas ad inferos deducit 204 b
Meſaulius 126 b
Minæ Telemachi aduerſus procos 16 a
Minerua impetrat à Ioue ut Vlyſſes reuertatur 3 b
Minerua habitū mentita, ad Telemachum tendit 5 a
Mineruæ haſta ibid.
Minerua à Telemacho hoſpitio ſuſcipitur ibid.
Minerua iubet Telemachū inueſtigare patrem 7 b
Minerua Telemachū hortatur, ut maturet iter 15 a
Mineruæ circa Telemachū ſolicitudo 17 a
Minerua ſub Iphthimes perſona ſolatur Penelopē 40 a
Minerua Neptunum uerita 57 b
Minerua Vlyſſem increpat diſsimulationis 116 a
Minerua docet Vlyſſem quid facto opus ſit in procos 117 b
Minerua Vlyßis habitum immutat 118 b
Minerua in ſomnis Telemachum ad reditum hortatur 128 b
Minerua Vlyſſem monet, ut filio ſe prodat 140 b
Minerua Vlyſſem animat in procorū cædem 175 b
Minerua procos reddit dementes 180 b
Muſiās Iupiter canenda ſuggerit 8 b
Mythaon 96 b

Ayuntamiento de Madrid

NAtura terræ Ithacenſis 117 b
Naubolides 64 a
Nauigatio diſcors Græcorũ à Troia 20 b
Nauſicaam Minerua alloquitur 50 b
Nauſicaa Alcinoum patrem alloquitur 51 a
Nauſicaa cum miniſtris lauatum profecta ibid. b
Nauſicaa Dianæ comparata ibidem b
Nauſicaæ miniſtræ terrẽtur uiſo nudo Vlyſſe 52 a
Nauſicaam Vlyſſes nudus alloquitur 52 b
Nauſicaa Vlyßi 53 a
Nauſicaa deſcribit Vlyßi patris regiam 54 a
Nauſithous 50 a
Nauteus 64 a
Neleus 96 b
Neoptolemus 101 a
Neptunus ſolus deorum Vlyßi infenſus 3 a
Neptunus Vlyſſem tempeſtate uexat 46 a
Neptuni in Vlyſſem inclementia 47 b
Neptunus indignatur Vlyſſem reſtitutum eſſe patriæ 113 b
Neretus mons 117 a
Neſtor 19 b
Neſtor de Græcorũ pugna, & dißidio diſſerit 20 b
Neſtoris filij ſacrum apparant 25 a
Neus 64 a
Noëmon Telemacho nauem commodat 37 b
Nomen Vlyßi unde inditum 171 a
Non uni dat cuncta Deus 65 a
Nullus, nomen Vlyßis 78 b
OCyalus 64 a
Oreſtes patris ultor 23 a
Orion à Diana peremptus 43 b
Orionis umbra 102 a
Otus & Ephialtes 97 b
Oycleus 132 b
PAndari filiæ 176 a
Pater ſuus cuique uix notus 6 b
Patria nihil dulcius 73 a
Pelias 96 b

Penelopes doli 12 a
Penelope Medoni de pro=cis 38 a
Penelope dolet clam ſe filium eſſe profectum 39 b
Penelope mendicum acerſiri iubet 155 a
Penelope ad procos ornata prodit 159 b
Penelope ſuccenſet Telemacho, ob cæſum hoſpitem 160 b
Penelope dona accipit à procis 161 b
Penelopes & Vlyßis ignoti colloquium 166 a
Penelope narrat Vlyßi ut fefellerit procos ibidem b
Penelope quærit ex hoſpite genus ſuum 167 a
Penelope narrat Vlyßi ſomnium coniectandũ 173 b
Penelope procis certamen proponit 182 a
Penelope Vlyſſem rediſſe non credit 198 a
Penelope tendit ad Vlyſſem 199 b
Penelope Vlyſſem tandem cognoſcit 201 b
Perimedes 93 a
Pero 97 a
Perpauci filij aßimilantur patri 15 a
Pharmacum Helenæ 30 b
Phaëtuſa 305 b
Phæacenſium origo 50 a
Phæaces ingenioſi 56 b
Phæaces dant xenia Vlyſſi 69 a
Phæacenſium naues ſenſiles ſunt 71 b
Phæacum nauis in ſaxũ uerſa 114 a
Phædra 97 b
Phemius cantor 5 b, 151 a
Phemius inter procos Achæorum reditum canit 8 b
Phemio Penelope irata ibi.
Phemius à cæde ſeruatur 195 b
Pheretes 96 b
Philœtius paſtor 178 a
Phorcynis portus deſcriptio 113 a
Phrontes nauclerus 23 a
Pilæ ludus 68 b
Piſandrus occiditur 193 a
Piſenor præco 11 a
Piſiſtrati humanitas erga

Ayuntamiento de Madrid

Telemachum 18 b
Piſiſtratus Antilochum luget 30 a
Polybus 194 a
Polydamna 30 b
Polyphemus Neptuni filius 4 a
Polyphemi antrum 75 b
Polyphemus ab Vlyſſe oculo excæcatur 78 b
Polyphideus 132 b
Ponteus 64 a
Pontonous præco 59 a
Portenta dira 110 a, 180 b
Proci Penelopes epulantur 5 a
Procorum de occidendo Telemacho conſilium 38 a
Proci parant nauem ad inſidias Telemacho ſtruendas 40 a
Proci inſidiaturi Telemacho enauigant 41 a
Procorum numerus 142 a
Proci redeunt ab inſidijs 144 a
Proci mirantur Penelopes formam 160 a
Procorum quiſq; Penelopen condonat 161 b
Proci ſiniſtro omine à Telemachi cæde deterrentur 179 a
Proci reddũtur inſani 180 b
Proci experiuntur uires ſuas arcu 185 a
Procorum cædes 189 b
Proci arma corripiunt in Vlyſſem 192 a
Procis interfectis, ſimulantur nuptiæ 200 b
Procris 97 b
Prodigium 176 b
Proteus 33 b
Proteus capitur à Menelao 34 b
Prymneus 64 a
Pudor mẽdico inutilis 152 a
Pugna Vlyßis cum Ciconibus 73 a
Pyræus 137 b
RHexenor Alcinoi frater 57 a
SAcrificatur bos Mineruæ 25 b
Saltatio 66 b, 68 b
Scyllæ & Charybdis deſcriptio 104 b
Sedes deorum 50 b
Sirenarum cantus 106 b

Ayuntamiento de Madrid

Siſyphus 102 a
Socij Vlyßis apud Lotophagos reditus obliti 74 a
Socij Vlyßis à Polyphemo uorati 77 a
Socij Vlyßis in porcos conuerſi 86 b
Socij ſex Vlyßis à Scylla uorati 107 b
Solatur Telemachus Eurycleam 16 b
Solis grex 108 b
Solis grex ab Vlyßis ſocijs uiolatus 109 a
Sol minatur lucem ſuam ſuperis ſubtrahere 109 b
Somni portæ 173 b
Specus Calypſûs 42 b
Suillinum dorſum appreciatur 70 a
TAntalus 102 a
Telemus Cyclopum uates 81 a
Telemachus Mineruam hoſpitio ſuſcipit 5 a
Telemachi in loquendo uerecundia 8 a
Telemachus matrem increpat 8 b
Telemachus iubet procos domo excedere 19 a
Telemachus ſuam fortunam Achæis exponit 11 a
Telemachus Mineruam precatur 15 a
Telemachus Eurycleam nutricem alloquitur 16 b
Telemachus nauigat Pylum 17 b
Telemachus Neſtorē interrogat de Vlyſſe 19 b
Telemachus proficiſcitur ad Menelaum 26 a
Telemachus accipit à Menelao et Helēa xenia 130 b
Telemachus proficiſcitur à Menelao 131 b
Telemachi & Piſiſtrati digreſſus 132 a
Telemachus Ithacam redit 136 b
Telemachus ad Eumæum tendit 137 b
Telemachus patrem non cognoſcit 139 a
Telemachi & Vlyßis ignoti colloquium 140 a
Telemachus mittit Eumæū ad matrem nūciaturū eius reditum 140 a

Ayuntamiento de Madrid

Telemachus recenſet patri numerũ procorũ 142 a
Telemachus abiturus vlyſſem Eumæo commendat 146 b
Telemachus redit ad matrem 147 a
Telemachus matri de ſua nauigatione 148 a
Telemachus Antinoum increpans 153 a
Telemac. monet Euryclẽa, ne hoſpitẽ negligat 177 a
Telemachus procos præcipit ne Vlyſſẽ infeſtẽt 179 b
Telemachus Cteſippũ obiurgat 180 a
Telemachus experitur uires ſuas arcu 184 a
Tempeſtatis deſcriptio 46 a
Tempeſtas ob Solis gregem uiolatum 110 a
Thalami concordiâ nihil dulcius 50 b
Theoclymenus uates ad Telemachũ cõfugiens 132 a
Theoclymenus à Telemacho in nauem ſuſcipitur 133 a
Theoclymenus uaticinatur de vlyſsis reditu 149 a
Theſei umbra 103 a
Thrinacia inſula 105 b
Tireſiæ uatis umbra 94 a
Tityus 102 a
Troctes 124 a
Tumultus exoritur ob cædem procorum 211 b
Tyro 96 b

Venationis deſcriptio 171 b
veneris & Martis complexus 66 b
venter imperioſa corporis pars 151 a
venti utre incluſi ab Aeolo vlyſsi dati 82 b
viaticum paratur nauigaturo Telemacho 16 b
vinum Maroneum memorabile 76 a
vinum Pramnium 86 b
vinum immodicum malorũ cauſa 187 a
vlyſſes inuitus à Calypſô detentus 44 a
vlyſses nauem ſtruit, ut à Calypſô nauiget in patriam 45 b
vlyſſes excutitur rate ui tẽ=

Ayuntamiento de Madrid

peſtatis 46 b
Vlyſſes naufragus à Leucothea iuuatur 47 a
Vlyſſes ad Phæacenſes defertur 48 a
Vlyſſes ad Nauſicææ genua prouoluitur 52 b
Vlyſſes nebulâ circunfunditur ingreſſurus ad Phæacas 56 b
Vlyßi Minerua, formam mentita Neenidis, fit obuiàm 56 a
Vlyßes Areten ſupplex aggreditur 59 b
Vlyſſes clementer ab Alcinoo ſuſcipitur ibidem
Vlyſſes cõmouetur ad fletũ Demodoci cantu 63 b
Vlyſſes hortatur Demodocum, ut equum Troianum cantu proſequatur 70 b
Vlyſſes prouocatur ad certamen 64 b
Vlyſſes importuno Euryalo ſuccenſet 65 a
Vlyſſes ſuperat omnes diſci iaculatu ibidem
Vlyßes prouocat Phæacas oĩ certaminũ genere 65 b
Vlyſſes ſagittãdi pitus ibid.
Vlyſſes Nauſicææ gratias agit 70 a
Vlyſſes Phæacẽſibus enarrat ſuos labores 72 b
Vlyßis patria & genus ib.
Vlyßes ad Cicones defertur 73 a
Vlyßes ad Lotophagos deuenit 74 a
Vlyſſes appellitur Cyclopum inſulæ ibid.
Vlyßes ingreſſus antrũ Polyphemi, q̃d egerit, q̃d ue illi acciderit 76 a
Vlyſſes ad Aeolum uenit 82 b
Vlyſſes amittit uentos, per imprudẽtiam utre à ſociis reſoluto 83 a
Vlyſſes defertur ad Læſtrygones 83 b
Vlyſſes ad Circen diuertit 84 b
Vlyßis ſocij in porcos conuerſi 86 b
Vlyßi remedium cõtra Circes ueneficia datũ 87 a
Vlyſſes ad Circẽ ingreſſus, quid egerit, quidue illi

Ayuntamiento de Madrid

obtigerit 87 b
vlyſſes deducit ſocios ad Circen 90 a
vlyſſes ad Cymmerios & inferos tendit 92 b
vlyſſes matris umbram fruſtrà conatur ãplecti 96 a
vlyſſes rediens ab inferis 103 b
Vlyſſes naui ad Sirenarum inſulam appulſus 106 a
Vlyſſes fertur in Scyllam & Charybdim 107 a
Vlyßes ad Solis inſulã appliat 107 b
Vlyſſes denuò in Charybdim incidit 110 b
vlyſſes uenit ad Calypſô 111 a
vlyſſes digreditur ab Alcinoo 112 a
vlyſſes ſoporatus, defertur à Phæacibus in patriã 112 b
vlyſſes in patriã delatus, cognoſcit ſuorum nemunem 114 b
vlyſſes erga Mineruam ſe vlyſſem eſſe dißimulans 115 b
vlyſſes ad Eumæum ſubulcum diuertit 119 a
vlyßis diuitiæ & poſſeßiones 120 b
Vlyſſes apud Eumæum fingit hiſtoriam ſui aduentus 122 b
Vlyſſes mendicat chlænam ab Eumæo 126 b
vlyßis ignoti & Telemachi colloquium 140 a
vlyßis habitus immutatus 141 a
vlyſſes filio ſe prodit ibid.
vlyßis de occidendis procis conſilium 142 b
vlyſſes ingreditur mendicus urbem 149 b
vlyßes à cãe cognitꝰ 151 a
vlyſſes mendicatim procos adit 152 b
vlyſſes mendicus Antinoo 153 b
vlyßis & Iri concertatio 157 a, & deinceps.
vlyſſes Amphinomũ procũ infortunij præmonet 159 a
vlyßis ad Troiam diſcedentis mandata 161 a
vlyſſem Eurymachus ſcabello petit 163 b

Vlyſſes ab Euryclea cognitus 171 a
Vlyſſes ab apro uulneratus 172 a
Vlyſſes Eurycleã cohibet, ne ipſum prodat 172 b
Vlyſſes feritur à Cteſippo 180 a
Vlyß. ſe prodit ſeruis 185 b
Vlyſſes quomodò arcu donatus 188 a
Vlyſſes tendit arcũ 188 b
Vlyſſes Antinoum configit 189 b
Vlyſſes ſe procis manifeſtat 190 a
Vlyſſes in procos ſe armat 191 b
Vlyßes iubet interfectos procos efferri 196 b
Vlyßis reditus nunciatur Penelopæ 198 a
Vlyſſes cognitus, enarrat uxori ſuos labores 203 a
Vlyſſes egreditur ad patrem 204 a, 208 a
Vlyſſes prodit ſe patri 210 a
Vlyßi nunciatur aduẽtus hoſtium 212 b
Volente deo nihil difficile 22 a
Vulnera ĩcãtari ſolita 172 a
Vxori non temerè credendum 99 b

XEnia dantur à Menelao Telemacho 37 a

ZEthus 96 b

Finis indicis Odyſſeæ.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid